CORPUS IURIS ROMANI

ANTEIUSTINIANI.

CONSILIO PROFESSORUM BONNENSIUM

E. BÖCKINGII A. BETHMANN-HOLLWEGII
ET DUM IN VIVIS ERAT E. PUGGAEI

INSTITUTUM.

CURAVERUNT IIDEM ASSUMPTIS SOCIIS

L. ARNDTSIO A. F. BARKOVIO F. BLUMIO I. F. L. GOESCHENIO
G. HAENELIO C. LACHMANNO ALIISQUE.

PRAEFATUS EST

EDUARDUS BÖCKINGIUS.

A. CIƆIƆCCCXXXXI.

PROSTAT BONNAE APUD ADOLPHUM MARCUM.

[illegible]

GAII
INSTITUTIONUM
COMMENTARII QUATTUOR.

EX RECENSIONE ET CUM COMMENTARIIS

IOH. FRID. LUD. GOESCHENII.

OPUS GOESCHENII MORTE

INTERRUPTUM ABSOLVIT

CAROLUS LACHMANNUS.

A. cIↃIↃcccxxxxI.

PROSTANT BONNAE APUD ADOLPHUM MARCUM.

CAROLI LACHMANNI PRAEFATIO.

Distractis Gaii ab Hefftero v. cl. emendati exemplaribus ne Bonnense antiqui iuris auctorum corpus capite careret suo, sed potius varie ad gratiam captandam exornato niteret, a Göschenio, cui Gaius lucem ac splendorem debebat, impetratum est ut se nova exemplaria et quomodo emendanda essent praecepturum et quae vel tironibus vel cursim utentibus sufficerent adnotaturum polliceretur. Et iam longo satis tempore interiecto prope dimidiam partem pensi fideliter et artificiose curandi absolverat homo ingenium acre ac subtile paene nimia deliberandi cunctatione refrenare solitus, cum inter illam Georgiae Augustae saecularium laetitiam infinitae laborum anxietati succumbens coeptum negotium destituit nobisque qui aderamus eius conficiendi curam reliquit. Itaque illo tempore, cum nemo, post duo funera ab ipsis sollemnibus ducta, eas clades quae mox partim divina fatorum vi partim furiosa hominum intemperantia in Academiam Gottingensem gravissimae ingruerunt, eventuras augurari posset, sed omnes ex praesenti tristitia erectis animis proxima ac necessaria ageremus, amici me uno consensu Gaiani operis delegerunt curatorem. Ego vero quos eam rem quam ipsi non sine gloria suscipere possent detrectare viderem, eorum iudicio repugnare inhumanum ratus promptam voluntatem professus sum, praesertim cum neque Göschenii consilia ignorarem, neque inutile iudicarem siquis a diversa disciplina profectus egregia iuris peritorum studia suis, quoad posset, adiuvaret. Ergo postquam heredes Göschenii mihi chartarum quidquid ad Gaium pertinebat tradiderunt, nequid viri optimi aut ingenio aut diligentia indignum committerem sollicitus, omnia ex ordine et considerate agenda duxi. Ante omnia Göschenii et Hollwegii apographa Veronensis codicis infinito labore confecta, item quaecumque Blumii sollertia ex eodem excerpserat, denuo studiose excussi, nequid usquam erroris admissum falleret. Ita ea fere subnata sunt quae Göschenii commentariis admiscui uncis inclusa, nec multa nec magni momenti. Ubi Göschenii manus deficiebat, id est inde a §. 253. commentarii secundi, extra uncos dedi quae vel ex maiore editione depromenda viderentur vel ad imperatorias institutiones ex editione Schraderi cum Gaianis accuratius conferendas pertinerent. Ceterum in meis sicut Göschenianam scribendi rationem serviliter exprimere non studui, ita quod ille in priore libri parte praeiverat fere tenui, ut ea quae plane certa viderentur et editione secunda, quae facta est anno 1824, satis procurata essent, silentio praetermitterem, sed ubi aliqua dubitandi materia relicta esset, et de scriptura codicis admonerem et virorum doctorum emendationes adferrem, non omnes, sed quae aliquam veri speciem haberent, vel, ut rectius dicam, mihi habere viderentur: quis enim in talibus ita sibi confidat ut se numquam errare putet? Nec negabo me non nulla ignorasse, in eumque numerum referri cupio quaecumque probe excogitata non commemoravero: nam quae quidem cognovi, sine examine praetermisi nihil. Nomina autem, quantum potui, eorum posui qui primi aliquid invenissent: qui probassent, indicare fere neglexi, veritus ne magnae auctoritates iudicii officerent sinceritati. Scriptoris sensa quo commodius perciperentur, multo saepius nunc quam antea et ego et Göschenius verba vel emendatiora vel auctiora dedimus, sed nihil usquam rerum novarum aut incertarum tam gravi auctori adfinximus, nisi quod aut clare scriptum aut certis testimoniis confirmatum esset, incerta in commentarios nostros rettulimus. Ceterum qui post nostram operam ad Gaium magis exornandum accessuri sunt, quo plura emendabunt, eo nobis gratius fecerint: hoc videmus dicere posse, hac nostra non paucorum annorum cura, quae per biennium communis fuit (ita crebrae ultro citroque schedae et epistulae commeabant), fortiter reiecta festinare iubentium importunitate, effectum esse ut multo nunc quam antea emendatiora legi possint Gaiani operis exemplaria.

Scrib. Berolini d. XII. m. Aprilis a. 1841.

Veronensis bibliothecae capitularis codex numero tertius decimus Hieronymi epistulas continet in deleticiis membranis scriptas. subsunt scriptura antiquissima, quam uncialem potius quam capitalem diplomatici nostri appellant, sed ea eluta ac saepe crasa, Gaii Institutiones tantum non integrae. duae paginae (235 et 236), quae seorsum asservantur, deleticiae non sunt, sed solam primam scripturam habent. duae et sexaginta bis παλίμψηστοι sunt, eoque prima lectio Gaiana difficillima. hae quia ter conscriptae dici possunt, a Böckingio in marginibus litteris *t. s.* notatae sunt. omnium numeros tam Hieronymiani codicis quam Gaiani Göschenius item in marginibus adscribendos curavit, singulos paginarum versus interductibus distinxit. litteras singuli versus tenent plus minus undequadragenas, sed si nostro more sine notis scribantur, multo plures. codicis ab illustri viro B. G. Niebuhrio primum agniti scripturam et prima editio anni 1820. et ceterae ex schedis Göschenii petitam exhibent: secunda editione a. 1824. non pauca ex F. Blumii schedis accessere, qui loca innumera denuo examinaverat. haec omnia, ubi non videbantur temptanda esse, litteris vulgaribus scripta damus. quicquid autem in codice aut non scriptum aut aliter quam edidimus scriptum exstat aut denique satis legi non potuit, inclinatis ductibus expressum est. inter haec ea quae librarius omisit, semicirculis inclusa sunt; qui ductus ad nullas certas litteras revocari potuerunt aut aciem legentium penitus fugerunt, διπλαῖς introrsum vergentibus; quae non lecta aut librarii errore depravata de coniectura reficere vel non potuimus vel ausi non sumus, lineolis ternarum et asteriscis singularum litterarum defectum indicantibus signata sunt.

Quae corrigenda aut addenda esse deprehendimus, fere haec sunt:

Column. 2. ɣ. 13. pone tentiam
— 3. — 10. — cuiuscumque
— 17. — 2. — *tan*quam
— — — 16. — oblitera-
— — — 35. dele adscriptum numerum 15 et pone ad sequentem versum numeros 14...19.
— 18. — 18. pone nancisci. | |
— — — 19. appone numerum 15, qui ad sequentem versum delapsus est.
— — — 24. — — 20, qui versui 23. appositus est.
— 19. — 26. pone dipondi*i*
— 29. — 3. pro Hollwegiano v. *one*||rosa, quod id sensum parum verum praeberet, Böckingius an*n*||osa dedit, quod magis et sententiae loci et codicis scripturae respondet.
— 30. — 18. pone *p*lebis
— 31. — 27. appone numerum 20, qui praecedenti versui perperam adscriptus est.
— 32. — 18. — — — — — — — — —
— 36. — 21. pone provincia * * | * * — — — —
— 42. — 7. et 9. pone c*h*artulis
— 45. — 23. pone possessionem
— 54. — 36. — tonini | significatur. | |
— 56. — 14. codex habet apstinendi
— 69. — 32. pone S et
— 74. in margine numerus 5 unum versus altius ponendus est.
— 81. ɣ. 28. appone numerum 15
— 84. — 11. pone *f*aciundi
— 87. — 11. — FIDEPROMITTIS ?
— 89. — 22. appone numerum 20, qui ad seq. ɣ. delapsus est.
— 90. — 33. dele lineam ante v. tenetur.
— 101. — 16. pone commiserit
— 130. ad marginem pone 230.
112b.

SYSTEMA GAIANARVM IVSTINIANARVMQVE INSTITVTIONVM

INTER SE COMPARAVIT ATQVE EX ARTE IN FORMAM INDICIS REDEGIT

EDVARDVS BÖCKING.

Litteris Latinis vulgaribus expressa sunt Gaii Iustinianique Institutionum communia.
Litteris cursiris Latinis expressa ad solas Gaianas Institutiones pertinent.
Rubricae Iustinianarum Institutionum litteris Gotthicis exhibentur.
Litteris Germanicis vulgaribus significantur ea quae ad solas imperiales Institutiones spectant.
Quae ipse addidi verba rubricaeve omnia uncinis [ ] includuntur.

Videntur autem nobis plerique errorem hausisse ex verbis Caii lib. 1. Instit., cum ait, Omne ius vel ad personas pertinere, vel ad res, vel ad actiones. L. 1. D. de statu homin. Haec enim verba sic intellexerunt, quasi nulla sit aptior, nec commodior iuris tractandi docendique ratio, quam si de his tribus separatim disseratur. Verum longe aliter sensisse Caium non dubito: nempe nullam partem iuris esse, nullum contractum, nullum negotium, nullam actionem, nullum iudicium, in quo tractando hi loci simul non incurrant: ut, exempli causa, In tractatu de stipulationibus oritur in primis quaestio de personis, quae stipulationem contrahere possunt, et quae non possunt: illudque in controversiam venit sitne servus, filiusfamilias, impubes, minor, furiosus, prodigus, qui stipulationem contraxisse dicitur. De rebus quaeritur, sitne res sacra, religiosa, publica, propria, aliena, corporalis, incorporalis etc. De actione, quae ex eo contractu nascitur: sitne bonae fidei, an stricti iudicii, temporalis, an perpetua, poenalis, an rei persecutoria, etc. Idemque in caeteris tractatibus Pandect. observare licet. Hi namque sunt praecipui loci omnium disputationum iuris civilis. Quamobrem cum Institutiones iuris civilis conscriberet Caius, non immerito divisiones quasdam ac diffinitiones personarum, rerum et actionum initio proponere voluit studiosis: nimirum intelligens, graviores illas subtilioresque disputationes quae iure civili continentur, quaeque ad hos locos referri solent, percipi aliter non posse. Ex quo satis liquet, quod 1. lib. Pandect. tum de personis, tum de rebus scriptum extat, nihil aliud, quam Isagogen quandam esse, quae res ad alias assequendas viam muniat. Quam quidem Tribonianus cum non satis uberem ac plenam esse animadverteret (nam primus et alter locus non solum copiosius, verum etiam clarius et distinctius ad rudiores instituendos tractari potuisse videntur, tertius vero illic desideratur omnino): cum igitur haec perpenderet Tribonianus, quatuor Institutionum libris quicquid de personis, rebus et actionibus ad Pandect. interpretationem necessarium tyronibus videbatur, miro compendio artificioque complexus est. Et hanc dispositionem ac methodum, ut in ea Isagoge et institutione probamus, ita insanire eos contendimus, qui cum libros omnes tum Pandectarum, tum Codicis Iustinianaei ita diviserint, aut (ut verius liberiusque dicam) discerpserint ac dilacerarint, quo scilicet Iustiniano sapientiores ab imperita multitudine crederentur, mirificam (si diis placet) iuris artem posteritati sese relinquere gloriantur et iactitant. Quod non eo a nobis dictum quisquam existimet velim, ut eos libenter insectemur, quorum conatus, si studiosos iuvari voluerunt, aliquam meretur laudem, sed ut iuvenes nimium credulos plerunque, et incautos, quos huiusmodi deliramenta quotidie experimur velut pro oraculis quibusdam habere, quantum in nobis est, ab errore in viam revocemus. FRANC. DVARENI Disputationum anniversariarum lib. I. cap. 55.

	Codic. Veron. paginae.	GAII INST. Comm. I. §§.	IVST. INST. Lib. I. tituli et §§.
Prooemium sive Iustiniani imperatoris constitutio de confirmatione Institutionum.			
De iustitia et iure. Iustitiae et iuris prudentiae definitio. Iuris tria praecepta, duae positiones: ius publicum et privatum			I.
De iure naturali, gentium et civili. Iuris naturalis descriptio . .			II. pr.
Omnes populi aut iure civili aut iure gentium utuntur.	1.	1.	- 1. 2.
I) [Fontes iuris civilis Rom.:] Constant autem iura aut			
A) ex iure scripto: legibus, plebi scitis, senatus consultis, constitutionibus principum, magistratuum edictis, responsis prudentium, aut	- 2.	2...7.	- 3...8.
B) ex non scripto			- 9.
Origo divisionis iuris civilis in duas species, scriptum ac non scriptum .			- 10.
Immutabilitas iuris naturalis sive gentium, mutabilitas iuris civilis. .			- 11.
II) [*Τὰ ὑποκείμενα* iuris civilis:] Omne ius quo utimur vel ad personas pertinet vel ad res vel ad actiones. . . .	- 3.	8.	- 12.

I. IVS QVOD AD PERSONAS PERTINET.

	Codic. Veron. paginae.	Comm. I. §§.	Lib. I. tituli et §§.
De iure personarum			III.
I) Omnes homines aut liberi sunt aut servi.*	3.	9.	- pr.
A) Servi* Servitutis origo. Nominis ἔτυμον. Servi aut nascuntur aut fiunt. Nulla in eorum condicione differentia est.	-	-	- 1...4.
B) Liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini	-	10.	- 4.
a) Ingenui. De ingenuis.	-	11.	IV.
b) Libertini. De libertinis. De manumissionibus.			V. pr...2.
α) *Genera* libertinorum status tripertitus antea fuerat			
A) [*per se spectata*] *tria sunt: nam* aut cives Romani aut Latini aut dediticiorum numero *sunt*	-	12.	- 3.
a) *Qui dediticiorum numero fiant*	-	13...15.	
b) *Qui cives Romani et* / c) *qui Latini fiant*	- 4.[5.]	16...22.	
B) *Differentia condicionis libertinorum Latinorum eorumque qui dediticiorum numero sunt*	6		
a) *quod ad ius mortis causa capiendi testamentique faciendi*	-	23...25.	
b) *quod ad modos pertinet quibus ad civitatem Rom. pervenitur.*	7.[8.]9.	26...35.	
β) *Libertini fiunt manumissione.*			
A) *Ad legem Aeliam Sentiam de manumissionibus.* Qui quibus ex causis manumittere non possunt.	- 10.	36...41. 47.*	VI.
B) *Ad legem Furiam Caniniam de servis testamento manumittendis.* De lege Furia Caninia sublata.	- 11.[12.]13.	42...46.	VII.
De his qui sui vel alieni iuris sunt.			VIII.
II) Quaedam* personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae.	-	48.	- pr.
A) Quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate (parentum, aliae in potestate dominorum) *aliae in manu, aliae in mancipio* sunt	-	49. 50.	- -
a) [Quibus modis homines alieno iuri subiciantur:]			
α) In potestate sunt	-	51.	- 1.
A) servi dominorum [quae potestas, quamvis in bonis domini servus sit, tamen non illibata est.]	- 14.	52...54.	- 1. 2.
B) liberi nostri, De patria potestate. Parentium potestas efficitur in liberos, quos	- 15.	55.	IX.
a) procreavimus	-	-	
1) ex iustis nuptiis. De nuptiis.	- 16. 17.	56...64.	X. pr...12.
2) non ex iustis nuptiis, sed qui postea rediguntur in potestatem. *Causae probationes etc.* +Legitimationes.	- 18...26.	65...96.	- 13.
b) adoptamus. De adoptionibus.	- 27.	97...107.	XI.
β) *In manu nostra sunt feminae tantum: eae autem in manum conveniebant*	28.	108...10.	
A) *usu,*	-	111.	
B) *farreo,*	- 29.	112.	
C) *coemptione; atque hanc quidem femina facit*	-	113.	
a) *aut matrimonii causa cum marito suo*	-	114.	
b) *aut fiduciae causa sive cum extraneo sive cum marito suo.*	- 30.	114...15b.	
γ) *In mancipii causa sunt liberorum personae mancipatae*	- 31. 32. 33.	116...23.	
b) Quibus modis ii qui alieno iuri subiecti sunt eo iure liberentur.	-	124.	
α) qui in potestate sunt, Quibus modis ius potestatis solvitur.	-	125.	XII. pr.
A) servi	- 38.	126.	- -
B) liberi	-34.35.[36]37.	127...36.	- 1...10.
β) *quae in manu sunt*	[-]39.	137.	
γ) *qui in causa mancipii sunt*	- 40.	138...41.	

B) Ex

	Codic. Veron. paginae.	Comm. I. §§.	Lib. I. tituli et §§.
B) Ex his personis quae *neque* in potestate (non) *neque in manu neque in mancipio* sunt, quaedam vel in tutela sunt vel in curatione, quaedam neutro iure tenentur*. De tutelis	40.	142.	XIII. pr.
a) Prius de his dispiciamus quae in tutela sunt	–	143.	– –
α) [Quibus modis tutela constituatur:] Tutelae definitio, item tutorum.			– 1. 2.
A) Testamento tutor dari potest			
a) liberis			
1) quos in potestate habemus	– 41.	144...49.	– 3. 4.
2) emancipato filio			– 5.
b) *uxori quae in manu est. Tutoris optio*	– 42.	148...54.	
Qui testamento tutores dari possunt.			XIV.
B) [Legitima tutela.			
a) *communes eius formae:*]			
1) Ingenui			
a) in legitima agnatorum tutela sunt De legitima agnatorum tutela	– 43.	155...57. 164.	XV.
b) donec capitis diminutio interveniat. De capitis diminutione	– 44.	158...63.	XVI.
2) Liberti in patronorum tutela sunt. De legitima patronorum tutela	[45.] 46.	165. cf. 167.	XVII.
3) *Liberi manumissi in manumissorum tutela sunt* . .	–	166.	
a) De legitima parentum tutela			XVIII.
b) De fiduciaria tutela			XIX.
b) [*Propriae quaedam legitimae tutelae species:*]			
1) *Cessicia tutela*	– 47.	168...72.	
2) *Ex variis legitimis causis a magistratu petiti tutores* .	– 48. 49.	173...84.	
C) A magistratu dati tutores. De Atiliano tutore et eo qui ex lege Iulia et Titia dabatur	–	185...87.	XX. pr...5.
Ἀποκεφαλαίωσις de speciebus tutelarum atque in quot genera hae species deducantur quaestio	50.	188.	
β) *Impuberum tutela et muliebris inter se comparatae* deque tutorum auctoritate. De auctoritate tutorum	– 51.	189...93.	–6. 7. XXI.
γ) Quibus modis tutela finiatur. Quibus modis tutela finitur .	– 52. [53.]	194...96.	XXII.
b) De curatione. De curatoribus	[–] 54.	197...98.	XXIII.
c) Qui tutores curatoresve satisdare cogantur vel non. De satisdatione tutorum et curatorum	–	199. 200.	XXIV.
De excusationibus tutorum vel curatorum			XXV.
De suspectis tutoribus vel curatoribus			XXVI.

II. IVS QVOD AD RES PERTINET.

		Codic. Veron. paginae.	GAII INST. Comm. II. §§.	IVST. INST. Lib. II. tituli et §§.
[Omnes] Res vel in nostro patrimonio sunt vel extra nostrum patrimonium habentur. De rerum divisione		55.	1.	I. pr.
I) *Summa itaque rerum divisio: aliae sunt divini iuris, aliae humani*	Quaedam naturali iure communia sunt omnium, quaedam publica, quaedam universitatis, quaedam nullius, pleraque singulorum. — Nullius sunt res divini iuris.	–	2.	– pr...9.
A) *Divini iuris (nullius in bonis)*		–	(3. 9.)	
a) [*proprie*] *sunt res sacrae et religiosae*		–	3...7.	
b) sanctae quoque res quodammodo in bonis sunt		–	8.	– 10.
B) *Humani iuris res (plerumque alicuius in bonis sunt)*	[Imperiales Institutiones tit. I. §§. 11. sqq. naturales rerum acquisitiones tradunt, quae apud Gaium §§. 20. 21. 65...79. leguntur.]	56.	9.	
a) *publicae (nullius in bonis esse creduntur)*		–	10. 11.	
b) *privatae (quae singulorum sunt)*		–		
II)				

Quaedam

De

De

Obligationes

B) *De*

	Codic. Veron. paginae.	Comm. IV. §§.	Lib. IV. tituli et §§.
B) De actione instituenda et qui agere vel conveniri possint: conveniri aut agere possumus	-	69. (cf. 82.)	
a) nostro nomine	-	(cf. 82.)	
b) alieno nomine	-	69. (cf. 80. 82.)	
α) Conveniri possumus			
A) ex contractibus maleficiisve earum personarum quae in potestate nostra sunt:	-	- -	
a) ex contractibus filiorumf. servorumve. Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicetur	-	- -	VII. pr.
1) Quod iussu actio	-	70.	- 1.
2) Exercitoria et institoria actio	214.	71.	- 2.
3) Tributoria, de peculio et de in rem verso actio	[215]216. 217.	72...74.	- 3...6.
4) De senatus consulto Macedoniano			- 7.
5) De directa in patrem dominumve condictione			- 8.
b) ex maleficiis *filiorumf.* servorumve. De noxalibus actionibus	- 218.	75...79.	VIII.
B) *ex contractibus maleficiisve earum personarum quae in manu mancipiove sunt*	- [219.]	80.	
C) animalium nostrorum nomine. Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur	- 220.	81.	IX.
β) De alieno nomine instituendis actionibus	-	82.	
A) Quibus personis alieno nomine agere liceat. De iis per quos agere possumus	- 221.	- ...85.	X.
B) *De formis actionum alieno nomine constitutarum*	-	86. 87.	
γ) De satisdationibus ab actoribus reisve exigendis. De satisdationibus	- 222...24.	88...102.	XI.
C) Quibus modis actiones finiantur:			
a) *iudicia legitima et quae imperio continentur*	- 225.	103...9.	
b) perpetuae et temporales actiones. } De perpetuis et temporalibus actionibus et quae ad heredes vel in heredes transeunt.	- 226.	110. 111.	XII. pr.
c) quae actiones ad et in heredes transeant aut non transeant.	-	112. 113.	- 1.
d) si reus ante rem iudicatam post acceptum iudicium satis faciat actori.	- 227.	114.	- 2.
II) Exceptiones	- 228.	115.	
A) [proprie sic dictae:] De exceptionibus			XIII. pr.
a) Natura, fons et forma exceptionum: iure civili vel ex iurisdictione praetoris proditae	- 229.	116...19.	- pr...7.
b) Effectus: exceptiones peremptoriae, dilatoriae s. perpetuae, temporales.	- 230. 231.	120...25.	- 8...11.
B) Aliae adiectiones: De replicationibus	-		XIV.
a) Replicatio	- 232.	126.	- pr.
b) Duplicatio	-	127.	- 1.
c) Triplicatio ulterioresque adiectiones	-	128...29.	- 2. 3.
De exceptionibus fide iussoribus debitoris accommodatae			- 4.
C) *De praescriptionibus quae receptae sunt pro actore*	- 233. [234] 235.	130...37.	
III) De interdictis. De interdictis	-	138.	XV.
A) Interdictum *decretumve* quid sit	- 236.	139...41.	- pr.
B) Divisiones interdictorum:			
a) Aut prohibitoria sunt interdicta aut restitutoria aut exhibitoria	-	142.	- 1.
b) Possessionis vel	- -	143.	- 2.
α) adipiscendae vel	- 237.	144...47.	- 3.
β) retinendae vel	- 238. 239.	148...53.	- 4. 5.
γ) recuperandae causa comparata interdicta	-	154...55.	- 6.
c) Tertia divisio interdictorum in hoc est, quod aut	-	156.	- 7.
α) simplicia sunt aut	240.	157...59.	-
β) duplicia	-	158. 60.	-

C) De

	Codic. Veron. paginae.	Comm. IV. §§.	Lib. IV. tituli et §§.
C) De ordine et exitu interdictorum	-[242.243]244. 245.[246.]	161...70.	- 8.
IV) De temere litigandi prohibitionibus et de poenis **De poena temere litigantium**	[- 247.]		XVI.
A) quibus rei calumnia coercetur	- 248.	171...73.	} - pr. 1.
B) quibus actoris calumnia coercetur	- 249. 250.	174...81.	
C) Quibus iudiciis damnati ignominiosi fiant	-	182.	- 2.
D) De in ius vocando *et de vadimoniis*	- 251.	183...87.	- 3.
De officio iudicis			XVII.
[Appendix:] **De publicis iudiciis**			XVIII.

A N N O T A T I O.

Ad pag. I. ŷ. 4 et 5.] Apparet Gaium satis simpliciter ac dilucide ius, prout omnes homines eo utantur aut certarum civitatium proprium sit, distinguere. Illius praecepta, ut cum Quintiliano loquar, *καθολικά* sunt, i. e. universalia vel perpetualia, ideoque semper firma atque immutabilia permanent; huius vero specialis forma et natura est, unde saepe mutari solet. Contra quae ex Ulpiani Institutionibus in Iustinianas transumpta sunt de iure tripertito, naturali, gentium, civili, ut per se, tamquam ex diversis dividendi rationibus petita, parum elegantia (quum ipsum *ius quo omnes utuntur*, i. e. *ius gentium*, si quod humano generi cum animalibus commune sit, sive, ut rectius explicemus, quod ad vitam hominum, ut ii pariter atque cetera animalia *ζῶα* sunt, refertur, *naturale* dicatur, idem vero *ius gentium*, quatenus rationis omnium hominum communis, sed animalibus denegatae praecepta vivendi agendique continet), ita ab iisdem imperialibus Institutionibus non constanter observata sunt, quum (I. 2. §. 11.) naturalia iura definiantur ea esse quae apud omnes peraeque gentes observantur, et (II. 1. §. 11.) ius naturale idem atque ius gentium esse exprimatur. (Cf. Savinii lib. cui inscribitur System des heut. R. R. vol. I. append. I.)

Ad ŷ. 13.] *Ius quo utimur*, i. e. ius civile Romanorum, sive id ex iure gentium descendit, sive populus Romanus ipse sibi constituit.

Ad ŷ. 13. 14.] Hanc divisionem recentiores ICti perperam intellegere et simul parum ac nimium observare solent. Quid sibi velit et Duareni locus supra exhibitus indicat et hae ipsae tabulae explicant. Toto caelo errant qui hanc tripartitionem opinantur convenire cum ea recentiori iuris divisione, quam vocant *Ius personarum* (Personen- und Familien-Recht), *Ius rerum* (Sachenrecht, i. e. Lehre vom Eigenthum und den iura in re; Erbrecht; Obligationenrecht — de quo vide infra ad pag. VII. ŷ. 1. sqq.) et *Ius actionum* (Actionenrecht, quod non ita raro confunditur cum ea doctrina quam Processrecht vocamus). Similis, immo idem error eorum est qui Institutionum opus ideo conscriptum fuisse putant, ut brevis adumbratio praeceptorum iuris Rom. privati, sive quid in singulis privatorum causis ex iure Rom. obtineat doctrina exhiberetur. Ad iuris privati studium praeparandum, non ad ipsam iuris privati doctrinam exponendam Gaius sese accinxit. itaque *primum* quid homines in iure valeant, quae *personae* sint aut

non sint, quae personae αὐτεξούσιοι sint aut non, quaeque potestatem μονοπραγίας et αὐτοπραγίας habeant aut non habeant docet; non docet matrimoniorum et concubinatus ius, non magis quam praecepta iuris quae inter patronos ac libertos, interque parentes ac liberos, quaeque inter tutores curatoresve ac personas quae sub tutela curationeve sunt obtinent; neque peculiorum doctrinam et rerum pupillorum adultorumque administrandarum praecepta ponere intendit: continetur primo commentario quod nos dicimus die Lehre von den Subjecten des Privatrechts sive von der Rechts- und Handlungs-Fähigkeit der Menschen in privatrechtlicher Beziehung, und von Erwerb und Verlust der die Rechts- oder Handlungs-Fähigkeit Anderer beschränkenden Gewalten. unde de statu naturali quem dicimus, de collegiis et corporibus, de existimatione aliisque id genus non seorsum disseruit. Tum *de rebus* ita exponit, ut divisiones quae in iure praecipuam vim habent explicet; deinde acquisitiones alienationesque primum singularum rerum earumque quae tum civiles tum naturales acquirendi alienandive modos admittunt tradit; unde huius explicationis exordium facit a divisione rerum mancipi et nec mancipi. post de hereditatibus aliisque per universitatem acquisitionibus agit illisque doctrinam de legatis fideique commissis interposuit. obligationibus autem novissimum locum dedit, ut quae res incorporales neque mancipationem inve iure cessionem, neque traditionem recipiant, sed ex propriis causis nascantur finianturque. ac satis memorabile est, ut ab omnibus fere recentioribus ICtis si non praetermissum, tamen parum recte intellectum, quod extra Gaii propositum fuit de obligationum vi et effectu, de rationibus causisque sive, ut hodie dicunt, de relationibus quae inter reos obtinent, fusius exponere; quod argumentum non ulterius prosecutus est, quam ut appareret quae obligationes quomodo orirentur finirenturque. similia, quamvis alia, de doctrina Gaiana de hereditatibus dicenda sunt. Scilicet altera operis pars sive qui de rebus sunt commentarii secundus et tertius tradunt doctrinam quam vocamus von den Rechtsobjecten, von Erwerb und Verlust derselben. Quartus commentarius Gaianus tertiam Institutionum partem, *de actionibus*, exhibet, hoc est doctrinam de conformatione immutationeque iurium iudicio persequendorum: ius quod ad personas et quod ad res pertinet prioribus commentariis per se spectatum aut certe indicatum est quasi tranquilla ac quieta substantia; eadem vero per oppositam aliorum voluntatem exagitata aliam formam induens vim actionis exercet. Sic facile ius quod ad actiones pertinet tum ab obligationibus, quae similiter actionum nomine innumeris locis veniunt, (quippe quae reapse substantia personalium actionum sint,) tum a doctrina de ordine iudiciorum privatorum extraordinariisque iudiciis, quem *Processum civilem* appellamus, distinguetur.

*) Ad pag. II. ✢. 2.] Haec divisio quam *summam* de iure personarum utrumque Institutionum opus appellat, iuris quidem gentium est alteramque, iuri civili Rom. propriam, secundum quam quaedam personae sui iuris, quaedam alieno iuri subiectae sunt, naturaliter in se continet; sed tum naturalis illa divisio ex iuris civilis de libertinis eorumque generibus praeceptis civilem ipsa formam induit, tum altera, civilis, de personis sui iuris alienove iuri subiectis divisio eam diversam vim habet, ut non nisi civium Romanorum quique iisdem serviunt statum definiat, dum summa illa divisio condicionem omnium cuiuscumque populi hominum ex iure Romano spectatam indicat.

*) Ad pag. II. ✢. 3.] Servitus hoc loco nihil nisi oppositum et negatio libertatis est: unde recte Gaius servos in ipsa summa de iure personarum divisione exponenda nonnisi nominat: quibus modis fierent servive esse desinerent, illud quidem partim ad naturales acquisitiones de partu animalium ancillarumque, partim ad civilem divisionem de sui alienive iuris hominibus et doctrinam de maxima capitis diminutione pertinet, hoc vero ad caput de libertinis et quibus modis ius potestatis solvatur spectat; quomodo dominis per servos acquiratur, in explicatione iuris quod ad res pertinet, apte demonstratur. Itaque si servos tamquam materiam sive substantiam liberorum hominum spectes, quippe quum illi manu missione liberi fiant, ad membrum B huius divisionis (Gai. I. 36. sqq.) pertinent; si vero de servis quasi personis, tum quia in eorum corpora saevire domini prohibentur, tum quod his per illos acquiritur, verba facere velis, illius disputationis in secunda divisione (II. A. a. α. 𝔄. = Gai. I. 53. sqq.), huius autem ubi de rebus (III. A. c. = Gai. II. 86. sqq. et III. C. a. α. 𝔅 = Gai. III. 163. sqq.) et actionibus (I. B. b. α. 𝔄 = Gai. IV. 70. sqq.) disseritur, locus erit; de servis denique qui simpliciter humana corpora dominio subiecta sint, ubi ius quod ad res pertinet traditur (Gai. II. 23. cf. I. 119. I. 54.), opportunus dicendi locus est.

Ad pag. II. ✢. 7. sqq.] Hanc de manu missionibus et de libertinorum condicione disputationem Savinius (System des heut. R. R. vol. I. p. 399. et distinctius vol. II. p. 461. sq.) nihil nisi de iure patronatus doctrinam continere aperto, ut mihi quidem videtur, errore statuit: Gaius quibus modis servi personae fiant et quaenam sit condicio libertinorum hic exponit; de iure patronatus, quod ut „familiaris nexus, Familien-Verhältniß" omnino ad has Institutiones non pertinet, ne verbum quidem h. l. facit: obiter attingit nonnulla patronatus iura, diversis locis infra, ubi de patronorum tutela, alio loco, ubi de servis heredibus institutis ab iis qui facultates suas suspectas habebant, tum ubi de successionibus libertorum, ubi de operarum obligatione, denique ubi de in ius vocando sermo est. Itaque omnino repugno Savinii sententiae (qua, si recte video, totum Gaianum systema corrumpitur) summam illam divisionem personarum, secundum quam omnes homines aut liberi sunt aut servi, introductionem transitumque quendam ad exponendas varias iuris patronatus species habendam esse.

Ad pag. II. ṽ. 18. sqq.] Nolui, quoniam longum videbatur, ita dividere:

β) De manu missionum praeceptis

𝔄) ad cives Rom. pertinentibus

𝔞) L. Aelia Sentia [Gai. 36...41.]

𝔟) L. Furia Caninia [Gai. 42...46.]

𝔅) ad peregrinos pertinentibus [Gai. 47.]

Ad pag. II. ṽ. 24.] Haec enim divisio iuri civili Romanorum propria est. Cf. ad p. II. ṽ. 2. annotata.

Ad pag. II. ṽ. 35. sqq.] Sane si ius personarum quod nos dicimus primo commentario tradere instituisset Gaius, vix in minus aptum et vere indignum locum ad exponendam de matrimonio doctrinam incidere potuit, quam in hunc, qui ad disputationem de patriae potestatis causis unice commodus est et opportunus. Sed, ut iterum dicam, neque hoc loco, neque ubi de manu agit, neque omnino alio quoquam Institutionum loco matrimoniorum ius exponere voluit scriptor, quicquid recentiores de duabus matrimonii Romani formis novum ac Romanis omnibus inauditum excogitaverunt et de matrimonio *severo* et *leni*, sive malis *molli* („strenge und freie oder laxe Ehe" nostrates vocant hoc spectrum biforme) circumferunt. Iuri civili nequaquam duo matrimonii genera nota fuerunt, quorum unum quasi stricti iuris, alterum bonae fidei fuisset: ut matrimonium sine manu, ita manus sine matrimonio esse potuit; neque quicquam illa huius ipsius naturam corrumpebat, quamvis efficeret ut femina in viri familiam transiret agnationisque iura quasi filia familias nancisceretur; scilicet ad rem familiarem is effectus spectabat, atque omnino ipsius matrimonii officia iuraque non mutabat.

Ad pag. III. ṽ. 1...3.] Ita nullo iure bonum Gaium, quasi valde stolidum quod is dixisset, ludibrio habitum esse ab ill. Savinio (System des heut. R. R. I. p. 404. not. r) manifestum est: non de *tertia* quadam personarum divisione, ut aliis quoque locis (e. gr. I. p. 398.) vetus idem et multorum aliorum scriptorum et praeceptoris mei carissimi error corrigendus est, sed de *alia* divisione, relata ad eam §i 49. „rursus ... aliae" hic sermo est; sive ut nostro more loquar, Gaius summam de iure personarum divisionem quae iuri civili propria est (vid. ad pag. II. ṽ. 2. annotatum) subdividit ita:

II) personae aut sui iuris sunt aut alieno iuri subiectae.

A) alieno iuri subiectae *etc.*

B) qui sui iuris sunt aut

1) in tutela sunt vel in curatione, aut

2) neutro iure tenentur.

Quod si quis de sui iuris personis quae neque in tutela neque in curatione sint quaerat, habeat Gaii responsum, ita eas intellegi, postquam de his quae alterutro iure tenentur viderit; scilicet quod ad ius privatum attinet, nihil de illis dicendum restat: plenum ius plenamque eae personae voluntatis suae exercendae facultatem ipsae habent (volle Rechts- und Handlungs-Fähigkeit), nisi ubi specialia iuris praecepta impedimento sunt.

Ad pag. III. ṽ. 37. 38.] Satis prudenter Gaius ut alia, ita novissima quoque haec Iustinianarum Institutionum capita praetermisit: non de tutorum curatorumque iure scribere instituit, sed de personarum divisionibus condicionibusque, prout ipsae secundum ius civile naturalem facultatem eius quod cuique facere libet, per se haberent vel minus. Sane sine ipsius Gaianae rationis systematicae immutatione ac corruptione uterque posterior imperialium Institutionum titulus ab earum compositoribus adici non potuit, nisi quot sunt excusationes, tot causae non suscipiendae aut deponendae tutelae vel curationis essent, ac rursus singulae suspectorum remotiones tutelam curamve finirent: itaque tituli XXV. et XXVI. *συστηματικῶς* quasi partes titulorum XIII. et XXII., atque quod ad curatores attinet, tituli XXIII. habendi sunt.

Ad pag. III. ṽ. 39.] Ut difficultatibus plane inutilibus sese impediunt qui in Gaiano iure quod ad personas pertinet id sibi videre volunt quod recentiores *Ius familiae* appellant, ita ii qui hanc alteram Institutionum partem non differre ab eo quod hodie *Ius rerum* nominare consueverunt opinantur, non intellego quo modo locum explicare possint, quem Gaius et toti iuri hereditario et de obligationibus doctrinae, et ipsi iuri quod ad actiones pertinet, non sine optima sua ratione dedit: nam si quis Gaio in rebus systematicis quasi imbecillitatem atque impotentiam increpitet, ubi Institutiones eum ordinem viamque sequuntur, quae minus conveniunt cum systematis a recentioribus iuris conditoribus adinventis, censorium opus illum facere mihi satis persuasum est. *Τοῦ ἐναντίου τὴν χειρίδα μᾶλλον ἂν δεξαίμην ἢ ὁμογνωμονεῖν.*

Ad pag. III. ṽ. 40. sqq.] Summa haec rerum divisio eademque ex iure gentium originem trahens resolvitur et ad ius civile Rom. applicatur sequentibus divisionibus, quarum aliae simpliciter ex iure naturali recipiendae fuerunt, ut de rebus corporalibus et incorporalibus, mobilibus, immobilibus; aliae iuri civili propriae sunt, ut est de

mancipi et nec mancipi rebus, ad quam divisionem Gaius totum ius quod ad res pertinet composuit; aliae denique per se quidem iuris gentium esse videntur, sed ad Romanam iuris rerumque divinarum disciplinam conformatae et explicitae, quod de divisione rerum divini aut humani iuris dicendum est.

Ad pag. III. ∜. 48. sqq. pag. IV. ∜. 43. sqq.] Facile intellegitur imperialium Institutionum confectores ideo in exponendis rerum acquisitionibus a Gaio divortium fecisse, quia hunc iuris consultum sub Antoninis scribentem in adornanda ea disputatione quam ad divisionem rerum mancipi et nec mancipi direxit, sequi non poterant qui saeculo p. Chr. n. sexto quod in ipsis rerum obtineret argumentis legum studiosis exponere iussi erant.

Ad pag. IV. ∜. 39.] Tironum causa admoneo, ideo a Gaio donationem inter acquisitiones rerum ne memorari quidem, quia iure civili non ipsa donatio, sed traditio aut mancipatio aliave iuris civilis acquisitio rerum donatarum dominia transfert (cf. Gai. II. §§. 20. 182. IV. §. 151.); Iustinianum autem ius quum mortis causa donationes legatis connumeret, et inter vivos donationibus eam vim tribuat, ut donatori qui voluntatem suam manifestaverit, traditionis necessitas incumbat, sine nimia inelegantia donationes acquisitionibus singularum rerum apponi potuerunt.

Ad pag. IV. ∜. 40...42.] Iam quae ad Gai. II. §. 62. contra eos disputavi qui §§. 65 ... 79. ante §. 62. collocandas esse opinati sunt, oculis subiciuntur: Gaius primum de alienationibus acquisitionibusque disserit, quae per sui iuris homines neque tutelae neque curationi subiectos fiunt (cf. Tabul. p. IV. ∜. 13...55.), atque postquam ordinaria iuris civilis de acquisitionibus alienationibusque rerum praecepta tradidit (∜. 15...35.), ad exceptas species transit; tum agit de personis sub tutela constitutis an aliquid a se alienare possint et an iis recte solvatur (Tab. p. V. ∜. 7.); post deinde de acquisitionibus iuri alieno subiectarum personarum (Tab. p. V. ∜. 9.) expositione doctrinam de singularum rerum acquisitionibus claudit. Ordinem huius tractatus Germanice hunc esse dixerim: „Wie erwerben und veräußern 1) vollkommen Vermögensrechts- und Handlungs-Fähige? a) Regel. b) Ausnahmen. 2) civilrechtlich in ihrer Handlungsfähigkeit und 3) in ihrer Vermögensrechtsfähigkeit beschränkte Personen?"

Ad pag. V. ∜. 11. sqq.] Doctrinam de modis per universitatem res acquirendi satis eleganter (si recesserimus a loco legatorum fideique commissorum, quae tamen alio loco commode explicari non potuerunt, ut ipse II. §. 191. bene indicavit) a Gaio adumbratam in multis articulis, et maxime in intestatorum hereditatibus et bonorum possessionibus exponendis, Tribunianus cum collegis Theophilo ac Dorotheo aliter adornare propter innumeras recentioris iuris mutationes coacti fuerunt; quas discrepantias summatim tabula nostra indicat; singulas exponere longiorem desiderat commentarium.

Ad pag. VII. ∜. 1. sqq.] Inter recentiores iam notissimam quaestionem movit G. Hugo commentationibus ideo scriptis, ut ostenderet ius quod ad res pertinet non complecti doctrinam de obligationibus, sed has cum actionibus novissimam Institutionum partem efficere. Verum esto Theophilum (III. 13(14). pr. et IV. 6. pr.) ex obligationum et actionum expositione tertiam operis partem constare sibi sumpsisse, quam opinionem tum imperite Michael Psellus (Σύνοψ. τῶν νόμ. ∜. 91. sqq.) recomposuit, tum perite Glossatores ac Scribentes quos vocamus quotquot hunc locum (ad Inst. III. 13[14].) attigerunt, plerique fere omnes repetierunt; verum est, ut in libro cui Brachylogo iuris civilis hodie nomen est, ita in aliis quoque iuris civilis codicibus sive corporibus non nullis a rubrica *De obligationibus* tertium librum sive tertiam partem incipere; verum est in Digestis Iustinianoque constitutionum Codice titulos *De obligationibus et actionibus* legi, ut sexcenties obligationes et actiones aliis locis iuxta nominantur; verum etiam est aptissime doctrinam de obligationibus a ceteris partibus quae 'ius quod ad res pertinet' efficiunt seiungi posse, immo, si quis a Gaiano systemate diversum sequi constituerit, fortasse seiungi deberi, ut multi et ante et post Gaium seiunxerunt; vera denique sunto quotquot argumenta ad commonstrandam illius seiunctionis utilitatem prolata sunt omnia: nihilo magis verum est Gaianas Iustinianasque Institutiones aut tribus partibus constare his, de personis, de rebus, de obligationibus et actionibus; aut illas quot libros, tot partes habere, i. e. has quattuor, de personis, de rebus, de obligationibus, de actionibus. Quae omnia spero universa systematis ratione ac serie, ut eas Tabula nostra exhibuimus, manifesta facta esse. Cf. etiam Tabul. p. I. ∜. 13. p. IV. ∜. 8. et 25.

Ad pag. VII. ∜. 2. sqq. ∜. 8. 43. pag. VIII. ∜. 1. 7.] Quod Gaius Institutionibus obligationum civilium originem bifariam, imperialium Institutionum compositores ex Gaii Aureorum lib. III. quadrifariam dispertierunt, ille quidem, ut ex omnibus re contractis obligationibus unam tantum mutui dationem attigit, maioris simplicitatis causa et fortasse ideo, ne ex altero suo opere in alterum nimium transcriberet, fecisse videtur, dum hi contra plenius obligationum causas explicare intenderent, ut mirari possis si de honorariis obligationibus (cf. §. 1. I. de obl. III. 12.) fuse et copiose non egerunt deque pactis titulum omiserunt.

Ad pag. VII. ∜. 44...53.] Qui fiat ut de acquisitionibus obligationum per personas iuri nostro subiectas faciendis et de sublatione obligationum capita inter tractatum de obligationibus ex contractu (quibus imperiales Institutiones titulum

de iis quae quasi ex contractu nascuntur subiunxerunt) et commentationem de obligationibus ex maleficiis orientibus interposita sint, ipse Gaius (L. 4. D. de O. et A. XLIV. 7., qui locus tantum non iisdem omnibus verbis in pr. I. de obl. q. ex del. nasc. IV. 1. legitur) satis clare expressit, ex maleficiis natas obligationes omnes re tantum consistere, id est ipso maleficio. Et sane, si ius civile spectamus, non nisi contractuum haec ipsa natura ac finis est, ut ex iis obligationes nascantur; ea autem facta, ex quibus quasi ex contractibus obligamur, et vero etiam maleficia omnia et quae facta eventave quasi quis deliquisset obligationes pariunt, aliam per se naturam habent, quam obligatio consequitur, non eam ut obligationem pariant: scilicet nemo furtum facit, ut furti actionibus et condictione furtiva teneatur; sed emptionem nemo contrahit, nisi si venditorem ad rem tradendam sibi obligari velit, et sic deinceps.

Ad pag. VIII. ẏ. 8. sqq.] De ratione huius partis supra (ad pag. I. ẏ. 13. 14.) expositum est. quam simpliciter eleganterque Gaius eam adornarit nemo quod sciam adhuc declaravit; neque capere mente potest nisi qui Gaii tricuspidem Institutionum stipitem recte intueatur. Quattuor huius partis sive, si quis exceptiones ut actionum speciem ponere malit (quod facere nolui propter verba Gaii IV. §. 108. „nec omnino ita, ut nunc, usus erat illis temporibus [*i. e. legis actionum*] exceptionum"), tria membra omnino Romanam conformationem habent, neque ab iis qui Iustinianas Institutiones compilaverunt, quantumvis et praetermittere et immutare cogerentur, systematica huius partis ratio corrupta collisave est, licet ex rubricis imperialium Institutionum vix summa oculorum acies et intentio verum commentarii adornandi filum exploraverit. Titulus XVII. ideo adiciendus fuit, quod recentius opus de formulis caput (Gai. IV. §§. 32. sqq.) non admittebat; compilatores autem aut laboris non satis patientes fuisse aut nimium otio caruisse videntur, quam ut ea quae sub rubrica *De officio iudicis* tradiderunt iustiori loco et praecipue ubi *De actionibus* agitur exponerent. Quod titulum *De publicis iudiciis* addiderunt antecessores, fortasse factum est, ut magis (si Iustiniani verbis uti licet) opus totius legitimae scientiae prima elementa esse videretur, rudisque animus studiosi facilius ad altioris prudentiae Digestis traditae redigeretur scientiam. Scilicet, ut sub unius dominatione nullis legibus temperata, ex omni *iure* publico Iustiniani temporibus praeter ius criminale quod vocamus vix aliquid superstes erat.

Ad pag. IX. ẏ. 3. 4.] De causis actionum proprio nomine a nobis et in nos instituendarum h. l. exponere propterea opus non est, quod eae toto iure ante explicato continentur. Unum supererat quod ad nascentes actiones demonstrare qui alieno nomine agere aut conveniri possent.

Ad pag. IX. ẏ. 19.] Dubitare possis an Gaius de pauperie hoc loco disseruerit, quum quae legi possunt §i 81. verba omnia ad servos noxae dandos referenda esse videantur, neque in codicis Veronensis pag. 219. quicquam quod ad pauperiem pertineat legi possit. addideris fortasse, Gaium h. l. de causis *alieno nomine* in nos instituendarum actionum exponere interque eas propter nocentia animalia nostra dandas actiones minus accurate collocari. Sed hoc quidem aliter habet: Gaius eas actiones h. l. omnes percenset, quibus *non ex nostris factis*, *non nostro nomine* tenemur, sed eo nos dare oportet, quod sive homines iuri nostro subiecti sive res nostrae sese moventes aliquid fecerunt. Neque illud, quod §. 81. ad servos noxae dandos refertur, obstat: nam de pauperie quoque actio, si ante litem contestatam decesserit animal, extinguitur. (Ulp. L. 1. §. 13. D. si quadrup. IX. 1. coll. cum Iulian. L. 39. §. 4. Ulp. L. 42. §. 1. D. de noxal. act. IX. 4.) Praeterea Iustinianarum Institutionum ordo seriesque omnino versui illi nostro 19. favent: presse enim quantum fieri potuit in hoc commentario adornando Gaianam rationem illae sequuntur. Itaque sic statuerim: Gaius post expositas actiones quae ex contractibus maleficiisque hominum potestati nostrae subiectorum oriuntur, in fine pag. 218. initioque pag. 219. cod. Veron. quid effectus contractuum maleficiorumve a ceteris iuri nostro subiectis personis admissorum differat ostendit; tum ad antiquam de pauperie actionem, et, ut puto, etiam (ut §. 1. I. si quadrup. IV. 9.) ad aedilicias actiones propter nocentia animalia datas transit; toti denique loco finem ea observatione imponit, quibus modis a noxae dandi obligatione pater dominusve liberetur.

Ad pag. X. ẏ. 8. 9.] Cf. quae paulo ante ad pag. VIII. ẏ. 8. sqq. annotavimus.

Singularis error pag. III. ẏ. 47. est quod v. *in bonis* expressa sunt pro v. *divini iuris*

Post ẏ. 15. pag. VI. excidit hic versus: *t) Tutoris datio directa esse debet.* Gai. II. §. 289.

GAII

INSTITVTIONVM

COMMENTARII QVATTVOR.

GAII INSTITVTIONVM

COMMENTARIVS PRIMVS.

Pag. 1. I. De iure gentium et 'civili.' §. 1. [1] *'Omnes*
fol. 50ª. *populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. nam quod quis'*|que [2] populus ipse sibi ius constituit, id ipsius| proprium [3] est vocaturque ius civile, quasi ius pro|prium ip'*sius civitatis. quod vero naturalis'* [4] ratio inter omnes| homines constituit, id aput omnes populos [5] per|aequo custoditur vocaturque ius gentium, | quasi quo iure omnes gentes utuntur. Populus [6] ita|que Romanus partim suo proprio, partim com|muni omnium hominum iure utitur. quae sin|gula qualia sint [7], suis locis proponemus. |

§. 2. Constant autem iura ex legibus, plebiscitis, se|natusconsultis, constitutionibus Princi|pum, edictis eorum qui ius edicendi habent, res|ponsis prudentium. | §. 3. [8] Lex est, quod populus iubet atque constituit: plebis|citum est, quod plebs iubet atque constituit. plebs autem | a populo eo distat, quod populi appellatione [9] uni|versi cives significantur, connumeratis | et*iam* [10] patriciis [11]; plebis autem appellatione sine patri|ciis [12] ceteri cives significantur. Unde olim pa|tricii dicebant, plebiscitis se non teneri, quia | sine auctoritate eorum facta
2. essent. sed postea || lex Hortensia lata est, qua cautum
50b. est, ut plebiscita univer|sum populum tenerent. itaque eo modo legibus exac|quata sunt. §. 4. [13] Senatusconsultum est, quod senatus iubet atque | constituit. idque legis vicem optinet; quam|vis fuerit [14] quaesitum.| §. 5. Constitutio Principis est, quod Imperator decreto, | vel edicto, vel epistula constituit. nec umquam dubitatum | est, quin id legis vicem optineat, cum ipse Imperator | per legem imperium accipiat. | §. 6. Ius autem edicendi habent magistratus populi Romani. sed am|plissimum ius est in edictis duorum Praetorum, ur|bani et peregrini: quorum in provinciis iurisdictionem | Praesides earum habent. item in edictis Aedilium | curulium: quorum iurisdictionem in provinciis populi Romani | Quaestores habent; nam in provincias Caesaris omnino Quae|stores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his pro|vinciis non proponitur. | §. 7. [15] Responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum, | quibus permissum est [16] iura condere. quorum omnium si | in unum sententiae concurrant, id quod ita sentiunt, | legis vicem optinet; si vero dissentiunt, iudi|ci licet, quam velit, sententiam sequi: idque rescripto divi Ha|driani significa*tur* [17].

II. De iuris divisione. | §. 8. [18] Omne autem [19] ius, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel || ad res, 3.
vel ad actiones. sed prius videamus de personis [20]. 27b.

III. De condicione hominum. | §. 9. [21] Et quidem summa [22] divisio de iure personarum [23] haec | est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi. §. 10. Rur|sus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii liber|tini. §. 11. [24] Ingenui sunt, qui liberi nati sunt; libertini [25], qui ex | iusta servitute manumissi sunt. §. 12. Rursus libertinorum (*tria sunt genera: nam aut cives Romani, aut Latini, aut dediticiorum*) | numero sunt. de quibus singulis dispiciamus; ac prius | de dediticiis.

IV. De dediticiis vel lege Aelia Sentia. §. 13. [26] Lege itaque Aelia Sentia ca|vetur, ut qui servi a dominis poenae nomine vincti *sint* [27], | quibusve stigmata inscripta *sint* [28], deve quibus ob noxam | quaestio tormentis habita *sit* et in ea noxa fuisse convi|-

---

1) *Omnes — gentes utuntur.* Vid. L. 9. D. de iust. et iur. §. 1. I. de iur. natur. *Populus itaque* etc. Vid. c. §. 1. I. 2) Supplevi e Dig. 3) Dig. et Inst. add. *civitatis* 4) E Dig. 5) In Dig. vulgo legitur: omnes *homines*; Flor. Cod. et Hal. Ed. solam vocem *omnes* exhibent. 6) Inst.: *Et* populus 7) Inst. *sunt* 8) *plebs — significantur.* Vid. §. 4. I. t. c. 9) Inst.: eo *differt, quo species a genere.* nam *appellatione* populi 10) Sic Inst. Sched. *et* 11 et 12) Inst. add. *et senatoribus* 13) *Senatusconsultum — constituit.* Vid. §. 5. I. t. c. 14) Sched. et Ed. 2.: fuit Sed cf. Commentar. II. §. 236. 15) *Responsa — condere.* Vid. §. 8. I. t. c. 16) Inst. *erat* 17) Cod. *significant* 18) *Omne — actiones.* Vid. L. 1. D. de stat. hom. §. 12. I. de iur. natur. *sed prius* etc. Vid. c. §. 12. I. 19) *autem* om. Dig. 20) Inst.: *Ac* prius *de person.* videam. 21) Vid. L. 3. D. de stat. hom. pr. I. de iur. person. Cf. ad hanc §. nec non ad §§. 10—12. Epit. I, 1, pr. 22) Dig. et Inst. omissis verb. *Et quidem* habent: Summa *itaque* 23) Dig.: de *iur. person.* divisio 24) *libertini* etc. Vid. L. 6. D. de stat. hom. pr. I. de libert. 25) Dig. et Inst. add. *sunt* 26) Cf. Epit. I, 1, §. 3. 27 et 28) Cod. *s*

cti *sint*[29], quique *ut*[30] ferro aut cum bestiis depugnarent tra|diti sint[31], inve ludum custodiamve con*iecti*[32] fuerint, | et postea vel ab eo*dem* domino vel ab alio manumissi, eiusdem | condicionis liberi *fiant*[33], cuius condicionis sunt | peregrini dediticii. V. DE PEREGRINIS DEDITICIIS. §. 14. Vocantur autem (*peregrini dediticii*) hi[34], qui quondam adversus populum Romanum armis | susceptis pugnaverunt, deinde, *ut* victi sunt, [34*] se dediderunt. §. 15. Huius | ergo turpitudinis servos quocumque modo et cuiuscumque | aetatis manumissos, etsi pleno iure dominorum fu|erint, numquam aut cives Romanos, aut Latinos fieri dicemus, sed omni|modo dediticiorum numero constitui intelle|gemus.

§. 16. Si vero in nulla tali turpitudine sit servus,| manumissum modo civem Romanum, modo Latinum fieri
4. dice||mus. §. 17.[35] Nam in cuius persona tria haec
27^a. concurrunt, ut ma|ior sit annorum triginta, et ex iure Quiritium do|mini, et iusta ac legitima manumissione liberetur, | id est, vindicta aut censu aut *testamento*, is civis Romanus fit: sin | vero aliquid eorum deerit, Latinus erit.

VI. DE MANUMISSIONE VEL CAUSAE PROBATIONE. | §. 18. Quod autem de aetate servi requiritur, lege Aelia Sentia in|troductum est. nam ea lex minores xxx annorum servos non | aliter voluit manumissos cives Romanos fieri, quam si vindi|cta, aput consilium iusta causa manumissionis adprobata, libe|rati fuerint. §. 19. Iusta autem causa manumissionis est veluti si quis fi|lium filiamve, aut fratrem sororemve naturalem, aut | alumnum, aut paedagogum, aut servum procuratoris ha|bendi gratia, aut ancillam matrimonii causa, aput consilium | manumittat. VII. DE RECU*PERATORIBUS*. §. 20.[36] Consilium autem adhibetur in urbe Roma | quidem quinque senatorum et quinque equitum Romanorum pube|rum; in provinciis autem viginti recuperatorum civium | Romanorum. idque fit ultimo die conventus: sed | Romae certis diebus aput consilium manumittun|tur. Maiores vero triginta annorum servi[37] semper manu|mitti solent, adeo ut vel in transitu manumittantur, | veluti cum Praetor aut Proconsule[38] in balneum vel in theatrum | eat. §. 21. Praeterea minor triginta annorum servus manumissione po|test civis Romanus fieri si ab eo domino, qui solvendo | non erat, *testamento* eum liberum et heredem relictum * — [38*] || [39] ———— ⁊. 5. ———— |
75^a. — — — — * * spurios — — — — — — — |————
t. s. ————|— — — — —¦— — creditor — — sex| ————
———— |— — — — — — — — — ** debitoris * —|
legis* — — — — — — — — — — — — — —| — — — — — — —
— — pecunia — — —| ———— ⁊. 2. ————|
ea * traditione * * — — — — — — — — — — —| mancipationi*bus*
** — — — — — — — — — — —| ———— ⁊. 2. ————|
— ** latinum — — — — — — — — — — — — —| — — — — — — — —
— is quia — — — — —|———— ⁊. 4. ————||
* §. 22. *manumissi sunt* Latini *Iuniani dicuntur*: La- 6.
tini ideo, | *quia*[40] adsimulati *sunt* Latinis *coloniariis*; *Iu*- 75^b. t. 8.
niani ideo[41], | quia per legem Iuniam libertatem acc*eperunt*, *cum* olim ser|vi viderentur esse. §. 23.[42] Non *tamen* illis permittit lex Iunia | nec ipsis testamentum facere, nec ex testamento alieno capere, nec tutores | testamento dari. §. 24. Quod autem diximus, ex testamento eos capere '*non*' | posse, *ita* intelleg*endum est, ut nihil* directo heredi*tatis* le|gatorumve nomine *eos* posse capere dicamus: *a*|lioquin per fideicommissum capere possunt.

§. 25.[43] Hi vero, | qui dediticiorum numero sunt, nullo m*odo ex testamento* capere | possunt, non magis, quam qui liber peregrinusque '*est*'. nec ipsi *testamentum* fa|cere possunt secundum *quod plerisque* pla*cuit*. | §. 26.[44] Pessima itaque libertas eorum est, qui dediticiorum nu|mero sunt: nec ulla lege, aut senatusconsulto, aut constitutione princi|pali aditus illis ad civitatem Romanam datur. §. 27. Quin et in | urbe Roma vel intr*a* centesimum urbis Romae | miliarium morari prohibentur. et '*si contra fecerint*', | ipsi bonaque eorum publice venire iubentur ea con|dicione, ut ne in urbe Roma vel intra cen|tesimum urbis Romae miliarium serviant, ne*re* u*m*|*quam manumittantur*; '*et*' si *manumissi* fuerint, servi populi Ro|mani esse iubentur. et haec ita lege Aelia Sentia | conprehensa sunt. |

'*QUIBUS MODIS*' LATINI AD CIVITATEM ROMANAM PERVE-
NI*ANT*. || §. 28.[45] Latini multis modis ad civitatem Ro- 7.
manam perve|niunt. §. 29. *Statim* enim ea*dem*[46] lege 54^a.
Aelia Sentia cautum est, ut minores | triginta annorum manumissi '*et*' Latini facti si uxores | duxerint vel cives Romanas, vel Latinas coloniarias, '*vel ei*'|usdem condicionis cuius et ipsi essent, idque testa|ti fuerint adhibitis non minus quam septem testibus civi|bus Romanis puberibus, et filium procreaverint '*et*' | is[47] filius anniculus *fuerit*, per*mittatur* eis, *si velint*, | per *eam* legem adire Praetorem vel in provinciis Praesidem | provinciae, et adprobare, se *ex* lege A*elia Sentia*[48] | uxorem duxisse et ex ea filium anniculum habe|re: et si is, aput quem causa probata est, id ita esse pronuntia|verit, tunc et ipse La-

---

29) Cod. *sunt* 30) Cod. *ā* 31) *sint*. In Cod. super littera *i* adscripta est *u* 32) Cod. *conlecti*. 33) Cod. *fiunt* 34) Ita Lachmanno suadente scripsi. Ed. 2.: Vocantur autem *sic* [34*) Ed. 2.: *pugnaverunt, et deinde victi*. Cod. pro *ut* habet *et*.] 35) Cf. Epit. I, 1, §. 1. 36) *Maiores* etc. Vid. §. ?. I. t. e. 37) Iust. omissis verb. *Maior. trigint. ann.*, sic habent: *Servi* vero *a dominis* 38) Iust. *Proconsul aut Praeses* [38*) Ed. 2.: *testamento* liber et heres relictus *sit*. si Cod. — *relinctu snsı* Reliqua ita expleri possunt, *scri|ptus heres alius non summoveat*.] 39) De huius paginae argumento ex §§. 17. et 22. coniectura capi potest. Pertinet eo Epit. I, 1, §. 2.: *Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut convivii adhibitione manumittuntur.* 40) *quia* Lachm. coni. Cf. Commentar. III. §. 56. Ed. 2.: n*am* Sched. *n* 41) Sched.: ideo. Ed. 2.: ideo '*vero*' Nunc cum Lachmanno existimo, inter *ideo* et *quia* nihil esse inserendum. Cf. loc. not. 40. allegat. 42 43 44 45) Cf. Epit. I, 1, §. 4. 46) Sched. *ea* vel *ex* 47) Cod. *his* 48) Sched.: lege *as********* Ed. 2.: lege Aelia Sentia '*liberorum causa*' Iam Hollwegio adstipulor, cuius de hoc loco sententia haec est: „litteram *s* in schedis falso exhiberi pro littera *e*, et verba *ex lege Aelia Sentia* non compendio scripta, sed integra in codice exstare." Vid. Hollwegii Diss. de causae probatione, p. 49.

tinus et uxor eius, si et ipsa eiusdem (*condicionis sit, et ipsorum filius, si et ipse eiusdem*) | condicionis sit[49], cives Romani esse iubentur. §. 30. Ideo autem | in ips*orum filio*[50] adiecimus si et ipse *eius*dem condicionis | sit, q*uia* si uxor Latini civis Romana 'est', qui ex ea nascitur, | ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, civis Romanus nasci|tur. §. 31. Hoc tamen ius adipiscendae civitatis Romanae etiamsi so*li* minores *tri*|ginta annorum manumissi et Latini facti ex lege Aelia Sentia | habuerunt, tamen postea senatusconsulto, quod Pegaso et Pusione Consuli|bus factum est, et[51] maioribus triginta annorum manumis|sis Latinis factis concessum est. | §. 32. Ceterum etiamsi an*te dece*sserit. Latinus, '*quam*' annic*uli* | *f*i*l*ii causam probarit[52], potest
8. mat*e*r eius causam probare, et s*i*c et ipsa fi*et* || civis Ro-
54b. m*ana* * — — — — — — — — — — |———————— ỷ. 2.
———————————| ipse filius c*u*ius — — — — — — — — — |
debet causam probare, ut * * — — — — — — — — | — * * de
filio anniculo * — — — — — — — |———————— ỷ. 5.
———————————| illis — — * * dominis * — — — — —
— | ——————— ——————— | Quiritium —
— — — — — — — — — — — | caverit * * — — — — — — — —
— — | — — — — — * * in eius loc * — — — — — |
——————— ỷ. 2. ——————— | §. 33. aedi-
ficio — * non minus quam par*tem* — [53] — — — | patri-
mon'*ii sui*' impenderit, ius Q'*uiritium consequ*'a|tur[54] * *
— — — — — — — — — — — — | ——————— ỷ. 2.
———————————| §. 34. frumenti — — — ad ius Qui-
9. ritium[55] — || ——————— ỷ. 12. ——————— | —
53a. — — — *consecutus* — — — — — | ———————
———————| — — — — ius Quiritium fuerit — —
—| §. 35. '*si quis alicuius e*'*t* in bonis et ex iure Quiritium sit, manumis|sus, ab eodem scilicet et Latinus fieri p*otest et* | ius Quiritium consequi.[56] |

§. 36. '*Non tamen cuicumque volenti manumittere licet*'[57]. §. 37.[58] '*Nam is, qui*' | in fraudem creditorum vel in fraudem patroni[59] | manumit*tit*, nihil agit quia lex Aelia Sentia impedit libertatem. §. 38.[60] Item e|adem lege minori xx annorum domino[61] non | aliter manumittere permittitur, quam si vindicta aput con||silium 10.
iusta causa manumissionis adprobata fuerit[62]. §. 39. 53b.
Iustae | autem causae manumissionis sunt veluti si quis patrem, | aut matrem, aut paedagogum, aut conlactaneum | manumittat. sed et illae causae, quas superius[63] in ser|vo minore xxx annorum exposuimus, ad hunc quoque | casum, de quo loquimur, adferri possunt. | item ex diverso hae ca*u*sae, quas in minore xx | annorum domino rettulimus, porrigi possunt | et ad servum minorem xxx annorum. §. 40.[64] Cum ergo cer|tus modus manumittendi minoribus xx an|norum[65] dominis per legem Aeliam Sentiam constitutus sit, | evenit[66], ut qui xiiii annos aetatis expleverit, licet | testamentum facere possit, et in eo heredem sibi in|stituere legataque relinquere possit, tamen, si ad|huc minor sit annorum[67] xx, libertatem servo da|re non pos*sit*[68]. §. 41. Et quamvis[69] Latinum facere vel|it minor xx annorum dominus, tamen nihilominus debet aput con|silium causam probare, et ita postea inter amicos manumittere. |

§. 42.[70] Praeterea lege Furia Caninia certus modus con|stitutus est[71] in servis testamento manumitten|dis. §. 43. Nam ei, qui plures quam duos, neque plures quam decem ser|vos habebit, usque ad partem dimidiam eius nu|meri manumittere permittitur. *ei* vero, qui plu-
res||quam x, *n*eque plures quam xxx servos habebit, us- 11.
que ad tertiam partem | eius numeri manumittere permit- 80a.
titur. at ei, qui plures | quam xxx, neque plures quam t. s.
centum habebit, usque ad par|tem quartam * — — — —
— — — datur. novis|sime ei, qui plures quam c habebit, nec plures quam D * — — — | permittitur, quam ut quintam partem, neque plures | * — [72] sed praescribit lex, ne cui plures manumittere liceat | quam c * *[73] si quis unum servum omnino aut duos | habet * — — — —

49) *tunc* etc. Similiter Hefft.: t. e. i. L. e. u. e., s. e. i. eiusdem condicionis sit (*et filius eorum*, *s. e. i. eiusdem condicionis sit*) Librarius per recurrentia verba *condicionis sit* deceptus integrum versum omisisse videtur. *ipsorum* Lachm. coni. cf. seq. §. Ed. 2.: t. e. i. Latinus (*et filius*) et u. e., s. e. i. eiusdem condicionis sit 50) Sic dubiam Schedar. scripturam Lachm. interpretatur. Ed. 2.: ipso *filio* 51) Ita Sched. Ed. 2.: eti*am* 52) Cod. *probet* adscriptis super syllaba *bet* litteris *ari*; unde Hefft. recte edidit *probarit*. Ed. 2.: probaret 53) Sched. *partes*** 54) Locus in hunc fere modum restitui posse videtur: *lege Iulia cautum est, ut Latinus, si in perficiendo* aedificio *Romae* non minus quam partem *semissariam* (*sextantariam?*) patrimonii sui impenderit, i. Q. e. Cf. Ulpianus, Fragm. III, §. 1. et L. 139. D. de v. s. 55) Apparet, Gaium h. l. egisse de civitate per frumenti subvectionem consequenda. Cf. Ulpianus Fragm. III, §§. 1. 6. 56) Hic articulus ad iterationem pertinet, de qua in Epit. I, 1, §. 4. leguntur haec: *nam Latini patronorum beneficio, id est si iterum ab ipsis aut testamento, aut in ecclesia, aut ante Consulem manumittantur, civium Romanorum privilegium consequuntur.* Cf. Ulpianus, Fragm. III, §§. 1. 4. 57) Ex pr. I. qui quib. ex caus. manum. non poss. Cf. Epit. I, 1, §. 5. 58) Vid. e. pr. I., unde prima huius §. verba deprompsi. Cf. Epit. I, 1, §§. 5. 6. 59) *vel* etc. Haec in Inst. non leguntur. 60) Vid. §. 4. I. t. e. Cf. hic et ad §. seq. Epit. I, 1, §. 7. 61) Inst. loco *Item* etc. habent: Eadem l. *Aelia Sentia domino* m. v. *annis* 62) De hoc loco varie sentiunt Viri docti: sunt, qui eum sanum existiment, sunt qui corruptum. Inter hos Sav. pro *si vindicta* scribendum censet *vindicta, si*. Alii verbum *vindicta* suo loco positum, sed vocem *fuerit* spuriam esse putant: Huschk. coni. *manumiserit*; Rud. *fecerit*.
63) Cf. §. 19. 64) Vid. §. 7. I. t. e. Cf. Epit. l. c. 65) Inst. *annis* 66) Inst. *eveniebat* 67) Inst. *annis* 68) Cod. *potest* Inst. *poterat*. 69) Cod.: quamvis *ṅel* In contexto *uel* omisi, cum librarius punctis superpositis delendas litteras notare solitus sit.
70) Vid. Tit. I. de lege Fur. Can. sublat. Cf. hic et ad §. seq. Epit. I, 2, pr. 71) Inst. om. *Praeterea*, et pro *est* exhibent *erat*. 72) Sched.: plur *atur* Locum Lachm., mutato aliquatenus verborum ordine, quippe quem a librario turbatum esse suspicetur, a verb. *at ei* ita restituit: at ei, q. p. q. xxx, n. p. q. c h., usque ad partem quartam *manumittere permittitur*. novissime ei, qui plures quam C, *nec plures quam D* habebit, *non latior licentia datur*, quam ut quintam partem, neque plures (*manumitt*)at. 73) Blum., cuius Sched. *e* (vel ꝉ) *g* exhibent, legendum existimat *igitur*. Lachm. autem eo inclinat, ut putet, librarium scripsisse *rg*. eaque sigla significare voluisse verb. *regula* perperam e glossa in con-

— — — [74] et ideo liberam | habet potestatem manumittendi. §. 44. [75] Ac nec ad eos * — [76] | omnino haec [77] lex pertinet, qui sine testa*mento* | manumittunt. itaque licet iis [78], qui vindicta, aut cen|su, aut inter amicos manumittunt, totam familiam suam li|berare: scilicet si alia causa non inpediat libertatem. | §. 45. [79] Sed quod *de* numero servorum testamento manumittendo|rum diximus, ita intelle*gem'us*, *ut ex eo'* numero, | ex quo dimidia, aut tertia, aut quarta, aut quin|ta pars liberari '*potest, utique tot manumittere*' liceat, | quot ex antecedenti numero licuit. et hoc ipsa | '*lege pro*'visum est. erat enim sane absurdum, ut x | servorum domino quinque liberare liceret, | quia usque ad dimidiam partem (*ex eo*) numero manumitte|re ei conceditur, — — * * xii [80] servos habenti non plures lice|ret manumi*tt*ere quam IIII. at eis,
12. qui plures quam x neque|| [81] ——— ℣. 17. ———|
80b. liberari * — — — — — — — — — — — | concedat * —
t. s. — — — — — — — — — — — | ——— ℣. 5. ——— ||
13. §. 46. [82] Nam et si testamento scriptis in orbem servis
32b. libertas data | sit, quia nullus ordo manumissionis invenitur, nulli | liberi erunt; quia lex Furia [83] Caninia, quae in fraudem | eius facta sint, rescindit [84]. sunt etiam specialia senatusconsulta, quibus rescis|sa sunt ea, quae in fraudem eius legis excogitata sunt. |

§. 47. In summa sciendum est, (*cum*) [85] lege Aelia Sentia cautum sit [86], *ut qui* cre|ditorum fraudandorum causa manumissi sint, liberi non | fiant, etiam hoc [87] ad peregrinos pertinere. senatus [88] | ita censuit ex auctoritate Hadriani; cetera vero iura eius | legis ad peregrinos non pertinere. |

§. 48. [89] Sequitur de iure personarum alia divisio. nam [90] quaedam | personae [91] sui iuris sunt, quaedam alieno iuri sunt subiectae [92]. | §. 49. [93] Sed rursus earum personarum [94], quae alieno iuri subiectae | sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio | sunt [95]. §. 50. [96] Videamus nunc [97] de iis [98], quae alieno iuri subiect*ae* sint [99]: (*nam*) [100] | si cognoverimus, quae istae personae sint [1], simul intel|legemus, quae sui iuris sint. §. 51. Ac prius dispiciamus de | iis, qui in aliena potestate| sunt [2].

§. 52. [3] In potestate ita|que [4] sunt servi dominorum [5]. quae quidem potestas iuris gentium | est. nam apud omnes peraeque gentes animadverte|re possumus, dominis in servos vitae necisque pote|statem esse [6]. et quo*d*cumque per servum adquiritur, id domi|no adquiritur [7]. §. 53. [8] Sed hoc tempore neque civibus || Ro- 14.
manis, nec ullis aliis hominibus [9], qui sub imperio populi 32a.
Romani [10] sunt, licet | supra modum et sine causa [11] in servos suos sae|vire. Nam ex constitutione *sacratissimi Imp*eratoris Antonini [12] | qui sine causa servum suum occiderit, non minus te|neri [13] iubetur, quam qui alienum servum [14] occiderit. Sed | et maior quoque [15] asperitas dominorum per eiusdem | Principis constitutionem [16] coercetur. nam consul|tus a quibusdam Praesidibus provinciarum de his | servis, qui ad fana Deorum [17] vel ad statuas Principum | confugiunt, praecepit, ut si intolerabilis videatur | dominorum saevitia, cogantur servos suos | vendere. Et utrumque recte fit [18]; male [19] enim | nostro iure uti non debemus: qua ratione et prodigis inter|dicitur bonorum suorum administratio. | §. 54. Ceterum cum apud cives Romanos duplex sit dominium, nam vel in |

---

textum translatum. Huic coniecturae opitulari videtur tum Magnonis testimonium, qui siglam *rgl.* interpretatur *regulis*, tum similium, qui in Cod. extant, locorum comparatio. Cf. notae ad §. 53. et ad Commentar. III. §§. 113. et 126. 74) Sententia tale quid requirere videtur: *de eo hac lege nihil cautum est* 75) Cf. Epit. I, 2, §. 1. 76) Blumii Sched.: *etia* vel *udl* Unde sunt, qui legendum putent *etiam*. Meo autem iudicio *etiam* post verba *ac nec ad eos* ferri non potest; in quo consentientes habeo Klenzium, Lachmannum, *alios*. Klenz. coni. *quidem*, quod probat Lachm. 77) Cod. in ipsa linea habet *ea*, supra lineam *haec*. 78) Cod. *is* 79) Cf. Epit. I, 2. pr. 80) In Cod. verb. *conceditur* continuo sequitur numerus *xii*; sed supra lineam Blumio teste adscripta sunt haec: (*ternae*(?) Lachm. coni.: *ulteriu' at* (ulterius autem) xii servos habenti 81) Ad materiam, quam Gaius in posteriore huius pag. parte tractasse censendus est, pertinent, quae leguntur in Epit. I, 2, init. §. 2.: *Nam si aliquis testamento plures manumittere voluerit, quam quot continet numerus supra scriptus, ordo servandus est: ut illis tantum libertas valeat, qui prius manumissi sunt, usque ad illum numerum, quem explanatio continet superius comprehensa: qui vero postea supra constitutum numerum manumissi leguntur, in servitute eos certum est permanere. Quodsi non nominatim servi vel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse omnes servos suos vel ancillas is, qui testamentum facit, liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse iubetur hoc ordine data libertas, sed omnes in servili condicione, qui hoc ordine manumissi sunt, permanebunt.* Cf. Commentar. II. §. 239. 82) Cf. Epit. I, 2, §. 2. in fin. 83) Cod. *fufia* 84) Huic fraudis exemplo in Epit. I, 2. §. 3. aliud iungitur. 85) Ita Lachm. Ed. 2.: (*quod*) 86) Ita Sched. Ed. 2.: *est* 87) Ed. 2.: hoc etiam; contra Cod. fidem. Similes locos habes Commentar. II. §. 54. et Commentar. III. §. 93. 88) Ed. 2.: senatus (*enim*) 89) Vid. L. 1. pr. D. de his q. sui v. alien. iur. s. pr. I. eod. Cf. Epit. I, 3, pr. 90) Dig.: *De i. p. a. divisio* sequitur, *quod* 91) *personae* om. Hal. Dig. 92) Dig. et Inst.: *subiectae* sunt. 93) Vid. c. pr. I. 94) *Sed* et *personarum* om. Inst. 95) Inst.: aliae in potestate *parentum, aliae in potestate dominorum* sunt. 96) Vid. c. L. 1. pr. c. pr. I. Cf. Epit. l. c. 97) Dig. et Inst.: Videamus *itaque* 98) Cod. *hiis* Dig. et Inst. *his* 99) Dig. et Inst. tam hic, quam duobus, qui proxime sequuntur, locis *sunt* exhibent. 100) E Dig. 1) Sched. *s* 2) Vid. c. L. 1. pr. D.: Dispiciamus *itaque* de *his, quae* i. a. p. s.; item c. pr. I.: Ac p. d. de *his, quae in potestate dominorum* s. 3) Vid. c. L. 1. §. 1. §. 1. I. l. c. Cf. Epit. I, 3, §. 1. 4) Dig.: *Igitur* in potestate 5) Inst.: *dominorum* sunt servi. 6) Dig. *fuisse* 7) Hal. Dig. *adquiri.* 8) *Sed hoc tempore — coercetur.* Vid. c. L. 1. §. 2. §. 2. I. l. c. *nam consultus — recte fit.* Vid. c. §. 2. I. Cf. Epit. l. c. 9) *neque* etc. Dig. et Inst.: *nullis* hominibus 10) Dig.: imperio *Romano* Inst.: imperio *nostro* 11) Dig. et Inst. add. *legibus cognita* Ordo verborum in Inst. hic est: licet *sine c. l. c. et* s. m. 12) *sacratissimi* etc. Flor. et Hal. Dig. *divi Antonini*. vulgata Dig. exempla cum Inst. *divi Pii Antonini* habent. 13) Ita Cod.; vitiose, ut videtur. Dig. et Inst. *puniri* 14) Inst.: *servum* alienum 15) *quoque* om. Dig. et Inst. 16) *per — constitutionem* Dig. et Inst.: c. P. *constitutione* 17) Inst.: ad *aedem sacram* 18) Inst.: servos *bonis condicionibus* vendere. *ut pretium dominis daretur . et recte* 19) Verb. *regula* in Cod.

bonis, vel ex iure Quiritium, vel ex utroque iure cuius|que[120] servus esse intellegitur[21], ita demum servum in| potestate domini esse dicemus, si in bonis eius sit, etiamsi| simul ex iure Quiritium eiusdem non sit. nam qui nudum ius Quiritium in servo ha|bet, is potestatem habere non intellegitur. |

§. 55.[22] Item in potestate nostra sunt liberi nostri, quos[23] iustis | nuptiis procreavimus[24], quod ius proprium civium Romanorum est[25]. fere | enim nulli[26] alii sunt homines, qui talem in filios suos ha|bent[27] pote-
15. statem, qualem nos habemus. idque div*us* Ha||drian*us*[28]
57ᵃ edicto, quod proposuit de his, qui sibi liberis|que suis ab eo civitatem Romanam petebant, signifi|cavit. nec *me* praet*erit*, Galatarum gentem credere, | in potestate[29] parentum liberos esse. |

§. 56.[30] ˹*Habent autem in potestate liberos cives Romani*˺ | si cives Romanas uxores duxerint, vel etiam La|tinas peregrinasve cum quibus conubium ha|beant. cum enim conubium id efficiat, ut liberi pa|tris condicionem sequantur, evenit, ut non (*solum*) cives Romani fi|ant, set *et*[31] in potestate patris sint. §. 57. Unde et veteranis | quibusdam concedi solet principalibus constituti|onibus conubium cum his Latinis peregrinisve, | quas primas post missionem uxores duxerint. | et qui ex eo matrimonio nascuntur, et cives Romani, et in po|testate[32] parentum fiunt. | §. 58.[33] — — —[34] ˹*non omnes nobis uxores ducere licet*˺[35]: | nam a[36] quarundam nuptiis abstinere debemus[37]. | §. 59.[38] Inter eas enim personas, quae parentum liberorumve locum | inter se optinent, nuptiae contrahi non | possunt, nec inter eas conubium est[39]; velut inter patrem | et filiam, *vel* matrem et filium, *vel* avum et ne|ptem[40]: et si tales personae
16. inter se coierint, nefarias || ˹*atque incestas nuptias contra-*
57ᵇ *xisse dicuntur. et haec a*˺|deo[41] ita sunt, ut quamvis per adoptionem parentum libe|rorumve loco sibi esse coeperint, non poss*int*[42] inter se | matrimonio coniungi[43]: in tantum, ut et*iam*[44] dissoluta ado|ptione idem iuris maneat. itaque eam, quae nobis | adoptione filiae aut neptis loco[45] esse coeperit, non | poterimus[46] uxorem ducere, quamvis eam emanci|paverimus. | §. 60.[47] Inter eas quoque personas, quae ex transverso gradu cogna|tione[48] iunguntur, est quaedam similis observatio, sed | non tanta. §. 61.[49] Sane[50] inter fratrem et sororem prohibi|tae sunt nuptiae[51], sive[52] eodem patre eademque matre | nati fuerint, sive[53] alterutro eorum. sed si qua per | adoptionem soror mihi[54] esse coeperit, quamdiu | quidem constat adoptio, sane inter me[55] et eam nuptiae non | possunt consistere[56]: cum vero per emancipationem | adoptio dissoluta sit, potero[57] eam uxorem | ducere. set *et*[58] si ego emancipatus fuero, nihil inpe|dimento erit[59] nuptiis. §. 62.[60] Fratris filiam uxorem | ducere licet. idque primum in usum venit, cum | divus Claudius Agrippinam, fratris sui filiam, | uxorem duxisset. sororis vero filiam uxorem | ducere non licet. et haec ita principalibus con|stitutionibus significantur. || Item amitam et materteram **17.**
uxorem ducere | non licet. §. 63.[61] Item eam, quae **4ᵃ.**
nob˹*is quondam*˺ socr*us*, | aut nurus, aut privigna, aut noverca fuit. ideo *autem* | diximus quondam, quia si adhuc constant eae | nuptiae, per quas talis adfinitas quaesita est, alia ra|tione ˹*inter nos*˺ nuptiae esse non possunt, quia neque eadem duobus | nupta esse potest, neque idem duas uxores habere. §. 64.[62] Er|go si quis nefarias atque incestas nuptias contraxe|rit, neque uxorem habere videtur, neque liber˹*os*. | *hi enim*˺, qui ex eo coitu nascuntur, matrem quidem | habere videntur, patrem vero non utique: nec ob id in po|testate eius sunt, (*sed*) quales[63] sunt ii[64], quos mater vulgo con|cepit. ˹*nam nec hi*˺[65] patrem habere * —[66] intellegun|tur[67], cum ˹*his etiam*˺[68] incertus sit[69]: unde solent spurii *fi*|lii[70] appellari, vel a Graeca voce quasi σποράδην conce|pti, vel quasi sine patre filii. |

§.[71] 65. ˹*Aliquando autem evenit, ut liberi*[72] *statim, ut na*˺|ti sunt, parentum in potestate[73] non fiant, *at*[74] postea tamen[75] redi|gantur in potestatem. §. 66. Ita-

---

ante *male* positum glossema habendum est. Cf. not. 73. 120) Cod. *cuiu'q.*; quod in Ed. 2. interpretatus sum: cuiusquam. Cum autem pronominis *quisquam* usus ad negativas tantum sententias pertineat, nunc Lachmanno auctore *cuiusque* edidi. 21) Cod. *intellegat'* 22) *Item — Romanorum est.* Vid. L. 3. D. t. c. *in potestate — habemus.* pr. et §. 2. I. de patr. pot. Cf. Epit. I, 3, §. 2. 23) Dig. et Inst. add. *ex* 24) Pleraque tam Dig. quam Inst. exempla, in quibus tamen numerandae non sunt Hal. Edd., exhibent *procreaverimus.* 25) *quod* etc. Inst.: Ius *autem potestatis*, *quod in liberos habemus*, proprium *est* civ. Rom. 26) *fere* etc. Inst.: *nulli* enim 27) Inst.: in *liberos habeant* 28) Cod. *divi hadriani* 29) Cod. *potestatem* 30) Cf. Epit. I, 4, pr. 31) *set et* Ita Hefft. Cf. §. 71. in fin. Sched. et Ed.: set 32) Sched.: in *potestatem* 33) Vid. §. 1. I. de nupt. Cf. Epit. I, 4, §. 1. 34) Signum incipientis articuli in Ed. 2. hoc loco positum est. 35) Ex Inst. 36) *a* om. Inst. 37) Inst. *abstinendum est.* 38) Vid. c. §. 1. I. Cf. Epit. l. c. 39) *nec* etc. His verbis, quae in Inst. non leguntur, glossam contineri putat Schrad. 40) *velut* etc. Inst.: *veluti* i. p. e. f., vel *avum et neptem*, vel m. e. f., *vel aviam et nepotem et usque ad infinitum.* 41) Ex Inst. 42) Cod. *possunt* 43) Inst. *iungi*

44) Sic Inst. Sched. *et* 45) Inst.: quae *tibi per adoptionem filia* aut neptis 46) Inst. *poteris*; mox *emancipaveris* 47) Vid. §. 2. I. t. c. 48) Inst. *cognationis* 49) Vid. c. §. 2. I. Cf. Epit. I, 4, §. 2. 50) Inst. add. *enim* 51) Inst.: *nuptiae* prohib. s. 52) Inst. add. *ab* 53) Inst. add. *ex* 54) Inst. *tibi* 55) Inst. *te* 56) Inst.: *consistere* non poss. 57) Inst. *poteris* 58) *set et* Ita Inst. Sched. *set* 59) Inst.: si *tu* e. *fueris*, n. *est* i. 60) Cf. Epit. I, 4, §§. 3. 4. 61) Cf. Epit. I, 4, §. 5. 62) *quales sunt* etc. Vid. §. 12. I. t. c. Cf. Epit. I, 4, §. 8. 63) Ed. 2.: eius sunt, sed quales Minus accurate, cum in Sched. sit: eius *s* quales 64) Cod. *hii* 65) Ex Inst. Ed. 2.: ˹*nam et hi*˺ 66) Ed. 2.: non Sched. *c*n* Lachm. librarium vel *on̊*, vel *ōō*, vel *oo* scripsisse putat, quibus siglis v. *omnino* notari testantur Magno et Petrus. 67) Inst. *habere intelleguntur*; nulla voce intermedia. 68) Ex Inst. Ed. 2.: ˹*pater*˺ 69) Inst. *est* 70) Inst.: *filii* spurii 71) Vid. §. ult. I. t. c., cuius initium, uno verbo omisso (vid. seq. not.), in hunc locum transcripsi. 72) Inst.: liberi, *qui* 73) Inst.: *in pot.* par. 74) *at* in Inst. non legitur. Sched. *n* [Et hoc pronomen *ii* servare possumus, et paulo ante (n. 71. 72.) *qui.*] 75) Inst. *autem*

que '*si Latinus*', ex lege Aelia Sentia | uxore ducta, filium
procreaverit, aut Latinum | ex Latina, aut civem Romanum
ex cive Romana, non | habebit eum in potestate — — —
— — — | — — — — — — — * simul ergo cum in pote-
18. state || sua habere incipit [176]. §. 67. Item si civis Ro-
4b. manus Latinam aut peregri|nam uxorem duxerit per igno-
rantiam, cum eam civem Romanam | esse crederet, et fili-
um procreaverit, hic non est in | potestate, quia ne qui-
dem civis Romanus est, sed aut Latinus, | aut peregrinus,
id est eius condicionis, cuius et mater | fuerit, quia non
aliter quisquam ad patris condicionem acce|dit, quam si
inter patrem et matrem eius conubium sit: sed ex sena-
tusconsulto | permittitur, causam erroris probare, et ita
uxor quoque et fili|us ad civitatem Romanam perveniunt,
et ex eo tempore incipit filius | in potestate patris esse.
Idem iuris est si eam per igno|rantiam uxorem duxerit,
quae dedi*ti*ciorum numero | est; nisi quod uxor non fit
civis Romana. §. 68. Item si civis Romana | per er-
rorem nupta sit peregrino [77], tamquam civi Romano, per-
mit|titur ei causam erroris probare, et ita filius quoque
et ma|ritus ad civitatem Romanam perveniunt, et aeque
simul incipit fili|us in potestate patris esse. Idem iuris
est si pere|grino, tamquam Latino, ex lege Aelia Sentia
nupta sit: nam | et de hoc specialiter senatusconsulto ca-
vetur. Idem | iuris est aliquatenus si ei, qui dedi*ti*ciorum
numero | est, tamquam civi Romano, aut Latino, e lege
Aelia Sentia nupta | sit: nisi quod scilicet, qui dediticio-
rum numero est, in su|a condicione permanet; et ideo
filius, quamvis fiat civis Romanus, | in potestatem patris
non redigitur. | §. 69. Item si Latina peregrino, quem
19. Latinum esse cre||deret, nupserit, potest ex *senatuscon-*
65b. *sulto*, filio *nato*, causam erro|*ris* p'*robare: et ita om*'nes
t. s. fiunt cives Romani, '*et*' filius | in potestate patris esse in-
cipit. §. 70. Id*em iuris omnino* '*est*' | si Latinus per
errorem peregrinam, *quasi* Latin*am* | aut civem Romanam,
e lege Aelia Sentia uxorem duxerit. | §. 71. Prae-
terea si civis Romanus, qui se credidisse*t* Latinum, *du-*
xiss|*et* Latinam, permittitur *ei*, filio nato, erroris causam
pro|bare, *tamquam* '*si ex*' lege Aelia Sentia uxorem du-
xisset. Item | h*is*, *qui*, *licet* cives Romani essent, pere-
grinos se esse credi*disse*nt | et peregrinas uxores duxis-
sent, permittitur ex | senatusconsulto, filio nato, causam
erroris probare: quo facto peregrina | uxor civis Romana

(*fit*) [78] et filius — — — non solum *ad civita*|*tem Roma-*
nam pervenit, sed *etiam in* potestatem patris *redigi*|*tur*.
§. 72. Quaecumque de filio esse diximus, eadem et de
filia di|cta intellegemus. §. 73. *Set* [79] quantum ad
erroris causam | probandam attinet, nihil interest, cuius
aetatis filius sive | filia *sit* * — — — — — — — — — — — |
Latinus — — — — qui — — — — — — — | * * [80] si minor
anniculo *si*t filius filiave, causa probari | non potest [81].
nec me praeterit, in aliquo rescripto divi Hadria|ni ita
esse constitutum, tamquam, quod ad erroris quoque | '*cau-*
sam' probandam [82] * — — — — — — — — — — — |
———— ———— | — — * * Impera-
tor * — — — tuendam dedit. || §. 74. *Item* peregri- 20.
no * — — — — — — — — — | ———— 65a.
ꝟ. 3. ———— | uxorem duxisset et, filio nato, alias t. s.
civitatem Romanam consecu|tus esset, deinde, cum *quae-*
reretur, an *causam* probare *posset*, *res*|cribsit Imperator
Antoninus, perinde posse eum '*causam pro*'|bare, atque si
peregrinus mansisset. ex quo colli|gimus, etiam peregri-
num *causam* probare posse [83]. §. 75. '*Ex iis*', | *quae*
diximus, ap*paret* [84] — * [85] errore — — — — *pere*|grinus
— — — — — — — — — — — | — — — — — —
q*uidem* — errorem — * * | matrimonium — — — — —
— — — — | — — ea, quae superius — — — nu*llus*
error | intervenerit — — — — — — — — — — | nullo
cas*u* * * — — — — — — — [86] |
§. 76. ———— ꝟ. 2. ———— | uxorem
duxerit, *sicut supra quoque* di*x*imus, ius*tum* | matrimonium
contrahi [87]. et tunc ex iis [88] *qui* nasci*tur* | civis Romanus
est et in potestate patris erit. §. 77. Itaque si ci-
vis Ro|mana peregrin*o* * * — — — — — — — — |
———— ———— | — * * filius *est*,
tamquam si ex peregrina eum procreasset [89]. || hoc * * [90] 21.
t*empore e* senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano | 29a.
factum est, *etsi* non fuerit conubium inter civem Roma-
nam | et peregrinum, qui nascitur iustus patris filius est. |
§. 78. Quod autem diximus, inter civem Romanam pe-
regrinum'*que matrimonio contracto*, *eum*, *qui*' | nasci-
tur, peregrin*um* — — — — — — — | ————
———— | eadem le*ge* — — — — — — — si
partus — |qua et [91] conubium non sit * * — — — — — —
peregri|nus ex eo coitu nascatur * * — — — — — *ne-*
ces|saria lex — — — — — — — — — — — — | ————

176) Ambitus eorum, quae in extrema pag. 17. legi non potuerunt, spatium, quod in contexto indicavi, tredecim fere litteris, utpote in margine Cod. adscriptis, excedit. Quod autem ad explendam lacunam attinet, quamquam de verbis Gaii ex litterarum vestigiis restituendis despero, sententiam tamen, si inseramus: *sed causa postea probata civitatem Romanam consequitur*, recte se habere non dubito. 77) Klenz. legendum censet: *Latino aut* peregrino. sed vid. Hollw. Diss. de caus. probat. p. 117. 78) *fit* nunc primum supplevi. 79) Sched. *intellegemuset* Geminandam duxi litteram *s*. Hollw. mavult *Et*. 80) Syllaba *ni*, quam Cod. in fine huius spatii exhibet, pro terminatione praecedentis alicuius verbi habenda est. 81) Quae desiderantur, ad causae probationem ex lege Aelia Sentia pertinere, manifestum est. 82) Sententia postulat, ut suppleamus tale quid: *attinet, anniculus filius esse debeat.* 83) Summa huius articuli haec videtur: peregrinum ex lege Aelia Sentia causam probare non posse, sed ad erroris causam probandam admitti. cf. Hollw. c. Diss. p. 66. sq. 84) Ed. 2. verbum *diximus* in contexto, reliqua in notis habet. 85) Sched. *s*(vel *a*)*u***c* Itaque aut *siue* legendum videtur, aut *sine*. 86) Verba *quidem*, *nullus error*, *nullo casu* e notis Ed. 2. in contextum recepi. 87) Ex iis, quae sequuntur, intelligitur, Gaium loqui de cive Romano, qui peregrinam, cum qua conubium habeat, uxorem duxerit. Cf. §. 56. 88) Cod. *hiis* 89) Sententia haec videtur: si civis Romana peregrino nupserit, eum, qui nascitur, etiam si conubium non sit, peregrinum, si sit, insuper iustum patris filium esse etc. [Concinnius ita: Item*que* si civis R. peregrin*o nupserit*, *is qui nascitur*, *licet omni modo peregrinus sit*, *tamen interveniente conubio iustus patris* filius est etc.] 90) Sched. $\overline{nq}$ An *tm*. i. e. tamen? 91) *si* etc. Ita Sched.; sed haud scio, an recte. Cf.

———————| est * * — — — — — — — — — — — — — —| — — * *accedit* [192]. qua parte * * iubet lex * * — pe|regrina peregrinum * — — — — — — — — | nam *e*tiam * * — lege * — — — — — — — — | futurum era*t* [93].

§. 79. [94] *Adeo* a*utem* hoc ita es*t*, u*t* * — — — — | ——————— ⅟. 2. ———————— | — — — — — — — — — — * sed etiam, qui La|tini nominantur [95]: sed ad alios Latinos pertinet, qui | proprios populos propriasque civitates habebant | et erant peregrinorum numero.

§. 80. — — — * [96] | ex contrario ex Latino et cive 'R*omana qui nascitur*' [97] | civis Romanus nascitur [98]. fue-
22. runt || tamen qui putaverunt, ex lege Aelia Sentia con-
29ᵇ. tracto matri|monio Latinum nasci, *q*uia videtur eo casu per | legem Aeliam Sentiam et Iuniam conubi*um* inter eos| dari, et semper conubium efficit, ut qui nascitur | patris condicioni accedat: al*i*ter vero contracto matri|monio eum, qui nascitur, iure gentium matris | condicionem sequi — — — — *sed* [98*] hoc iure utimur | ex senatusconsulto, quo, auctore divo Hadriano, significatur, ut o*mnimodo* [99] ex Latino et cive Romana natus civis Romanus nascatur.|

§. 81. *His* co*n*venie*n*ter *etiam illud* senatusconsulto, divo Hadriano *sacratissimo* au|ctore, significatur, ut ex Latino '*et*' pere*g*rina, | item contra ex peregrin'*o et Latina qui nascitur*' | matris condicionem sequatur.

§. 82. Illud quoque his conve|niens est, quod ex ancilla et libero iure gentium ser|vus nascitur, et ex libera et servo liber nascitur. |

§. 83. Animadvertere tamen debemus, ne [200] iuris gentium | regulam [1] vel lex aliqua, vel quod legis vicem opti|net, aliquo casu commutaverit.

§. 84. Ecce enim ex senatusconsulto | Claudiano poterat civis Romana, quae alieno *ser*|vo volente domino eius coiit [2], ipsa ex pactione li|bera permanere, sed servum procreare: nam quod inter eam et | dominum istius servi convenerit, ex senatusconsulto ratum | esse iubetur. sed postea divus Hadrianus iniquitate *r*e*i* | et inelegantia iuris motus resti-
23. tuit iuris gen||tium regulam, ut cum ipsa mulier libera
109ᵃ. permane|at, liberum pariat.

§. 85. Ex (*diverso ex lege — ex*) [3] a*n*cilla et libero pote|rant liber*i* nasci: nam ea lege cavetur, ut si quis | cum aliena ancilla, quam credebat liberam esse, | coierit, siquidem masculi nascantur, liberi sint, si | vero feminae, ad e*u*m per*t*ineant, cuius mater ancilla | fuerit. sed et in hac specie divus Vespasianus inele|gantia iuris motus restituit iuris gentium re|gulam, ut omnimodo, etiamsi masculi nascantur, | servi sint eius, cuius et mater fuerit.

§. 86. Sed illa| pars eiusdem legis salva est, ut ex libera et servo | alieno, quem sciebat servum esse, servi nascan|tur. Itaque apud quos talis lex non est, qui nasc*i*tur [4] | iure gentium matris condicionem sequit*u*r, et ob | id liber est.

§. 87. Quibus autem casibus matris et non patris | condicionem sequitur qui nascitur, iisdem [5] casi|bus in potestate eum patris, etiamsi is civis Romanus sit, non esse| plus quam manifestum est. et ideo superius [6] rettuli|mus, quibusdam casibus per errorem non iusto con|tracto matrimonio senatum intervenire et emendare | vitium matrimonii, eoque modo plerumque effice|re, ut in potestatem patris filius redigatur. |

§. 88. Sed si ancilla ex cive Romano conceperit [7], deinde manumissa civis Romana | facta sit, et tunc pariat, licet civ*i*s Romanus sit qui na-
scitur,|| sicut pater eius, non tamen in potestate [8] patris| 24.
est, quia neque ex iusto coitu conceptus est, neque ex| 108ᵃ.
ullo senatusconsulto talis coitus quasi iustus constituitur.|

§. 89. [9] Quod autem placuit, si ancilla ex cive Romano conceperit, deinde | manumissa pepererit [10], qui nascitur liberum nasci, *na*|turali ratione fit. nam hi, qui illegitime concipiuntur, | statum sumunt ex eo tempore, quo nascuntur: | itaque si ex libera nascuntur, liberi fiunt, nec inter|est, ex quo mater eos conceperit [11], cum ancilla fuerit. At hi, | qui legitime concipiuntur, ex conceptionis tempore | statum sumunt.

§. 90. Itaque si c*ui* mulieri '*civi Romanae praegnant*|*i*' aqua et igni *inter*dictum fuerit, eoque modo peregr*i*|na '*fiat*, *e*'t tunc pariat, conplures distinguunt et | puta*nt*, siquidem ex iustis nuptiis conceperit [12], civem Romanum | ex ea nasci, s*i* vero volgo conceperit [13], peregrinum | ex ea nasci. |

§. 91. Item si qua mulier civis Romana praegnas ex senatusconsulto Claudiano | ancilla facta sit ob id, quod alieno servo '*coierit*', | denuntiante domino eius [14], conpl*ures distingu*unt |

---

seq. not. 192) Locus, saltem quantum ad sententiam, in hunc modum videtur posse restitui: Quod autem diximus, inter civem Romanam peregrinumque matrimonio contracto, eum, qui nascitur, peregrinum *nasci etiam si conubium inter patrem et matrem non sit, id lege Mensia introductum est.* eadem lege *illud quoque cavetur*, *ut* si *peregrinam*, *cum* qua ei conubium non sit, *uxorem duxerit civis Romanus,* peregrinus ex eo coitu nascatur. *Et in priore quidem specie* necessaria lex *Mensia fuit: nam alioquin conubio inter patrem et matrem non interveniente is, qui natus* est, *secundum iuris gentium regulam matris, non patris condicioni* accedit. 93) Huschk. ita legendum censet: qua parte *autem* iubet lex, *e cive Romano et* peregrina peregrinum *nasci*, *nihil novi introduxit:* nam etiam *sine ea* lege *e regula iuris gentium idem* futurum erat. 94) Novi articuli signum in Ed. 2. post lacunam, quae proxime sequitur, positum Huschkio auctore in hunc locum transtuli. 95) Lacuna fortasse sic explenda est: Adeo autem hoc ita est, ut *non interveniente conubio matrem is quoque sequatur, qui ex cive Romano et Latina coloniaria vel Iuniana nascitur, quamquam hoc casu cessat lex Mensia. quae sane non eos tantum spectat, qui peregrini,* sed etiam, qui Latini nominantur. Huschk. huic loco eandem fere sententiam, aliis tamen verbis conceptam tribuit. 96) In Ed. 2. §. 80. post lacunam incipit. Sched. sic habent: *cad.p**ıora*(?)? Unde scribendum arbitratur Hefft. *Eadem ratione*; Huschk. *Eadem ratio facit;* Hollw. *Eadem ratio facit*, *ut* 97) Huschk. add. *ut* 98) Huschk. et Hollw. legunt *nascatur.*. [98*) Codex s̄, quod solet esse *sunt*: praeterea huic debebat subici *alio iure.* Confusos litterarum ductus ita colligere licet, *at vero hodie cives Romani sunt.*] [Legerim: sequi. at *vero hodie c. r.* (*civis Romanus*) est; scilicet hoc iure *etc.* Böcking.] 99) Ita Hollw.: librarium ō. m̃. scripsisse existimat; cui coniecturae favent Sched. Ed. 2.: ut * * 200) Cum Huschkio in *ne* mutavi *nec*, quod habent Cod. et Ed. 2. 1) Ed. 2. add.: (*si eam*) 2) Sched. *coit* Ed. 2.: coisset 3) Ed. 2.: Ex (*diuerso ex*) Sed supplenda erat etiam legis mentio, quam hoc loco excidisse Huschk. docuit. Nomen legis ignoratur. Huschk. cum aliis viris doctis de lege Aelia Sentia cogitat. [Delendum *ex diverso.*] 4) Sched. *nasc**ntu*? 5) Cod. *hisdem* 6) Cf. §. 67. sq. 7) Sched. *concepit.* 8) Cod. *potestatem* 9) Cf. ad hanc §. et ad §. 91. Epit. I, 4, §. 9. 10) Sched. *peperit* 11. 12. 13) Sched. *concepit* 14) *quod* etc. Sic Edi-

et existimant, siquidem ex iustis nuptiis concepe|rit [215], civem Romanum ex ea nasci, si vero volgo concep'*erit, servum*'| nasci eius, cuius mater facta est ancill'*a*. §. 92. *Item pere*'|grina quoque si vulgo conceperit [16], deinde civis Romana '*facta sit, et pari*'|at, civem Romanum parit;
25. si vero ex peregrino, (*cui*) || secundum leges moresque
108a. peregrinorum coniuncta *est*, | videtur ex senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano fa|ctum '*est*', peregrinus (*nasci*), n*i*si patri *ei*us civitas Romana *quaesita* sit. |

§. 93. Si peregrinus — — — — — — — — **[17] *non* | ali*ter f*i*l*ii in potestate *eius f*iun*t*, q*uam* si '*Imperator eos in potes*'*ta*|*tem* red*eg*erit [18]. quod ita demum is facit, si causa cognita ae|stimaverit, hoc filiis expedire: diligentius atque | exactius *vero* [19] causam cognoscit de impuberibus ab|sentibusque. et haec ita edicto divi Hadriani signi|ficantur. §. 94. Item si *q*uis [20] cum uxore prae|gnante civitate Romana donatus sit, quamvis is, qui nascitur, ut su|pra [21] diximus, (*civis*) [22] Romanus sit, tamen in potestate | patris non fit. idque subscriptione divi Hadriani | significatur. qua de causa qui intellegit, uxorem | suam esse praegnatem, dum civitatem sibi et uxo|ri ab Imperatore petit, simul ab eodem petere | debet, ut eum, qui natus erit, in potestate sua [23] ha|beat. §. 95. Alia causa est eorum, qui Latini sunt *et* cum liberis su|is ad civitatem Romanam perveniunt: nam horum i*n* | '*potestate fiunt*' liberi. quod ius quibusdam p*eregrin*|*is* * — — — — — — — — — — — — — | ————

26. ✝. 3. ———— || §. 96. magistratum gerunt,
108b. civitatem Romanam con|secuntur, minus latum [24] est, cum hi tantum, qui vel [25] | magistratum, vel honorem gerunt, ad civitatem | Romanam perveniunt [26]. idque conpluri*bus* epistulis Prin|cipum significatur. |

———— | ———— |

§. 97. [27] '*Non solum autem* [28] *naturales liberi secundum ea, quae*' | diximus [29], in potestate nostra sunt, verum et*iam* [30] hi, quos adopta|mus. §. 98. [31] Adoptio autem [32] duobus modis fit, aut populi aucto|ritate [33], aut imperio magistratus [34], vel*ut* [35] Praetoris. §. 99. [36] Popu|li [37] auctoritate adoptamus eos, qui [38] sui iuris sunt: qu|ae species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is, qui| adoptat, rogatur, id est, interrogatur, an velit eum, | quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse; e|*t* is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri patiatur; et | populus rogatur, an id fieri iubeat [39]. Imperio m*a*|gistratus adoptamus eos, qui [40] in potestate paren|tium [41] sunt, *sive* primum gradum liberorum opti|neant, qualis est filius et [42] filia, sive inferiorem, | qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis. §. 100. Et qui|dem illa adoptio, quae per populum fit, nusquam | nisi Romae fit: at haec etiam in provinciis aput | Praesides earum fieri solet. §. 101. [43] Item per populum fe|minae non adoptantur, nam id magis placuit. Apu*t* || Praetorem vero, vel in provinciis aput Procon- 27.
sule*m* [44] Lega|tumve etiam feminae solent adoptari. 30a.
§. 102. Item in|puberem aput populum adoptari aliquando pro|hibitum est, aliquando permissum est. nunc ex e|pistula optimi Imperatoris Antonini, quam scripsit Pon|tificibus, si iusta causa adoptionis esse videbi|tur, cum quibusdam condicionibus permissum est. | Aput Praetorem vero et in provinciis aput Proconsulem | Legatumve cuiuscumque aetatis [45] adoptare possumus. | §. 103. [46] Ill*ud* vero [47] utriusque adoptionis commune est, quia [48] et| hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, ado|ptare possunt. §. 104. [49] Feminae vero nullo modo adopta|re possunt [50], quia ne quidem [51] naturales liberos in | potestate [52] habent. §. 105. [53] Item si quis per pop*u*lum [54] si|ve apud Praetorem, vel aput Praesidem provinciae [55] adopta|verit, potest eundem alii in adoptionem da|re. §. 106. Set illa quaestio est, an minor natu maiorem | natu adoptare possit: (*id quoque*) utriusque adoptionis com|mune est [56]. §. 107. [57] Illut [58] proprium est eius [59] adoptionis, qu|ae per populum [60] fit, quod is, qui liber*os* in potesta|te habet, si se adrogandum dederit,

———

tionis 2. scripturam: q. a. s. '*inuito et*' denuntiante domino eius, (*coierit*), nunc emendavit is, qui ipse eam suaserat, Hollw. 215) Sched. *concep***(?) *sit* 16) Sched. *concepit* 17) Lachm. coni.: Si peregrinus *cum filiis suis civitate Romana donatus fuerit* 18) Cf. Commentar. III. §. 20. Spatium, quod v. *Imperator* occupat, in contexto Ed. 2. reliqui vacuum. 19) Sched. *h*(?) 20) Intellige: peregrinus. 21) Cf. §. 92. 22) Verb. *civis*, quod in Ed. 2. desideratur, Hollwegio monente inserui. 23) Sched. *suam* 24) Meae Sched. *lanum*, Blumii *lattum* habent. 25) Sched.: *uel* qui 26) Equidem geminam magistratus gerendi mentionem unum illud ius spectare puto, quod habebant Latini annuo magistratu in patria functi. Aliter Nieb., qui sic legendum censet: *Maius Latium vocatur, cum quicunque Romae munus faciunt, non hi tantum, qui* magistratum gerunt, civitatem Romanam consequuntur: minus *Latium* est, cum hi tantum, qui vel magistratum etc. Vid. Niebuhrii Hist. Rom. Tom. II. Ed. 2. not. 163. 27) Vid. pr. I. de adopt. Inde sumpsi hui. artic. initium. Cf. Epit. I, 5, pr. 28) *autem* cum Hal., Cui., Bien., aliis scripsi. Schrad. ed. *tamen* 29) Cf. §. 55. 30) Ita Inst. Sched. *et* 31) Vid. L. 2. pr. D. de adopt. §. 1. I. eod. Cf. Epit. I, 5, §. 1. 32) Dig. *Generalis enim* adoptio 33) Dig.: *Principis* auctoritate Inst. *principali rescripto* 34) Dig.: *magistratus* imperio. Ultima hui. §. verba a Dig. et Inst. absunt. 35) Cod. *ū* Cf. ad Commentar. II. not. 36. et ad Commentar. III. not. 440. 36) Vid. c. L. 2. pr. *Populi — adrogatio; Imperio — proneptis.* Vid. c. §. 1. I. Cf. Epit. l. c. 37) Dig. *Principis* Inst. *Imperatoris* 38) *adoptamus* etc. Inst.: *adoptare quis potest* eos *casre*, qui *quaere* 39) *et populus* etc. om. Dig. 40) *adoptamus* etc. Inst.: *adoptare licet* eos *easre*, qui *quaere* 41) Dig. *parentis* 42) *et* om. Dig. et Inst. 43) Cf. Epit. I, 5, §. 2. 44) Cod. hic *,pconsules*, seq. §. *proconsulem* exhibet. 45) Ed. 2. add.: (*homines*); quod iure omisit Hefft. Cf. §. 196. verb. *cuius aetatis puberes fiunt.* 46) Vid. c. L. 2. §. 1. §. 9. I. t. c. Cf. Epit. I, 5, §. 3. 47) *vero* abest a Dig. Inst.: *Sed et* illud 48) In Ed. 2. contra Cod. fidem cum Dig. et Inst. scripsi: *quod*. Nunc Cod. lectionem quamvis Latinitati repugnantem Lachmanno monente restitui. similis locus est in Commentar. II. §. 177.: *illud diversum invenitur, quia.* 49) Vid. §. 10. I. t. c. Cf. Epit. I, 5, §. 2. 50) Inst.: Feminae *quoque* adoptare *non* poss. 51) Inst.: quia *nec* 52) Inst. add. *sua* 53) Vid. §. 8. I. t. c.: *Et ideo* si etc. 54) Inst. *Imperatorem* 55) Inst. add. *non extraneum* 56) *Set* etc. Ita Lachm. hunc locum constituit: supplevit *id quoque*, de reliquo revocavit Cod. scripturam, desertam in Ed. 2., quae sic habet: Set *et* illa quaestio, an m. n. m. n. a. possit, utriusque adoptionis commu*nis* est. 57) Vid. c. L. 2. §. 2. §. 11. I. t. c. Cf. Epit. I, 5, §. 4. 58) Dig. *Hoc vero* 59) Inst. *illius* 60) Dig. *Princi-*

non solum | ipse potestati adrogatoris subicitur, set etiam [261] | liberi eius in eiusdem fiunt potestate, *tamquam* | nepotes. ||
28. §. 108. *'Nunc de his personis videamus, quae in*
30b. *manu nostra sunt. quod'* | et ipsum ius proprium civium Romanorum est. | §. 109. Sed in potestate quidem et masculi et feminae | esse solent: in manum autem feminae tantum con|veniunt. §. 110. Olim itaque tribus modis in manum | conveniebant: usu, farreo, coemptione. §. 111. Usu in | manum conveniebat, quae anno continuo nupta | perseverab*at*: nam [62] velut annua possessione usuca|piebatur, in familiam viri transibat [63], filiaeque lo|cum optinebat. itaque lege duodecim tabularum cautum | *erat*, si qua nollet eo modo in manum mariti conve|*nire*, *ut quotan*nis trinoctio abesset, atque *ita usu|m* cuiusque anni interrumperet. set hoc totum | ius partim legibus sublatum est, partim ipsa desu|etudine oblitteratum est. | §. 112. Farreo in manu*m* conveniunt *per* quoddam genus | sacrificii * — — — — — in quo [64] farreus pa|nis adhibetur: unde etiam confarreatio dicitur. *'sed com'*|plura praeterea huius iuris ordinandi gratia cum| certis et sollemnibus verbis, praesentibus decem | testibus aguntur et fiunt. quo*d* ius etiam nostris | temporibus in usu est: nam Flamines maiores | id est, Diales, Martiales,
29. Quirinales, *sicut* [65] || *Reges* [66] sacrorum, nisi *sint* con*far*-
31b. *tur*'. §. 195. *Pote*st autem pluribus modis | *l*ibert*i*na alterius generis (*tutorem*)[80*] habere: veluti si a femi|na manumissa sit; tunc enim e lege Atilia petere de|bet tutorem, vel in provincia *e lege* Ti*tia* — * patronae[81] — | — — — — — — — — — — | '*Ite'm si sit a ma*-*sculo* manumissa[82], et auctore eo coem|ptionem fecerit, deinde remancipata et manu|missa sit, patronum quidem habere tutorem | desinit, incipit autem habere eum tutorem, a quo | manumissa est: qui fiduciarius dicitur. Item si patro|*nus* * * — — — — [83] in adoptionem se dedit, debet sibi | '*e lege Atilia vel*' *Tit*ia[84] tutorem petere. Similiter ex iisdem[85] | legibus petere debet tut*o*rem *liberta* si patronus de|cedit, nec ullum virilis sexus liberorum in fami|lia re*linqu*it. | §. 196. *M'asculi quando'*[86] puberes esse coeperint, tutela libe|rantur. *puberem autem Sabinus* quidem *et Cassius* | '*ceterique nostri praeceptores e*'um[87] esse putant[88], | qui habitu corporis pubertatem ostendi'*t*, *hoc est*', | qui generare potest; sed in his, qui pubescere non | possunt, quales sunt spadones, eam aetatem esse spe|ctandam, cuius aetatis puberes fiunt. sed diver|sae scholae auctores annis putant pubertatem aes|timandam, id est, eum puberem esse exis'*timandum*[89], *qui x*||*IIII annos explevit*'.
* — — — — — — — — [90] | ———— †. 23. 53. 117b. t. s.
———— || §. 197. aetatem perveneri*t*, in qua res suas tueri pos*sit*. *id*|*em* aput peregrinas gentes custodiri superius | indicavimus[91]. §. 198. Ex *ii*sdem[92] causis et in provinciis a Praesi*di*|bus earum curatores dari voluit[93]. | 51. 117a. t. s.

§. 199.[94] Ne tamen et pupillorum[95], et eorum qui[96] in curatione sunt, | negotia *a* tutoribus curatoribusque[97] consuman|tur, aut deminuantur, curat Praetor, ut et tutores et (*curato*)res eo | nomine satisdent. §. 200.[98] Set hoc non est perpetuum. na*m* | et[99] tutores testamento dati satisdare non coguntur, qui*a* | fides eorum et

---

473) *pretiosa ratio* Cf. Commentar. II. §. 232.
74) Cod. *hispeciosa* Hanc scripturam aeque atque illam, quae occurrit p. 105.: *istichum* pro *stichum* (cf. not. 498. et 500., ad Commentar. II.), Lachm. e proprietate vulgaris linguae explicandam ducit. 75) *at ubi* etc. Vid. §. ult. I. t. c. 76) Inst.: *Cum igitur* pupillor. pupillarum*que tutores* negotia *gerunt*, *post* 77) Cod. *haecce*
78) *contrahat* Ed. 2.: * * * Meae Sched. habent *ha**, Blumii *hat*. Lachm. siglum, quo syllabae *contra* in Cod. notari solent, excidisse putat. 79) *trium* etc. Ita aegrum hunc locum Hollw. sanavit. recurrens verb. *liberorum* causae fuisse videtur, ut librarius ab uno versu in alterum deerraret. Ed. 2.: trium liberorum, *licet in* legitima t. s. 80) *namque* sententia postulat; Sched. et Ed. 2. habent: nam et [Hoc restitui. intellegemus ita: Nam *de ceteris quid dicam*, *nisi eas* et *ipsas trium liberorum iure liberari?* 80*) Potest abesse. vide n. 245.] 81) *e lege* etc. Sched. *cunaisin* patronae Hefftero legendum videtur: *nam* patronae. et sane probabile est, Gaium rationem, cur liberta tutorem petere debeat, nimirum quod patronae ad virile tutelae officium non admittantur, subnexuisse. [Temptabam: is in patronae ius *non succedit*, *sed auctoritatem dumtaxat suam interponit*.] 82) *Item* etc. Ex coniectura Lachmanni. Ed. 2.: *Sed et cum* a m. manumissa (*fuerit*) 83) Sched. *patron***s****c*****as* Huschk. legit: patronus *sive filius eius* Malim: p. *eiusve filius*

84) *Titia* Sched. *uua* 85) Sched. *isde*
86) *quando* Ed. 2.: *autem cum* 87) *puberem* etc. coni. Lachm. cf. Ulpianus, Fragm. XI. §. 28. item infra Commentar. II. §. 195. et Commentar. IV. §. 79. *puberem — Cassius.* Sched. *μ— — — cm***(?)muquidemeunu* Ed. 2. solum verb. *quidem* exhibet. *ceterique* etc. Ed. 2.: '*nostri praeceptores puberem e*'um 88) Sched.: putant** 89) Ita Lachm. Ed. 2.: exis'*timant* 90) Huius paginae argumentum duplex sit necesse est. Apparet enim ex iis, quae praecedunt, tractatum de causis finiendae tutelae in ea continuari; quae autem sequuntur, caput de curationibus in ea incipere demonstrant. Quod in Epit. quidem tale est: *Peractis pupillaribus annis*, *quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio minorum incipit pertinere. Sub curatore sunt minores aetate, maiores eversores, insani. Hi, qui minores sunt, usque ad viginti et quinque annos impletos sub curatore sunt. Qui vero eversores, aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore esse iubentur, quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.* Vid. Epit. I. 8. 91) Cf. §. 189. 92) Sched. *isdem* 93) De verbo *voluit*, num ad Imp. Marcum Aurelium referendum sit (cf. Capitolinus in Marco cap. 10.), Viri docti in contrarias partes disputant.
94) Vid. pr. I. de satisdat. tutor. 95) Inst.: *Ne tamen pupillorum pupillarumve* 96) Inst. add. *quaere* 97) Inst. *curatoribusve* 98) *Set — probata est.* Vid. c. pr. I. 99) *et* om. Inst.

diligentia ab ipso testatore probata est; | (*et*) *cu*ratores, ad quos non e lege curatio pertinet, set (*qui*) | vel a Consule, vel a Praetore, vel a Praeside provinciae *dan*|-tur, plerumque non coguntur satisdare, scili|cet quia satis *idonei electi* sunt.

GAII INSTITVTIONVM

COMMENTARIVS SECVNDVS.

55. 63a. t. s. §. 1.[1] '*Superiore commentario de iure personarum*'| exposuimus: modo videamus de rebus; *quae vel* | in nostro patrimonio sunt, vel extra nostrum pa|trimonium habentur.

§. 2.[2] Summa itaque rerum divisi'*o* | *in duos articulos deducitur: nam aliae sunt divini iur*|*is*'[3], aliae humani. §. 3.[4] Divini iu*ris* su*nt* veluti[5] res sac*rae* | et religiosae. §. 4. Sacrae sunt, quae Diis superis consecra|tae sunt; religiosae, quae Diis manibus relictae| sunt. | §. 5. Sed sacrum *quidem* sol*u*m existum*atur* | auctoritate p*opuli* '*Romani fieri; consecratur enim*[6] *lege de*' | ea re lata, aut senatusconsulto facto. §. 6. Religiosum vero nostra vo|luntate facimus mortuum inferentes in locum | nostrum, si modo eius mortui funus ad nos pertine|at. §. 7. Set in provinciali solo placet plerisque, solum re|ligiosum non fieri, quia in *eo solo* dominium populi Romani | est, vel Caesaris; nos autem possessionem tantum '*et u*'|sumfructum habere videmur. utique tamen '*eiusm*|*odi locus*, *licet non si*'*t* religiosus, pro religioso *habetur*: quia | etiam quod in provinciis non ex auctoritate populi Romani con|secratum est, (*quamquam*) proprie sacrum non est, tamen pro sa|cro habetur. §. 8.[7] Sanctae quoque res, velu*t* muri et por|tae[8], quodammodo divini iuris sunt[9]. §. 9.[10] Quod autem '*di*|*vini*' iuris est, id nullius in bonis est: id vero, quod humani || '*iuris est, plerumque alicuius in bonis est; potest* 56. 64b. t. s.
autem[11] *et nullius in bonis esse. nam res hereditariae antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt.* §. 10. *Hae autem res, quae humani iuris sunt, aut publicae sunt, aut privatae.* §. 11. *Quae publicae sunt, nullius in bonis esse creduntur; ipsius enim universitatis esse creduntur*[12]. *privatae autem sunt, quae singulorum sunt*'[13].

[14] §. 12. '*Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales.* §. 13. *Corporales hae sunt, quae*[15] *tangi possunt, veluti*' | fundus, homo, vestis, *au*ru'm, argentum, *et ceteri*'|que aliae res *in*numerabiles. §. 14. '*Incorporales*[16] *sunt, quae*' | *tang*i non possunt: '*qualia sunt ea, quae in iure consistunt; sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractae*[17]. *nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur; nam*[18] *et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt, et id, quod ex aliqua obligatione nobis* 57.
debetur, plerumque corporale est, veluti fundus, homo, pe- 62a.
cunia: nam ipsum ius successionis[19], *et ipsum ius uten*'|di 3 t. s.
fruendi, '*et ipsum ius obligationis incorporale est. eodem numero sunt et*[20] *iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam servitutes vocantur*'[21].

1) Vid pr. I. de divis. rer., unde supplevi initium hui. §., ita tamen, ut pro *libro* (sic ibi legitur) ex constanti Cod. usu ponerem *commentario*. Cf. Epit. II, 1. pr. §. 1.
2) Vid. L. 1. pr. D. de divis. rer., a qua tamen abest v. *itaque.* 3) E Dig. 4) Vid. c. L. 1. pr. Cf. Epit. II, 1, cit. §. 1. 5) *veluti* om. Hal. Dig. 6) *quidem* etc. In contexto Ed. 2. solum verb. *auctoritate* legitur. Quae nunc addidi, Lachm. coni. 7) Vid. c. L. 1. pr. §. 10. I. t. c. Cf. Epit. II, 1, cit. §. 1. 8) In Dig. vulgo add. *civitatum* 9) Sched.: iuris **s
10) §§. 9—11. Vid. c. L. 1. pr., e quo sumpsi, quae supplenda erant. *Quod — id nullius in bonis est.* Vid. §. 7. I. t. c., ubi in *enim* mutatum est *autem*. Cf. Epit. l. c.
11) Hal. *enim* 12) *ipsius* etc. om. Hal. 13) Hal.: *quae autem* privatae sunt, singulorum *existunt.*
14) §§. 12—14. Vid. c. L. 1. §. 1., e qua lacunas explevi; item Tit. Inst. de reb. incorp. Cf. Epit. II, 1, §§. 2. 3.
15) Inst. add. *sui natura* 16) Inst. add. *autem*
17) Hal. Dig. add. *sunt* 18) *nam* in Dig. ab Hal. om. 19) Inst. *hereditates* 20) *et* om. Inst. et Hal. Dig. 21) In Epit. locus de servitutibus (II, 1. §. 3.) talis est: *Incorporalia etiam* sunt iura praediorum urbanorum *vel* rusticorum. *Praediorum urbanorum iura sunt: stillicidia; fenestrae; cloacae; altius erigendae domus, aut non erigendae; et luminum, ut ita quis fabricet, ut vicinae domui lumen non tollat. Praediorum vero rusticorum iura sunt: via; vel iter, per quod pecus aut animalia debeant ambulare, vel ad aquam duci; et*

—————————————————— |
item ** — — — — — — — — — — — | ——————
ỷ. 11. ——————— |

[22] §. 15. Item ** — — — — — — — — — — —
58. — | ——————— ỷ. 3. ——————— || statim, ut na-
62b. t. s. ta sunt, mancipi esse putant [23]: *Nerva vero*, *Pr*|oculus, et ceteri diversae scholae auctores non ali|ter ea mancipi esse putant, quam si domita sunt; et si propter | nimiam [24] feritatem domari non possunt, tunc vi|deri mancipi esse [25] ** — — — — — — — — — | — — — — — — — — — — — — — §. 16. '*nec*' | mancipi sunt, velut ursi, leones. item ea animali|a, quae fera*rum* [26] bestiarum numero sunt, velut elephantes | et cameli; et ideo ad rem non pertinet, quod haec *animali*|a etiam *collo dorsove domantur* — — — | — — — — — — — — — — — — * quorum | ** — — — — — — — — mancipi esse: quaedam | non mancipi sunt [27]. §. 17. Item fere *omni'a, quae incorpo'*|ralia sunt, nec mancipi sunt, exceptis servi*tutibus* | *praediorum rusticorum*: '*nam hac quidem mancipi res*' | *sunt*, quam*vis* sint ex numero *rerum incorpo*|*ralium*.

§. 18. Magna autem differen|tia est mancipi *rerum et* nec mancipi. §. 19. Nam res nec | '*mancipi nuda traditione abalienari poss*|*u'nt*, si modo corporales sunt et ob id recipiunt tra|ditionem. §. 20. Itaque si tibi vestem, vel aurum, vel ar|gentum tradidero, sive ex venditionis causa, sive | '*ex donationis*', sive quavis alia ex *causa*, *tua* | fit ea res [28] si [29] * — — — — — — — —
59. §. 21. '*In eadem*' || causa sunt *provincialia* praedia, quorum
116b. t. s. '*alia stipen*'|diaria, alia tributaria vocamus. | Stipendiaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propri|ae populi Romani esse intelleguntur. Tributaria sunt ea, quae in | his provinciis sunt, quae propriae '*Caesaris esse cre*'|duntur. §. 22. Mancipi vero res '*sunt*', quae per man|cipationem ad alium transferuntur; unde * — — [30] | mancipi res sunt dictae. quod autem valet manci(*patio, idem valet et in iure cessio* [31]. §. 23. *Et* [32] *manci*)|patio quidem quemadmodum fiat, superiore | commentario tradidimus [33]. | §. 24. [34] In iure cessio autem hoc modo fit [35]: aput ma*gistratum* po|puli Romani, vel*ut* [36] Praetorem, vel aput Praesidem provinciae is, cui | res in iure ceditur, rem tenens ita dicit [37]: | HUNC EGO HOMINEM EX IURE QUIRITIUM MEUM ESSE *AIO*. deinde post|quam hic vindicave'*rit, Praetor interro*'gat [38] eum, qui ce|dit, an contra vindicet. quo negante aut tacen|te, tunc ei, qui vindicaverit, eam rem addicit; idque | legis actio vocatur. quae fieri potest etiam in pro|vinciis a*put Praesides earum*.| §. 25. *Plerumque tamen et* fere semper [39] mancipationibus utimur. quod enim | ipsi per nos praesentibus amicis agere possumus, hoc | *non est necesse* cum maiore difficultate aput | Praetorem, aut aput Praesidem provinciae quae*rere*. §. 26. (*At si*) ne|que mancipata, neque in iure cessa sit res mancipi || 60.
————————————————————— || 116a. t. s.
————————————————————— | 61.
* unicam ** — — — — — — — — — — — — — | ——————— 28a.
ỷ. 3. ——————— | praedium * — — — — — — — — —
— — — — | — ulla libera * — — — — — — — — §. 27. *admo*|nendi sumus ** — — — — — — — — — — — | esse provincialis soli nexum non — — — — — | significationem solum non aliter * * — mancipi — pro|vincial * * nec mancipi * [40] — enim vero provincia * | — — — — — — — — — de mancipa — . |

§. 28. Incorporales (*res*) traditionem non recipere manife|stum est. §. 29. Sed iura praediorum urbanorum in iure ta*ntum* ce|di possunt; rusticorum vero etiam mancipari | possunt. §. 30. Ususfructus in iure cessionem tantum recipit. Nam | dominus proprietatis alii usumfructum in iure cedere potest, | ut ille usumfructum habeat, et ipse nudam pro|prietatem *retineat*. Ipse usufructuarius in iu|re cedendo domino proprietatis usumfructum, *effi*|*cit*, ut a se discedat et convertatur in proprietatem: | alii vero in iure cedendo nihilominus ius suum re|tinet; creditur enim ea cessione nihil agi. §. 31. Sed haec | scilicet in Italicis praediis ita sunt, quia et ipsa praedia mancipationem || et in iure ces- 62.
28b. sionem recip*iunt*. alioquin in provin|cialibus praediis sive qu*is* usumfructum, sive ius eundi, agendi, aquam|ve ducendi, vel altius tollendi aedes, aut non tollen|di, ne luminibus vicini officiatur, ceteraque simi|lia iura constituere velit, pactionibus et s*ti*pulatio|nibus id efficere potest; quia ne ipsa quidem praedia man|cipationem, aut (*in*) iure cessionem recipiunt. §. 32. Set [41] cum |

---

aquaeductus: quae similiter incorporalia sunt. Haec iura tam rusticorum, quam urbanorum praediorum servitutes *appellantur*. Conf. infra §. 31. 22) Sequitur divisio in mancipi res et nec mancipi. 23) Ad explendam periodum haec fere desiderantur: *ea autem animalia nostri quidem praeceptores* 24) Cod. *minimam* 25) Verisimile est, in Cod. sequi huiusmodi aliquid: *cum ad eam aetatem pervenerint, cuius aetatis domari solent*. Cf. Commentar. I. §. 196. 26) Cod. *ferae* 27) Sched.: *quaedam* | non mancipi *s* 28) *tua* etc. Ita Huschk. Blumii Sched. *qua* etc. Ed. 2.: qua fit ***** 29) *si* a contexto Ed. 2. abest. 30) An *etiam*? Cf. infra §. 173.: *unde etiam vulgaris dicta est*. 31) *quod autem* etc. Sav. mavult: quod *idem* valet *mancipium et mancipatio* 32) *Et* suadente Lachmanno scripsi. Ed. 2. habet *Sed* 33) Cf. Commentar. I. §. 119. 34) *In iure cessio — vocatur*. Vid. Boethius, Commentar. in Topica Cicer. Lib. III. (ad cap. 5.) 35) Boeth.: In iure *autem* cessio *fit* hoc modo. 36) Sic [edid. Böcking. et] legendum existimant Hollw. Blum. Lachm. Cod. habet *ū*; quae sigla proprie *vel* significat: aliquando tamen librarius ea etiam in eiusmodi locis usus est, ubi sententia *velut* postulat. cf. ad Commentar. I. not. 235. et ad Commentar. III. not. 440. In Ed. 2. Boethium secutus scripsi: uel (*aput*) 37) Boeth. *vindicat* 38) Ex Boeth. 39) *Plerumque* etc. Ed. 2.: **************** §. 25. fere semper Quae nunc supplevi, Huschkio debentur. coniecturam firmat alius Gaii locus, ubi legitur: *diu et fere semper*. Vid. L. 1. D. de usurpat. Klenz. coni.: *In rebus, quae mancipi sunt*, fere semper 40) Locus ita fere poterit restitui: *In summa* admonendi sumus, *nexum Italici soli proprium ius* esse, provincialis soli nexum non *esse*: *recipit enim nexus* significationem solum non aliter, *quam si* mancipi *est*, provinciale *vero* nec mancipi *est*. 41) *recipiunt. Set* Sched. *recipiunt' et*

ususfructus et hominum, et ceterorum animalium consti|tui possit, intellegere debemus, horum usumfructum etiam | in provinciis per in iure cessionem constitui posse. §. 33. Quod autem | diximus [42], usumfructum in iure cessionem tantum recipere, | non est temere dictum, quamvis etiam per mancipationem | constitui possit eo, quod in mancipanda proprieta|te detrahi potest: non enim ipse ususfructus mancipatur, | sed cum in mancipanda proprietate deducatur, eo | fit, ut aput alium ususfructus, aput alium pro|prietas sit. | | §. 34. Hereditas quoque in iure cessionem tantum recipit. | §. 35.[43] Nam si is, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet | hereditas, in iure eam alii ante aditionem cedat, id est ante|quam heres extiterit, perinde fit heres is, cui in iure ces|serit[44], ac si | ipse per legem ad hereditatem vocatus esset: post | *ad*itionem vero si cesserit[45], nihilominus ipse||
63. heres permanet, et ob id a creditoribus tenebitur[46], de|
87a. bita vero pereunt, eoque modo debitores hereditarii lucrum | faciunt; corpora vero eius hereditatis perinde transeunt ad e|um, cui cessa est hereditas, ac si ei singula in iure cessa | fuissent. §. 36. Testamento autem scriptus heres ante | aditam quidem hereditatem in iure cedendo eam alii | nihil agi*t*; postea vero quam adierit si cedat, ea accidunt, | quae proxime[47] diximus de eo, ad quem ab intesta|to legitimo iure pertinet hereditas, si post *ad*itionem[48] (*in*) | iure cedat. §. 37. Idem et de necessariis heredibus diver|sae scholae auctores existimant, quod nihil videtur in|teresse, utrum (*aliquis*)[49] adeundo hereditatem[50] fiat heres, | an invitus existat; quod quale sit, suo loco appare|bit[51]. sed nostri praeceptores putant, nihil agere ne|cessarium heredem, cum in iure cedat hereditatem. §. 38. Obli|gationes quoquo modo contractae nihil eorum | recipiunt. nam quod mihi ab aliquo debetur, id | si velim tibi deberi, nullo eorum modo, quibus | res corporales ad alium transferuntur, id ef|ficere possum, sed opus est, ut iubente me tu ab eo | stipuleris: quae res efficit, ut a me liberetur, et | incipiat tibi teneri; quae dicitur novatio obligatio|nis. §. 39. Sine hac vero novatione non poteris tuo no|mine agere, sed debes ex persona mea, quasi cogni-
64. tor, || aut procurator meus, experiri. |
87b. §. 40. Sequitur, ut admoneamus, aput peregrinos qui|dem unum esse dominium: ita *a*ut dominus quisque| est, aut dominus non intellegitur[52]. Quo iure etiam populus Romanus | olim utebatur: aut enim ex iure Quiritium unusquisque dominus | erat, aut non intellegebatur dominus. set postea | divisionem accepit dominium, ut alius possit esse | ex iure Quiritium dominus, alius in bonis habere. §. 41. Nam si tibi rem | mancipi neque mancipavero, neque in iure cessero, | set tantum tradidero, in bonis quidem tuis ea res | efficitur[53], ex iure Quiritium vero mea permanebit, donec tu eam | possidendo usucapias: semel enim impleta usucapi|one, proinde pleno iure incipit, id est, et in bonis, | et ex iure Quiritium tua res esse, ac si ea[54] mancipata, vel in iure ces|sa (*esset*. §. 42. *Usucapio autem*) mobilium quidem rerum anno completur[55], | fundi vero et aedium biennio: et ita lege XII tabularum | cautum est. |

§. 43. Ceterum etiam earum rerum usucapio nobis com|petit, quae non a domino nobis traditae fuerint, sive man|cipi sint eae res, sive nec mancipi, si modo ea[56] bona fi|de acceperimus, cum crederemus eum, qui tra*di*|derit, dominum esse. §. 44. Quod ideo receptum videtur, ne | rerum dominia diutius in incerto essent: cum suffi|ceret domino ad inquirendam rem suam a*n*ni, aut || biennii spatium, quod tempus ad usucapionem pos- 65. 35a.
sessori tribu|tum est. |

§. 45.[57] Set aliquando etiamsi maxime quis bona fide ali|enam rem possideat[58], numqua*m*[59] tamen ill*i* usucapio procedit[60]: vel|ut si qui[61] rem furtivam aut vi possessam possideat; | nam furtivam lex XII tabularum usucapi prohibet, vi pos|sessam lex Iulia et Plautia. §. 46. Item provincialia prae|dia usucapionem (*non*)[62] recipiunt. §. 47. (*Item olim*) mulieris[63], quae in a|gnatorum tutela erat[64], res mancipi usucapi non poterant, | praeterquam si ab ipsa tutore (*auctore*) traditae essent: id[65] *it*a le|ge[66] XII tabularum cau(*tum erat*). §. 48. Item[67] liberos homines et res sacras | et religiosas usucapi non posse manifestum est. §. 49.[68] Quod ergo | vulgo dicitur[69], furtivarum rerum et vi posses|sarum[70] usucapionem per legem XII tabularum[71] prohibitam esse, non eo per|tinet, ut (*ne ipse*)[72] fur, '*quive per*'[73] vim '*possidet*'[74], usucapere *possit*, | nam huic[75] ali*a* ratione usucapio non competit, quia scili|cet mala fide possidet; sed nec[76] ullus alius, quamquam ab eo[77] | bona fide emerit[78], usucapiendi ius habeat[79]. §. 50.[80] Unde in rebus mobili|bus non facile

---

42) Cf. §. 30. 43) §§. 35—37. Cf. Commentar. III. §§. 85—87. 44) Lachm. mavult: *cessa erit* 45) *aditionem* etc. Cod.: *obligationem* uero si cederit Huschk. verb. *obligationem* hic et seq. §. retinendum existimat. 46) *a creditorib. tenebitur* Ita Cod. in cuius pag. 150. haec verborum structura recurrit. cf. Commentar. III. §. 85. In contexto Ed. 2. praepositionem omisi. 47) praecedenti §. 48) Cod. *obligationem* Cf. not. 45. 49) *aliquis* Cf. Commentar. III. §. 87. Ed. 2.: (*quis*) 50) Cod. add. *statem* 51) Cf. §. 152. sq. 52) *ita aut; est; intellegitur* monente Lachmanno scripsi. Sched. *itaut; e; intellegitur* Ed. 2.; ita ut; *sit*; intellegatur. 53) Sic ad Cod. fidem recte ed. Hefft. Ed. 2. habet: efficietur 54) Ed. 2. add. (*tibi*) 55) *Usucapio* etc. Ita Lachm. Ed. 2.: Mobilium q. r. a. c. (*usucapio*) 56) Sched. ea Lachm., ut in Commentar. III. §. 90. verb. *non eadem sed alia*, ita hic quoque Cod. scripturae standum esse existimat. [Ita II, 89. *cuius rei* — *id.* III, 198. *quasdam res* — *id.* L. 32. pr. D. de leg. 1. *quae legari* — *quaeque* — *id.* Itaque abieci quod Gösch. dederat, *eas*] 57) *Set* — *procedit.* Vid. §. 1. I. de usucap. 58) Inst.: bona *fide rem possederit* 59) Sched. *nqn* Inst. *non* 60) Inst.: *ullo tempore* procedit 61) Ed. 2.: quis Iam vero Lachmanno auctore tam hic, quam aliis locis, ubi in Cod. *qui* pro *quis* positum invenitur, Cod. lectionem restitui. 62) Cod. *usucapioñ* 63) *Item* etc. Ed. 2. v. *olim* non habet. Sched.: *res* mulieris 64) Sched. *erant* 65) Sav. legendum censet *idque* 66) Cod. *legem* 67) *cautum* etc. Sched. *capue*(vel *u*)*m* 68) Vid. §. 3. I. t. c. 69) Inst.: Quod *autem dictum est* 70) Inst.: furtivar. *et vi possessar.* rer. 71) *XII tabularum* Hoc ab Inst. abest. 72 ... 74) Ex Inst. 75) Inst. *his* et mox *possident* 76) Inst. *ne* 77) Inst.: *quamvis* ab *eis* 78) Inst. add. *vel ex alia causa acceperit* 79) Inst. *habet* 80) Vid. §§. 3...

p'*rocedit, ut bonae fidei possessori usucapio com*'|petat[81]: quia qui alienam rem vendidit et tradidit, fur|tum committit; idemque accidit, etiam si ex ali*a* causa | tradatur[82]. Set tamen hoc[83] aliquando aliter se habet. nam | si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, *vel* | aput eum

66. 35b. depositam[84], existimans eam esse here||ditariam[85], vendiderit aut donaverit, furtum | non committit[86]. item si is, ad quem ancillae ususfructus per|tinet, partum etiam[87] suum esse credens, vendiderit aut | donaverit, furtum non committit; *f*urtum enim | sine affectu furandi non committitur. aliis quoque | modis accidere potest, ut quis sine vitio furti rem | alienam ad aliquem transferat et efficiat, ut a posses|sore usucapiatur. §.[88] 51. Fundi quoque alieni potest aliquis | *s*ine vi possessionem nancisci[89], quae vel ex negli|gentia[90] domini vacet, vel qu*ia* dominus sine successo|re decesserit, vel longo tempore afuerit. nam[91] si ad al|ium bona fide accipientem transtulerit, pot*e*|rit usucapere possessor; et quamvis ipse, qui va|cantem possessionem nactus est, intellegat, ali|enum esse fundum, *tamen* nihil hoc *bonae* '*fidei*' posses*s*ori | ad *us*ucapionem nocet, *cum* inprobata sit eorum | sen*ten*tia, qui putaverint, furtiv*um* fundum fieri | posse. | §. 52. R*ursus* ex contrario accidit, ut qui sciat alienam | r*em* se possidere, usucapiat: velut si rem heredita*ri*am, cuius | possessionem heres nondum nactus est, ali*qu*is | poss*e*derit; nam ei concessum (*est, usu*)cap*e*re, si m*o*do ea res | est, quae recipit usucapionem. quae species possessionis et usucapionis pro | herede vocatur.

67. 102a. §. 53. Et in tantum haec usucapio concessa est, || ut et res, quae solo continentur, anno usucapiantur. | §. 54. Quare autem etiam hoc casu[92] soli rerum annua | constituta sit usucapio, illa ratio est, quod *o*lim rerum | hereditariarum possessione *velut*[93] ipsae hereditates usucapi| credebantur, scilicet anno. lex enim XII tabularum soli qui|dem res biennio usucapi iussit, ceteras vero an|no. ergo hereditas in ceteris rebus videbatur esse, quia so|li non est, quia neque corporalis est. (*et*) quamvis[94] postea creditum | sit, ipsas hereditates usucapi non posse, tamen in o|mnibus rebus hereditariis, etiam quae solo tene|antur[95], annua usucapio remansit. §. 55. Quare autem omni|no tam inproba possessio et usucapio concessa | sit, illa ratio est, quod voluerunt veteres maturius | hereditates adiri, ut essent, qui sacra facerent, quorum | illis temporibus summa observatio fuit, et ut[96]| creditores haberent, a quo suum consequeren|tur. §. 56. Haec autem species possessionis et usucapio|nis etiam lucrativa vocatur: nam sciens quisque rem | alienam lucrifacit. | §. 57. Sed hoc tempore etiam[96*] non est lucrativa. nam ex aucto|ritate Hadriani senatusconsultum factum est, | ut tales usucapiones revocarentur. et ideo po|test heres ab eo, qui rem usucepit, hereditatem petendo per|inde eam rem consequi, atque si usucapta non esset. §. 58. Set[97] || necessario tamen herede extante 68. 102b.
ipso iure, | pro herede usucapi potest. | §. 59. Adhuc etiam ex aliis causis sciens quisque rem a|lienam usucapit. nam qui rem alicui fiduciae cau|sa mancipio dederit, vel in iure cesserit, si eandem | ipse possederit, potest usucapere, anno scilicet|, *etiam* soli si sit[98]. quae species usucapionis dicitur usurece|ptio, quia id, quod aliquando habuimus, recipimus per usu|capionem. §. 60. Sed cum fiducia contrahitur aut cum creditore | pignoris iure, aut cum amico, quod tutius nostrae res aput eum | essent: siquidem cum amico contracta sit fiducia . | sane omnimodo conpetit usureceptio[99]: si vero cum cre|ditore, soluta quidem pecunia omnimodo conpetit: non|dum vero soluta[100] ita demum competit, si neque conduxe|rit eam rem a creditore debitor, neque precario ro|gaverit, ut eam rem possidere liceret; quo casu lu|crativa usucapio[1] conpetit. | §. 61. Item si rem obligatam sibi populus vendiderit, e|*amque* dominus possederit, concessa est usurece|ptio: sed hoc casu praedium biennio usurecipitur. et | hoc est, quod volgo dicitur, ex praediatura[2] possessionem usure|cipi. nam qui mercatur a populo praediator appellatur. |

§. 62.[3] Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alie*nandae* | rei potestatem non habeat; et qui dominus non sit, || *ali*enare possit. §. 63.[4] Nam dotale praedium 69. 85a.
maritus invita mul|i*ere* per legem Iuliam prohibetur alienare, quamvis ipsius | *sit*, vel mancipatum ei dotis causa, vel in iure cessum, | vel usucaptum[5]. quod quidem ius utrum ad Italica tantum | praedia, an etiam ad provincialia pertineat, *dubit*atur. | §. 64.[6] Ex diverso agnatus furiosi curator rem furio|si alienare potest ex lege XII tabularum; item procurator **| — — — — — — —; item creditor pignus ex | pactione, quamvis eius ea res non sit[7]. sed hoc forsitan | ideo videat*ur*[8] fieri, quod vo-

---

6. I. t. c. *furtum non committit; furtum enim sine affectu furandi non committitur.* Vid. L. 37. pr. D. de usurpat. 81) Ex Inst. 82) *quia* etc. Inst.: *nam* q. a. r. vendidit, *vel ex alia causa* tradidit, furtum *eius* committit 83) Inst. *id* 84) *eum depositam* Ita Inst. Cod. *eundempositam* 85) Inst.: *existimans hereditariam* esse, *bona fide accipienti* 86) *donaverit* etc. Inst.: donaverit, *aut dotis nomine dederit, quin is, qui acceperit, usucapere possit, dubium non est, quippe ea res in furti vitium non ceciderit, cum utique heres, qui bona fide tamquam suam alienaverit,* furtum n. c. 87) *etiam* om. Inst. 88) *Fundi — afuerit.* Vid. c. L. 37. §. 1. 89) Dig.: *nancisci* possess. 90) Sic Sched.; potest tamen, ut in Cod. scriptum sit *neglegentia.* 91) Praestaret *quam*; sed Sched. *n* exhibent. 92) *etiam* etc. Ita Cod. Ed. 2.: hoc casu etiam Cf. ad Commentar. I. not. 87. 93) *possessione velut* Cod. *possessionesut*

94) *(et) quamvis* ed. Hefft. Ed. 2.: quamvis *(autem)* 95) Ita Cod. In contexto Ed. 2. est: tenentur; quod probat Lachm. Cf. infra §. 204. in f. 96) Cod.: *ut* et [96*) *Etiam* non debuit tentari: Lucrativa est aut necessario herede extante aut voluntario non petente.] 97) Cod. *et* [quod tuetur Puchta.] 98) *scilicet* etc. Sic Cod. scripturam: *scilicet soli si sit*, Lachm. interpretatur. Ed. 2.: scilicet, *etsi* soli sit 99) Cod. hic et seq. §. *ususreceptio* exhibet. 100) Cod. *soluita* 1) Cod. *ususcapio* 2) Cod. *pdiat'a* 3) Vid. pr. I. quib. alien. lic.: Accidit a., u. q. d. sit, *alienare* non *possit*, et *contra* q. d. n. sit, *alienandae rei potestatem habeat.* 4) *Nam — usucaptum.* Vid. c. pr. I. 5) Inst.: quamvis ipsius *sit dotis* causa *ei datum* 6) *item creditor* etc. Vid. §. 1. I. t. c. 7) Inst.: *Contra autem* creditor — sit, *alienare potest.* 8) Inst. *videtur*

luntate debitoris intel|legitur pignus alienari, qui olim [109] pactus est, ut lice|ret creditori pignus vendere, si pecunia non | solvatur.

§. 65. Ergo ex his, quae diximus, ad|paret, quaedam naturali iure alienari, qualia sunt | ea, quae traditione alienantur; quaedam civili, | nam mancipationis et in iure cessionis et usucapionis | ius proprium est civium Romanorum. |

§. 66. Nec tamen ea tantum, quae traditione nostra fiunt, | naturali nobis ratione adquiruntur, sed etiam *quae* [10]| occupando ideo *adquisierimus* [11], quia antea nulli|us essent: qualia sunt omnia, quae terra, mari, *caelo* [12] | capiuntur. §. 67. Itaque si *feram* bestiam, aut volucrem, aut pis|cem *ceperimus, quidquid ita* [13] captum *fuerit, id statim*|
70. *nostrum fit, et* [14] *eous*que nostrum esse intellegitur, || do-
85b. nec nostra custodia coerceatur. cum vero custo|diam nostram evaserit et in naturalem liber|tatem se receperit, rursus occupantis fit, quia no|strum esse desinit. naturalem autem libertatem re|cipere videtur, cum aut oculos nostros evaserit, | aut licet *in* conspectu sit nostro, difficilis tamen *eius* | persecutio sit [15]. §. 68. [16] In iis autem animalibus, quae ex con|suetudine abire et redire solent, veluti columbis | et apibus, item cervis, qui in silvas ire et redire so|lent, talem habemus regulam traditam, ut si re|vertendi animum habere desierint, etiam no|stra esse desinant, et fiant occupantium. reverten|di autem animum videntur desinere habere, cum | revertendi consuetudinem deseruerint. | §. 69. Ea quoque, quae ex hostibus capiuntur, naturali ra|tione nostra fiunt.

§. 70. Sed et id, quod per alluvionem no|bis adicitur, eodem iure nostrum fit. per alluvio|nem autem id [17] videtur adici, quod ita paulatim flu|men agro nostro adicit, ut aestimare non possimus, | quantum quoquo momento temporis adiciatur. | hoc est, quod volgo dicitur, per adluvionem id adici vide|ri, quod ita paulatim adicitur, ut oculos nostros fal|lat. §. 71. Quodsi flumen partem aliquam ex tuo praedio de(*traxe*)|rit et ad meum
71. praedium *a*ttulerit, haec pars tua ma||net. §. 72. At
95a. si in medio flumine insula nata sit, haec | eorum omnium commun*is* est, qui ab utraque par|te fluminis prope ripam praedia possident. si vero non | sit in medio fluminе, ad eos pertinet, qui ab ea par|te, quae proxuma est, iuxta ripam praedia habent. §. 73. [18] Prae|terea id, quod in solo nostro ab aliquo aedificatum | est, quamvis ille suo nomine aedificaverit, iure natu|rali nostrum fit, quia superficies solo cedit. | §. 74. Multoque magis id accidit et in planta, quam quis | in solo nostro posuerit, si modo radicibus ter|ram complexa fuerit. §. 75. Idem contingit et in *frumen*|to, quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit. | §. 76. [19] Sed si ab eo petamus fructum, vel aedificium, et in|pensas in aedificium, vel in seminaria, vel in sementem | factas ei solvere nolimus, poterit nos per excepti|onem doli mali repellere; utique si bonae fidei | possessor fuerit. §. 77. [20] Eadem ratione probatum est, quod in | chartulis sive membranis meis aliquis scripse|rit, licet aureis litteris, meum esse, quia litterae | chartulis sive membranis cedunt. itaque si ego | eos libros easque membranas petam, nec inpen|sam scripturae solvam, per exceptionem doli mali | summoveri potero. §. 78. Sed si in tabula mea aliquis | pinxerit velut imaginem, contra probatur: || magis enim dicitur, 72.
tabulam picturae cedere. | cuius diversitatis vix idonea 95b.
ratio redditur. cer|te secundum hanc regulam, si me possidente peta|s, imaginem tuam esse, nec solvas pretium tabu|lae, poteris per exceptionem doli mali summoveri. at si tu posside|as, consequens est, ut utilis mihi actio adversum te | dari deb*eat* [21]: quo casu, nisi solvam impensam pictu|rae, poteris me per exceptionem doli mali repellere; utique si bona fide [22] pos|sessor fueris. illud palam est, quod sive tu subripuisses ta|bulam, sive alius, conpetit mihi furti actio. |

§. 79. [23] In aliis quoque speciebus naturalis ratio requiri*tur*. proinde | si ex uvis, (*aut olivis, aut spicis*) meis vinum, aut oleum, aut frumentum | feceris, quaeritur, utrum meum sit id vinum aut | oleum aut frumentum, an tuum. item si ex auro | aut argento meo vas aliquod feceris, aut ex meis | tabulis navem aut armarium aut subsellium fa|bricaveris; item si ex lana mea vestimentum fe|ceris, vel si ex vino et melle meo mulsum feceris, si|ve ex medicamentis meis emplastrum aut collyri|um feceris: (*quaeritur, utrum tuum sit id, quod ex meo effeceris*), an meum [24]. quidam materiam et substan|tiam spectandam esse putant, id est, ut cuius mate|ria sit, illius et res, quae facta sit, videatur esse; idque | maxime placuit Sabino et Cassio. alii vero *eius rem* | esse putant, qui fecerit; idque maxime diversae scholae auctoribus visum est: || sed eum quoque, cuius materia *et* 73.
substantia | fuerit [25], furti adversus eum, qui subripuerit, 90a.
habe|re actionem; nec minus adversus eundem con|dictionem ei competere, qui*a* [26] extinct*ae* [27] res, licet | vindicari non poss*int*, condici tamen furibus et quibus|dam [28] aliis possessoribus possunt. |

IIII. De pupillis, an aliquid a se alienare possunt [29]. | §. 80. Nunc admonendi sumus, neque feminam, neque | pupillum sine tutoris auctoritate [29*] rem mancipi alienare posse; nec man|cipi vero feminam quidem

---

109) Inst.: qui *ab initio contractus* 10) *quae* Blumii Sched.: *u* 11) *ideo* etc. E not. Ed. 2. 12) *quae terra* etc. Cod.: *que* terra mari *que* coelo Heffl. ed.: q. t. marique (*et*) coelo 13) *ceperimus* etc. E not. Ed. 2. 14) *fuerit* etc. Etiam haec e not. Ed. 2. sumpta sunt. 15) *eius* etc. Ed. 2.: *sit* rei persecutio Sched. *in|rei psecutio sit* In Cod. sic scriptum puto: *rit|p ei.* (eius) *psecutio sit* Cf. ad Commentar. I. not. 69. [Rectius, nisi fallor, Huschkius et Böcking. *ei'* (eius) | *rei psecutio sit*] 16) *revertendi autem animum* etc. Vid. §. 15. I. de rer. divis. 17) Cod.: *ita*; quod Lachmanno auctore in *id* mutavi. In Ed. 2. verb. *autem* statim sequitur *videtur.* 18) Cf. ad hanc §. et ad §§. 74. et 75. Epit. II, 1, §. 4. 19) Cf. Epit. II, 1, §. 6. 20) Cf. hic et ad seq. §. Epit. II, 1, §§. 4. et 6. 21) Cod.: *debet* 22) *bona fide* Cod. *bf* 23) *quia extinctae res* etc. Vid. §. 26. I. t. c. Cf. Epit. II, 1, §. 5. 24) *quaeritur* etc. Ita Lachm. Ed. 2.: (*quaeritur*), an meum (*sit*). 25) Sched. *fuit* 26) Inst.: *nam* 27) Cod.: *extincta* et mox *possit* 28) Inst.: *a* furib. et *a* quibusd. 29) Ita Cod. Ed. 2.: possint. [29*) Ubicumque Cod. habet per notas *s.* (vel *sine*) *t. a.*,

posse, pupillum non | posse. §. 81. Ideoque siquando mulier mutuam pecu|niam alicui sine tutoris auctoritate dederit, quia facit eam accipien|tis, cum scilicet *ea* pecunia res nec mancipi sit, con|trahit obligationem. §. 82. At si pupillus idem fecerit, | quia '*eam* [129+] *pecuniam non facit accipientis*', null*am* | contr*a*hit obligationem. unde pupillus vindica|re qui*d*em nummos suos potest, sicubi extent, id | est, — — — — — — — — — — — — —| — — — — — repetere potest — — — * | — * * [30] *proinde* [31] de pupillo quidem quaeritur, an numm|*os*, qu*os* mutuos dedit, ab eo, qui acc*e*pit — — * * | * — — se non * * — — — possit [32], quoniam — | ——— — | §. 83. — — — — — — — — nec mancipi mulier*ibus*||
71. et pupillis *sine* tutoris auctoritate solvi possunt [33], quo-
90b. niam meliorem | condicionem suam facere iis etiam sine tutoris auctoritate con|cessum est. §. 84. Itaque si debitor pecuniam pupillo solvat, fa|cit quidem pecuniam pupilli, sed ipse non libera|tur, quia nullam obligationem pupillus sine tutoris auctoritate | dissolvere potest, quia nullius rei alienatio ei sine tutoris auctoritate | concessa est. set tamen si ex ea pecunia locupletior | factus sit, et adhuc petat, per exceptionem doli mali summoveri | potest. §. 85. Mulieri vero etiam sine tutoris auctoritate recte solvi potest: nam | qui solvit, liberatur obligatione, quia res nec mancipi, ut pro|xume diximus [34], a se dimittere mulier et sine tutoris auctoritate potest. quamquam | hoc ita est si accipiat pecuniam: at si non accipiat, *set* [35] | habere se dicat, et per acceptilationem velit debito|rem sine tutoris auctoritate liberare, non potest. |

§. 86. [36] Adquiritur [37] autem [38] nobis [39] non solum per nosmet ipsos, | sed etiam per eos, quos in potestate, manu, mancipio|ve [40] habemus. item per eos [41] servos, in quibus usumfructum habe|mus. item per homines liberos et servos alienos, | quos bona fide possidemus. de quibus singulis diligenter | dispiciamus [42].| §. 87. [43] Igitur (*quod*) liberi nostri, quos in potestate habemus, | item [44] quod servi (*nostr*)i [45] mancipio accipiunt, vel [46] ex traditione | nanciscuntur, sive quid stipulentur, vel ex aliquali|bet [47] causa adquirunt [48], id nobis adquiritur [49]:
ipse enim [50], || qui in potestate nostra [51] est, nihil suum 75.
habere potest. | et ideo [52] si heres institutus sit, nisi no- 86a.
stro iussu, hereditatem | adire non potest [53]; et si iubentibus nobis adierit, hereditatem | nobis adquirit [54], proinde [55] atque [56] si nos ipsi here|des instituti essemus. et [57] convenienter scilicet legatum | per eos nobis [58] adquiritur. §. 88. Dum tamen sciamus, si alterius | in bonis sit servus, alterius ex iure Quiritium, ex omnibus causis | ei soli p*er* eum adquiri, cuius in bo*nis* est. §. 89. [59] Non solum | autem proprietas per eos, quos in potestate habe|mus, adquiritur nobis [60], sed etiam possessio. cuius [61] enim | rei possessionem adepti fuerint, id nos posside|re videmur. unde etiam per eos usucapio proce|dit [62]. §. 90. Per eas vero personas, quas in manu | mancipiove habemus, proprietas quidem adquiri|tur nobis ex omnibus causis, sicut per eos, qui in po|testate nostra sunt: an autem possessio adquiratur | quaeri solet, quia ipsas non possidemus. | §. 91. [63] De his autem servis, in quibus tantum usumfructum habemus, ita | placuit, ut quidquid ex re nostra, vel ex operis [64] su|is adquir*ant* [65], id nobis adquiratur [66]; quod [67] vero extra eas | causas [68], id ad dominum proprietatis pertineat [69]. ita|que si iste [70] servus heres institutus sit, legatumve quod ei | datum fuerit [71], non mihi [72], sed domino proprietatis adqui|ritur.

Gösch. dedit *sine tutore auctore*. Ego eam formulam semper reposui, qua librarius, quotiens vocabula plene scripsit, usus est. 129+) *eam* addidi, ad explendum spatium.] 30) *id est* etc. Locum Hollw. e litterarum vestigiis, quae in Cod. apparent, sic restituendum putat: id est *intendere suos ex iure Quiritium esse; mala fide consumptos vero ab eodem* repetere potest, *quasi possideret*. Malim: mala *vero* fide consumptos *ab eo, qui accepit*, repetere p. etc. 31) *p̄de* (i. e. proinde) Muell. coni. Sched. **de Ed. 2.: *unde* 32) Verba *se non* vereor, ut recte se habeant. Hollw. coni.: an nummos, q. m. d., a. e., q. accepit, *bona fide consumptos condicere* possit 33) Legendum videtur: *At ex contrario res tam mancipi, quam* nec mancipi etc. Cf. §. 2. I. quib. alien. lic. verb. *at ex contrario omnes res* etc.; ubi tamen non legitur: *solvi* poss., sed, quod praestat: *dari* poss. 34) Cf. §. 80. 35) Ed. 2. add.: (*acceptam*); quod nunc Lachmanno monente omisi.

36) Vid. L. 10. D. de a. r. d. pr. I. per quas person. nob. acquir. Cf. Epit. II, 1, §. 7. 37) Flor. et Hal. Dig.: *Adquiruntur* 38) *autem* om. Dig. et Inst. 39) Hal. Dig. add. *res* 40) Verba *manu mancipiove* absunt a Dig. et Inst. 41) *eos* om. Dig. 42) *diligenter* Dig. et Inst. *diligentius* Hal. Dig.: *dispiciam*. diligent. 43) *item quod servi* etc. Vid. c. L. 10. §. 1. §. 3. I. t. c. Cf. Epit. l. c. 44) Dig.: *Igitur* Inst.: Item *vobis acquiritur* 45) Inst. hic et in sequentibus (etiam in locis ad §§. 89. 91...95. allegatis) primae personae ubique secundam substituunt. 46) Verba *mancipio* etc. om. Dig. et Inst. 47) Sic nunc Lachmanno auctore scripsi. Blumii Sched. habent *ali*(vel *a*)*qualibet*; Ed. 2.: al*ia* qualibet; Dig. et Inst.: *qualibet alia* 48) Ed. 2.: adquirant At Sched. *adquir̄* exhibent; neque in Cod. extant alii loci ulli, ubi syllaba *raut*, extant vero plures, ubi syllaba *runt* siglo r̄. notata sit. itaque librarius credendus est scribere voluisse *adquirunt*: quam lectionem tuentur etiam Flor. Dig. et Inst. Sane in Hal. Dig. legitur *adquirant*. 49) *id* etc. Inst.: *hoc etenim vobis et ignorantibus et invitis obvenit*. 50) Hal. Dig. item Inst. add. *servus* 51) Dig. et Inst.: *alterius* 52) *et ideo* Dig. *Ideoque* Inst. *sed* 53) *nisi* etc. Inst.: *non alias*, nisi *iussu* vestro hereditatem *adire potest* 54) *hereditatem* etc. Dig.: *hereditas* nobis *adquiritur* Inst.: *vobis hereditas* acquiritur 55) Dig. et Inst.: *perinde* 56) Inst.: *ac* 57) Flor. Dig. add. *his*, Hal. *ex his* 58) Dig.: scilicet legatum (Hal.: *legatum* scilicet) *nobis* per *eundem* Hal. *eosdem*) 59) Vid. c. L. 10. §. 2. c. §. 3. I. 60) Hal. Dig.: *nobis* adquir. 61) Flor. Dig.: *cuiusque*; Hal. et vulgata Dig. exempla, item Inst. *cuiuscunque* 62) *per* etc. Dig.: per *eorum longam possessionem dominium nobis adquiritur*. Inst.: per eos usucapio *vel longi temporis possessio vobis accedit*.
63) Vid. c. L. 10. §. 3. §. 4. I. t. c. Cf. Epit. II, 1, cit. §. 7. 64) Inst.: *operibus* 65) Cod.: *adquirunt*; et sic vulgo etiam in Dig. legitur: Flor. vero et Hal. Dig., item Inst. *adquirant* exhibent. 66) Inst.: *adiiciatur* 67) Dig. *si quid* 68) Ed. 2. e Flor. Dig. add.: (*persecuti sint*) Hal. Dig. et Inst. habent: persec. *sunt* 69) Flor. Dig.: *pertinet* 70) Dig.: *is* 71) Dig. et Inst.: legatumve *quid aut* ei (Inst.: *ei* aut) *donatum* fuerit 72) Inst.: *usufructuario*

§. 92. [173] Idem placet[74] de eo, qui a[75] nobis bona fide
76. possidetur, || sive[76] liber sit, sive alienus servus[77]. quod
86b. enim placuit de | usufructuario, idem probatur etiam[78] de bonae fidei[79] possessore. | itaque quod extra duas istas causas[80] adquiritur, id[81] vel | ad ipsum pertinet si liber est, vel ad dominum[82] si servus *est*[83]. | §. 93.[84] Sed si bonae fidei p'*ossessor usuceperit serv*'*um*[85], quia eo modo| dominus fit, '*ex o*'mni causa[86] per eum sibi adquirere potest.| Usufructuarius[87] vero usucapere[88] non potest: primum[89] quia non possi|det, set habet ius utendi et[90] fruendi; deinde quia[91] scit, a|lienum servum[92] *esse*. §. 94.[93] De illo quaeritur, an per eum servum, | in quo usumfructum habemus, possidere aliqu*am* rem | et usucapere poss*i*mus[94], quia ipsum non possidemus. Per | eum vero, quem bona fide possidemus, sine dubio et posside|re et usucapere possumus. Loquimur autem in utri|usque persona secundum di*stinctionem*[95], quam proxume[96] ex|posuimus; id est, si quid[97] ex re nostra vel ex operis[98]| suis adquirant, id nobis adquiritur[99]. §. 95. [200] Ex his[1] apparet, | per liberos homines, quos neque iuri nostro subi|ectos habemus, neque bona fide possidemus, item per alienos ser|vos|, in quibus neque usumfructum habemus, neque iustam possessionem, | nulla ex causa nobis adquiri p'*osse. et hoc est, quod dici*'|tur[2], per extraneam personam nihil adquiri '*posse*'[3] — ** | — — — — — ** quaeritur, anne ** — — — | *n*obis adquiratur[4]. §. 96.
77. In summa sciendum '*est*', *his*, '*qui in*' || potestate, manu,
99a. mancipiove sunt, nihil in iure cedi | posse. cum enim *i*starum personarum nihil suum esse possit, conve|niens est scilicet, ut nihil — — — —[5] in iure vindi|care possint.|

§. 97.[6] (*Hactenus*) tantisper admonuisse sufficit, quemad|modum singulae res nobis adquirantur[7]. nam legatorum | ius, quo et ipso singulas res adquirimus[8], opportuni|us alio[9] loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus | modis per universitatem res nobis adquirantur[10].| §. 98. Si cui[11] heredes facti sumus[12], sive cuius bonorum possessionem petierimus, si|ve cuius bona emerimus[13], sive[14] quem adrogaveri|mus, sive qu*am*[15] in manum ut uxorem receperimus[16], | eius res[17] ad nos transeunt. §. 99. Ac prius de hereditat*i*bus | dispiciamus, quarum duplex condicio est: nam vel ex testamento, vel| ab intestato ad nos pertinent. §. 100. Et prius est, ut de his dispi|ciamus, quae nobis ex testamento obveniunt. |

§. 101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt. | nam aut calatis comitiis faciebant, quae comiti|a bis in anno testamentis faciendis destinata e|rant, aut in procinctu, id est, cum belli causa ad pu*gn*am i|bant; procinctus est en*i*m expeditus et armatus exer|citus. alterum itaque in pace et in otio faciebant, al|terum in proelium exituri. §. 102. Accessit deinde tertium ||
genus testamenti, quod per aes et libram agitur. qui ne- 78.
que calatis co|mitiis, neque in procinctu testamentum 99b.
fecerat, is, si subita morte | urguebatur, amico familiam suam, id est, patrimon|ium suum mancipio dabat, eumque rogabat, qu|id cuique post mortem suam dar*i* vellet. quod testa|mentum dicitur per aes et libram; scilicet quia per manci|pationem peragitur. | §. 103. Sed ill*a* quidem duo genera testamentorum in desuetudinem | abierunt; hoc vero solum, quod per aes et libram fit, | in usu retentum est. sane nunc al*i*ter ordinatur, at|que olim solebat. namque olim familiae emptor, id est, qui a | testatore familiam accipiebat mancipio, heredis lo|cum optinebat, et ob id ei mandabat testator, quid | cuique post mortem suam dari vellet. nunc vero | alius heres testamento instituitur, a quo etiam legat*a* relin|quuntur, alius dicis gratia propter veteris iu|ris *i*mitationem familiae emptor adhibetur. §. 104. E|aq*ue* res ita agitur: qui facit, adhibitis, sicut in cete|ris *m*ancipationibus, v testibus civibus Romanis | pu*be*ribus et libripende, postquam tabulas testamenti scripse|*rit*, *m*ancipat alicui dicis gratia familiam suam. | in q*u*a re his verbis familiae emptor utitur: | FAMI*LI*A PECUNIAQUE TUA ENDO MANDATELA*M* TUT*E*|*L*AM CUSTODELA*M*QUE MEA*M*[18], QUO TU IURE

---

173) Vid. c. L. 10. §. 4. c. §. 4. I. 74) Inst. add. *et* 75) *a* om. Flor. Dig. 76) Inst. add. *is* 77) Hal. Dig.: *serv.* alien. 78) *probatur etiam* Inst. *placet et* 79) Sched. *bf* Dig.: *bonae fidei* Inst.: *bona fide* 80) Flor. Dig.: extra *duas caus.* Hal.: extra *istas caus.* 81) *id* om. Hal. Dig. 82) Flor. et Hal. Dig. add. *eius*, vulg. *proprietatis* 83) *est* Sic Dig. et Inst. Cod.: *rit* 84) Vid. c. L. 10. §. 5. c. §. 4. I. 85) Dig. et Inst.: *Sed bon.* fid. possessor *cum* usuceper. serv. 86) Dig. et Inst.: *omnibus causis* 87) Inst.: *fructuarius* 88) Dig. add. *servum* 89) In Dig. vulgo add. *quidem* 90) *et* om. Dig. et Inst. 91) Dig.: *quoniam* Vulgo ibi praemittitur *vero.* 92) Dig. et Inst.: *serv.* alien. 93) *Loquimur* etc. Vid. c. §. 4. I. 94) Cod.: *p'sumus* 95) Sched.: *dsnnıtıon;* ex quo effeci quidem *distinctionem*, neque vero repugno, si quis legendum putet *definitionem*, ut est in Inst. 96) §§. 91. 92. 97) Inst.: si *quam possessionem* 98) Inst. *operibus* 99) *adquirant* etc. Inst. *adepti fuerint.* 200) *Ex his — nihil adquiri posse.* Vid. §. 5. I. t. c. 1) Inst. add. *itaque* 2. 3) Ex Inst. 4) Post v. *posse* sic legendum esse coniicio: *excepta possessione; de ea enim* quaeritur, anne *per liberam personam* nobis adquiratur. 5) Sched.: nihil *uu(vel *n*)oncp'se Ed. 2.: nihil *omnino* Huschk. coni.: nihil *suum esse per se* Lachm. lacunam solis verb. *suum esse* explendam censet. 6) §§. 97 ... 100. Vid. §. 6. I. t. c., unde supplevi v. *Hactenus.* Ad §§. 97. et 98. conferenda est Epit. II, 2, pr. 7) *res* etc. Inst.: *res acquiruntur* 8) *singulas* etc. Sched. *singulae* etc. Inst.: *singulae* res *vobis acquiruntur, item fideicommissorum, ubi singulae res vobis relinquuntur* 9) Inst.: *inferiore* 10) Inst.: res *vobis acquiruntur*. Etiam in sequentibus Inst. loco primae personae utuntur secunda. 11) Inst. add. *ergo* 12) Inst.: *sitis* 13) *sive cui. bon. emer.* Haec om. Inst. 14) *sive* Inst.: *vel si* 15) Cod.: *quem* Cf. ad Commentar. I. not. 421. 16) In Inst. verbis *sive quam* etc. substituta leguntur haec: *vel si cuius bona libertatum conservandarum causa vobis addicta fuerint* 17) Inst. add. *omnes* 18) *familia* etc. Sic formulam restituit Lachm. De verbo *mandatela* vid. Priscianus, Lib. IV. (Ed. Krehl. Vol. I. pag. 143.) Sched.: *fam***am pecuniamque tuam* endo-*mandatela tu*|*t*(?)*am custodelaque mea* Ed. 2.: FAM*ILI*AM PECVNIA*M*QVE TVAM ENDO MANDAT*AM* T*V*TE*L*AM CVSTODELA*M*QVE MEAM (*RECIPIO, EAQVE*) Huschk. coni.: famili*am* pecunia*m*que tua*m* endo mandatel*a* tutel*a* custodel*a*que me*a* [Puchta *meam*] (*ex iure Quiritium esse aio eaque*)

79. TESTAMENTUM || FACERE POSSIS SECUNDUM LEGEM PUBLICAM,
40a. HOC | AERE, et ut quidam adiciunt AENEAQUE LIBRA, ESTO MI|HI EMPTA. deinde aere percutit libram, idque aes dat| testatori, velut pretii loco. deinde testator tabulas te|stamenti tenens ita dicit: | HAEC ITA, UT IN HIS TABULIS CERISQUE SCRIPTA SUNT, ITA | DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQUE VOS, QUIRITES, TESTIMO|NIUM MIHI PERHIBETOTE[219]. et hoc dicitur nuncupatio: | nuncupare est enim palam nominare; et sane, qu|ae testator specialiter in tabulis testamenti scri|pserit, ea videtur generali sermone nominare | atque confirmare. §. 105. In testibus autem non debet is esse, qui in | potestate est aut familiae emptoris, aut ipsius te|statoris, quia propter veteris iuris imitationem | totum hoc negotium, quod agitur test*amenti* or*di*nandi gra|tia, creditur inter familiae emptorem agi et te|statorem: quippe olim, ut proxime diximus, is, qui fa|miliam testatoris mancipio accipiebat, heredis loco[19*]| erat. itaque reprobatum est in ea re domesticum te|stimonium. §. 106.[20] Unde et si is, qui in potestate patris est, | familiae emptor adhibitus sit, pater eius testis esse | non potest. at ne is quidem, qui in eadem potestate | est, velut frater eius. Sed si filiusfamilias ex[21] castrensi peculio post | missionem faciat testamen-
80. tum, nec pater eius recte testis || adhibetur, nec is, qui
40b. in potestate[22] patris sit[23]. §. 107. De libri|pende eadem, quae et de testibus, dicta esse intelle|gemus: nam et is testium numero est. §. 108. Is vero, qui in | potestate heredis, aut in (*potestate*) legatarii est, cuiusve heres ip|se aut legatarius in potestate est, quique in eiusdem | potestate est, a*d*eo[24] testis et libripens adhiberi po|test, ut ipse quoque heres *aut*[25] legatarius iure adhibe|antur[26]. sed tamen, quod ad heredem pertinet, quique in eius | potestate est, cuiusve is in potestate erit, minime | hoc i*u*re uti debemus. |

DE TESTAMENTIS MILI*TU*M. | §. 109.[27] Sed haec diligens observatio in ordinandis te|stamentis militibus propter nimiam inperitia|m *consti*tutionibus Principum[28] remissa est. nam quamvis[29] | neque legitimum numerum testium adhibue|rint, neque vendiderint familiam, neque nuncu|paverint testamentum[30], recte nihilominus te|stantur. §. 110. Praeterea permissum est iis, et peregrinos et | Latinos instituere heredes, vel iis legare; cum alioquin | peregrini quidem ratione civili prohibeantur | capere hereditatem legataque, Latini vero per legem | Iuniam. §. 111. Caelibes quoque, qui lege Iulia hereditatem | legataque capere vetantur: | item orbi, id est, qui liberos non habent, quos lex[31] || — — — — — 81.
* * prohibet * * — — — — | ——————— †. 21. 69a.
——————— | — — — — — — — — — — — t. s.
— * §. 112. te|stamentum facere — — — — —
— — — || — — — *[32] scilicet ut quae tutela libera- 82.
tae non essent, | ita testari deberent[33]. §. 113. Vi- 69b.
dentur ergo melioris condi|cionis esse feminae, quam masculi: nam masculus mi|nor annorum XIIII testamentum facere non potest, etiamsi tutore auctore | testamentum facere velit; | femina vero post XII. annum testamenti fa|ciundi ius nanciscitur. | |

§. 114.[34] Igitur si quaeramus, an valeat testamentum, in|primis advertere[35] debemus, an is, qui id fecerit[36], ha|buerit testamentifactionem: deinde si habuerit, | requiremus, an secundum iuris civilis regulam[37] | *testatus* sit; exceptis militibus, qui*bus* propter nimiam | *inperitiam*, ut diximus[38], quomodo velint, vel quomodo | *possint*, permittitur testamentum facere.

§. 115.[39] Non tamen, ut iure civili[40] | *val*eat testamentum, sufficit ea[41] observatio, quam supra[42] expo|*su*imus de familiae venditione et de testibus et de | nuncupationibus.

§. 116. Ante omnia requirendum est, an | institutio heredis sollemni more facta sit: nam aliter | facta institutione nihil proficit, familiam testatoris | ita venire, testesque ita adhiberi, *itaque* nuncupari[43] testamentum, | ut supra[44] diximus. | §. 117. Sollemnis autem institutio haec est: TIT*I*US HERES ESTO. | sed et illa iam comprobata videtur: TITIUM HEREDEM ESSE || IUBEO. at illa non 83.
est comprobata: TITIUM HEREDEM ES|SE VOLO. sed et illae 37b.
a plerisque inprobatae sun*t*: | HEREDEM INSTITUO, item HEREDEM FACIO.

§. 118. Observandum prae|terea est, ut si mulier, quae in tutela sit, faciat testamentum, | tutore *auctore*[45]

---

219) Cod.: *phibitote* [19*) Ed. 2.: loco heredis] 20) *Sed si filiusfam.* etc. Vid. §. 9. I. de testam. ordin. 21) Inst.: *de* 22) Inst. add. *eiusdem* 23) Ita Cod. Ed. 2. ad exemplum Inst. habet: *est.* 24) *adeo* coni. Lachm. Sched.: *abeo* Ed. 2.: ab eo, (*qui testamentum facit*) 25) *aut* coni. Lachm. [Immo ita prima edit. Goschenius.] Cod.: *ut* Ed. 2.: et 26) Simili ratione Gaius plurativo numero infra, §. 120., usus est: *etiamsi frater aut patruus extent.* 27) Vid. pr. I. de militar. testam.: *Supradicta* diligens observat. etc. 28) Inst.: *principalibus* 29) Inst. add. *hi* 30) *neque vendiderint* etc. Inst.: neque *aliam testamentorum sollemnitatem observaverint* 31) Folium, quo hui. pag. argumentum continuabatur, deperditum est. — Ordinem Gaius eum servasse videtur, ut, post absolutam materiam de testamentis militum, de his personis ageret, quibus non est permissum facere testamentum: quo sane pertinent, quae in fine pag. 81. et in principio pag. 82. legere contigit. Eiusdem argumenti est Epit. II, 2, §§. 1 ... 3. ubi haec leguntur §. 1. *Id quoque statutum est, quod non omnibus liceat facere testamentum: sicut sunt hi, qui sui iuris non sunt, sed alieno iuri subiecti sunt, hoc est, filii, tam ex nobis nati, quam adoptivi.* §. 2. *Item testamenta facere non possunt impuberes, id est, minores quattuordecim annorum, aut puellae duodecim.* §. 3. *Item et hi, qui furiosi, id est, mente insani fuerint, non possunt facere testamenta. sed hi, qui insani sunt per intervalla, quibus sani sunt, possunt facere testamenta.* 32) Schedarum scripturam: *ıp*(vel *r*)*cnc****||*anni XII tab* Lachm. interpretatur: *maiores annorum XII tutore auctore* Fortasse legendum: *maioribus* etc. Gaium de mulierum testamentis loqui manifestum est. Cf. Commentar. I. §. 115a. 33) Cod.: *debent* 34) *si quaeramus — testatus sit.* Vid. L. 4. D. qui testam. fac. poss. 35) Dig.: *animadvertere* 36) Dig.: *qui fecerit* (Hal. Ed. et vulg. exempl.: *fecit*) *testamentum* 37) Dig.: *regulas* iur. civ. 38) §. 109. 39) *Non — exposuimus.* Vid. pr. I. de exheredat. liber. 40) Inst.: ut *omnimodo* 41) Inst.: *haec* 42) §. 104. sq. 43) Lachm. legit: testesre ita adhiberi *aut* nuncupari Sched. habent: *testesq.* ita adhibere *ā nuncupare* 44) §. 104. sq. 45) *tutore auctore* coni. Hollw. et Lachm. Sched. *tutores habet*

facere debeat: alioquin inutiliter | iure civili testabitur. | §. 119. Praetor tamen, si septem signis testium signatum sit te|stamentum, scriptis heredibus secundum tabulas testamenti *hereditatem*[246] | pollicetur: (*et*) si nemo sit, ad quem ab intestato iu|re legitimo pertineat hereditas, velut frater eodem pa|tre natus, aut patruus, aut fratris filius, ita poterunt | scripti heredes retinere hereditatem. nam idem iuris est et | si alia ex *causa* testamentum non valeat, velut quod familia | non venierit, aut nuncupationis verba testator | locutus non sit. §. 120. Sed videamus, an etiamsi frater aut patru|us extent, potiores scriptis heredibus habeantur. rescripto| enim Imperatoris Antonini significatur, eos, qui secundum| tabulas testamenti non iure factas bonorum possessionem petierint, posse adver|sus eos, qui ab intestato vindicant hereditatem, defendere | se per exceptionem doli mali. §. 121. Quod sane quidem ad masculorum testamenta per|tinere certum est; item ad feminarum, quae ideo non | utiliter testat*ae* sunt, quod verbi gratia familiam non ven|diderint, aut nuncupationis verba locutae non |
81. sint: || an autem et ad ea testamenta feminarum, quae
37b. siue tutoris au|ctoritate fecerint, haec constitutio pertineat, vi|debimus. §. 122. Loquimur autem de his scilicet feminis, | quae non in legitima parentium aut patronorum tutela | sunt, sed de his, quae alterius generis tutores habent, | qui etiam inviti coguntur auctores fieri. alioquin | parentem et patronum, sine auctoritate eius | facto testamento, non summoveri palam est. |

§. 123.[47] Item, qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum | vel[48] heredem instituat, vel nominatim exheredet[49]: alioquin si | eum silentio praeterierit, inutiliter testabitur. | adeo quidem, ut nostri praeceptores existiment, eti|amsi[50] vivo patre filius defunctus[51] sit, neminem | heredem ex eo testamento existere posse[52], scilicet | quia statim[53] ab initio non constiterit institu|ti|o[54]. sed diversae scholae auctores siquidem filius mortis patris tempore | vivat, sane impedimento eum esse scriptis heredi|bus, et illum ab intestato heredem fieri confitentur: | si vero ante mortem patris interceptus sit, posse | ex testamento hered*itat*em adiri putant, nullo iam filio impedi|mento; quia scilicet existimant, (*non*) statim ab initio | inutiliter fieri testamentum filio praeterito. §. 124.[55] Ceteras vero | liberorum personas si praeterierit testator, valet | testamentum. praeteritae istae personae scriptis heredibus in || partem ad*ᶦcrescunt: si sui* 85.
*instituti sint*ᶦ, in virilem; | si extranei, in dimidiam. id 124a.
est, si quis tres verbi gra|tia filios heredes instituerit, et t. s.
filiam praeterierit, fili|a adcrescendo pro quarta parte fit heres ** — — | ———— ————[56]| habitura esset. at si extraneos ille heredes institu|erit, et filiam praeterierit, filia adcrescendo ex di|midia parte fit heres. quae de filia diximus, eadem | *et* de nep*ote* de*q*ue omnibus liberorum personis, si*ve* | masculini, *sive* feminini[57] sexus, dicta intellegemus. | §. 125. Quid ergo est? licet *hae*[58] secundum *ᶦa quae*ᶦ diximus, (*viri*|*lem, vel*) dimidiam partem scriptis heredibus detrahant, tamen[59] | Praetor eis contra tabulas bonorum possessionem promittit: qua ratione extranei | heredes a tota hereditate repelluntur. et efficeretur s*ane* | *per hanc* bonorum possessio*nem*, *ut* nihil inter | femi*nas* et masculos[60] interesset: [§. 126.] set[61] nuper Imperator Antoninus signi|ficavit rescribto suo, non plus nancisci feminas | per bonorum possessionem, quam quod iure adcrescendi consequerentur. quod in eman|cipatis *ᶦfeminis similiter optinet, scilicet u*|*t quod*ᶦ adcrescendi iure habiturae essent si *suae* | fuissent, id ipsum etiam per bonorum possessionem habeant.[62] | §. 127.[63] Sed si qui*dem* filius a patre exheredetur, nominatim | ** — — — — — — — potest exheredari[64].| nominatim autem exheredari[65] videtur, sive ita exhere||-
detur: *ᶦTITIUS FILIUS MEUS EXHERES ESTO, sive ita: FI-* 86.
*LIUS MEUS*ᶦ[66] | EXHERES ESTO, non adiecto proprio nomine. 124b.
§. 128. *ᶦMasculorum cete*ᶦ|rorum personae, vel feminini t. s.
sexus — — — — — |———— ———— | — — — — — — — — — — — ** *inst*|*itutionem* heredum adici sole*nt*. sed — — — —[67] | §. 129. Nam Praetor omnes virilis sexus tam *ᶦfilios, quam cete-*

Ed. 2.: (*auctoribus iis, quos*) tutores habet 246) Blumio teste in Cod. scriptum est vel *hl̄ι*, vel *lan*, vel *ben* Rudorff. *bonorum possessionem* legendum censet.
47) *Item — constiterit institutio.* Vid. pr. I. t. c.: *Sed qui filium* etc. Cf. Epit. II, 3, pr. et §. 1. 48) *vel* om. Inst. 49) Inst.: vel *exheredem* nominatim *faciat* 50) *ut* etc. Inst. *ut etsi* 51) Inst. *mortuus* 52) *neminem* etc. Inst.: *nemo heres* ex c. t. existere *possit* 53) Cod.: *q̲* scilicet etc. Inst.: *quia* scilicet; omissa v. *statim* 54) Inst. *testamentum* 55) Cf. Epit. II, 3, e. §. 1. 56) Blumii Sched. habent: fit heres *plearan*|*tuenase* — — — — — — — *eraloat parte* 57) *sive* etc. Meae Sched.: ****minini*, Blumii *u*(vel *s*)*feminini* exhibent. 58) *hae* (intellige: *personae*) coni. Hollw. Blumii Sched. *ac* Ed. 2.: * * [Malim *eae*, quod scribitur *ac* §. 43 et 253.] 59) *virilem* etc. Blumii Sched.: *ʃcri*|*ptis* dimidiam partem *tam̄ h̄dib.* detrahant tamen Ed. 2.: scriptis heredibus dimid. part. *tantum* detrah., tamen 60) *et efficeretur* etc. Blumii Sched.: et *effι*(?)*c*(?)*e*(?)*r*(?)*etur* | *sιne rep rι*(?)*t* (?)*e*(?)*t*(?) bonorum pōssιoʃιe (vel *da* pro *ʃιe*) *rι N ʃu* (vel *ιn* pro *ʃu*)*ter ʃa*|*** (meae Sched. habent |*mι*)**ιas ēt* (vel *et*) *masculus* 61) Ed. 2.: interesset. §. 126. Set
62) Gaius, qui hucusque de praeteritionis effectu egit, iam ad formam exheredationis explicandam pergit tam eam, quae iure civili (vid. §§. 127. 128.), quam eam, quae iure praetorio (vid. §. 129.) praescribitur. Cum autem ius civile inter filios, qui in potestate sunt, reliquosque suos heredes distinctionem admittat, Gaius primum filios nominatim exheredandos esse docet (vid. §. 127.), deinde vero ad reliquos transit, quos vel inter ceteros exheredari permissum est (vid. §. 128.). 63) *nominatim autem* etc. Vid. §. 1. I. t. c. 64) *nominatim* etc. Blumii Sched.: *nominatī ex*dari anteanstan****n pest* exheredari [Id est, nisi fallor, nominatim *exheredari apte potest, aliter vero non* potest exheredari.] Huschk. legendum putat vel: nominatim *exheredari ante heredis institutionem* potest; vel: nominatim *ante h. i.* p. exheredari Malim: (*eum*) nominatim *exheredari* (*debeat, etiam*) *ante institutionem* potest exheredari. 65) Inst. add. *quis* 66) Ex Inst. 67) *Masculorum* etc. Integrum articulum ita fere conceptum esse existimo: Masculorum ceterorum personae, vel feminini sexus *liberi aut nominatim exheredandi sunt, aut inter ceteros, velut hoc modo: ceteri exheredes sunto: quae verba post* institutionem heredum adici solent. sed *haec ita sunt ic.* (iure civili).

ros', | id est nepotes quoque et pronepotes — — — | ———— ✝.2. ————|[268]

§. 130. [69] Postumi quoque liberi *ve'l heredes institui de*|*bent, vel'* exheredari. §. 131. Et '*in eo par omnium condicio est, quod et in filio postumo et in quolibet ex ceteris liberis, sive feminini sexus, sive masculini, praeterito, valet quidem testamentum, sed postea agnatione postumi sive postumae rumpitur, et ea ratione totum infirmatur. ideoque si mulier, ex qua postumus aut postuma sperabatur, abortum fecerit, nihil impedimento est scriptis heredibus ad hereditatem adeundam.* §. 132. *Sed feminini quidem sexus postumae vel nominatim, vel inter ceteros exheredari solent* [70], *dum tamen si inter ceteros ex-*
87. *heredentur, aliquid eis legetur, ne videantur per oblivio-*
123a. *nem praeteritae esse. masculos vero postumos, id est,*
t. s. *filium et deinceps, placuit non aliter recte exheredari, nisi nominatim exheredentur, hoc scilicet modo:* QUICUMQUE MIHI FILIUS GENITUS FUERIT, EXHERES ESTO. §. 133. [71] *Postumorum* [72] *loco sunt et hi, qui in sui heredis locum* [73] *succedendo, quasi agnascendo fiunt parentibus sui heredes. ut ecce si* [74] *filium et ex eo nepotem neptemve in potestate habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura sui heredis habet, quamvis nepos quoque et neptis ex eo in eadem potestate sint* [75]*: sed si filius meus me vivo* [76] *moriatur* [77], *aut qualibet* [78] *ratione exeat de potestate mea* [79], *incipit nepos neptisve in eius locum* [80] *succedere et eo modo iura suorum heredum quasi agnatione nancisci* [81]. §. 134. *Ne ergo eo modo rumpat* [82] *mihi* [83] *testamentum, sicut ipsum filium vel heredem instituere, vel exheredare nominatim debeo* [84], *ne non iure faciam testamentum, ita et nepotem neptemve ex eo necesse est mihi* [85] *vel heredem instituere, vel exheredare, ne forte, me vivo filio mortuo* [86],
88. *succedendo in locum eius nepos neptisve*' || quasi adgna-
123b. tione rumpat [87] *test'amentum: idque lege* | *Iunia* [88] *Velleia* [89]
t. s. *provisum est.'* [90] — — — — — — | — — — virilis sexus nominatim, feminini | vel nominatim, vel inter ceteros exheredentur, dum | tamen iis, qui inter ceteros exheredantur, '*aliquid legetur.* §. 135. [91] *E'*|*mancipatos liberos iure civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est, quia'* [92] non sunt sui heredes. | sed Praetor omnes tam feminini, quam masculini sexus [93], si | heredes non instituantur, exheredari iubet, virilis | sexus '*nominatim, feminini'* [94] | vero [95] inter ceteros. *qui* si [96] neque heredes instituti fuerint, ne|que '*ita'* [97], ut supra [98] diximus, exheredati, Praetor promit|tit [99] eis contra tabulas [300] bonorum possessionem [1] in — — — — — ⁎⁎ *in*|de nati sint ⁎ in accipienda ⁎ ⁎ pater ⁎ ⁎ — — | — — in *potestate* habere ⁎ si petit ⁎ impetravit ⁎ | qui ⁎ ⁎ — patris — — — — — ⁎ ⁎ diffe|runt ⁎ ⁎ — — — §. 136. [2] *Adoptivi*, quamdiu tenentur in ado|ptione [3], naturalium loco sunt. emancipati ve|ro (*a*) [4] patre adoptivo neque iure civili, neque quod ad edictum | Praetoris pertinet [5], '*inter liberos numerantur*' [6]. §. 137. [7] Qua ratione | accidit, ut ex diverso, quod ad naturalem parentem | pertinet [8], quamdiu quidem sint in adoptiva familia, ex|traneorum numero habeantur. '*cum vero emanci*'|pati [9] fuerint '*ab adoptivo patre, tunc incipiunt'* [10] || in ea causa esse, qua [11] futuri essent, si ab 89.
ipso naturali pa|tre (*emancipati*) [12] fuissent.| 38a.

§. 138. [13] Si quis [14] post factum testamentum adoptaverit | sibi filium aut per populum [15] eum, qui sui iuris est, | aut per Praetorem [16] eum, qui in potestate parentis fuerit, omni|modo [17] testamentum eius rumpitur quasi agnatione sui hered|is. §. 139. Idem iuris est si cui post factum testamentum uxor in ma|num conveniat, vel quae in manu fuit, nubat: nam eo mo|do filiae loco esse incipit, et quasi sua *est*. §. 140. Nec prodest si|ve haec, sive ille, qui adoptatus est, in eo testamento sit| institutus institutave. nam de exheredatione eius su|pervacuum videtur quaerere, cum testamenti fa|ciundi tempore suorum heredum numero non | fuerit. | §. 141. Filius quoque, qui ex prima secundave mancipati|one manumittitur, quia revertitur in potestatem | patriam, rumpit [18] ante factum testamentum. nec prodest si in | eo testamento heres institutus, vel exheredatus fuerit. | §. 142. Simile ius olim fuit in eius persona, cuius nomine | ex senatusconsulto erroris causa probatur [19], quia forte ex peregrina vel | Latina, quae per errorem quasi

---

268) Loci sententia haud dubie haec est: ex Praetoris edicto masculos omnes nominatim exheredandos esse, feminas vero etiam inter ceteros exheredari posse. cf. infra §. 135. 69) In restituendis §§. 130...132. usus sum c. §. 1. I., quae ipsa ex Gaii Institutionibus hausta esse videtur. Cf. Epit. II, 3, §. 2. 70) Inst. *solebant* 71) §§. 133. 134. *Postumorum — lege Iunia Velleia provisum est.* Vid. L. 13. D. de iniust. rupt. irrit. fact. testam., unde, quae desiderabantur, supplevi. item §. 2. I. t. c. 72) Inst. add. *autem* 73) Flor. et Hal. Dig. *loco* 74) Inst.: si *quis*; et mox *habeat* 75) Inst. *sunt* 76) *meus* etc. Inst. *eius vivo eo* 77) Flor. Dig. *morietur* 78) Inst. add. *alia* 79) Inst. *eius* 80) Flor. et Hal. Dig. *loco* 81) Sic in Hal. Dig. legitur. Flor. Cod. et Inst. habent *nanciscuntur*; quam lectionem in Ed. 2. secutus sum. 82) *rumpat* Flor. et Hal. Dig. exhibent. In Ed. 2. cum Inst. et vulgatis Dig. exemplaribus scripsi *rumpatur.* 83) Inst. *eius* 84) *exheredare* etc. Inst.: *nominatim* exheredare *debet testator*; et mox *faciat* 85) Inst.: ex *filio* nec. est *ei* 86) *me* etc. Hal. Dig.: m. v. *mort.* fil. Inst.: *vivo eo* f. m. 87) In Dig. vulgo nec non ap. Hal. *rumpant* legitur; item in Inst.

88) *Iunia* in Dig. vulgo omittitur. 89) Flor. et Hal. Dig. *Vellea* 90) Theophilus II, 13, §. 2. sic pergit: *ὅστις νόμος κατὰ μίμησιν τῶν ποστούμων ἐξερεδάτους αὐτοὺς εἶπε γενέσθαι· τουτέστι τὸν μὲν ἔγγονον* nominatim etc. 91) *Emancipatos — bonorum possessionem.* Vid. §. 3. I. t. c. 92) Ex Inst. 93) Inst.: tam fem. *sexus*, q. masc. 94) *nominatim, feminini* Sic in Inst. legitur. Haec tamen verba ad explendam lacunam non sufficiunt, cum in Cod. desiderari videantur litterae 34. 95) Inst. add. *et* 96) *qui si* Blumii Sched. *qcusi* Inst. *quodsi* 97) Ex Inst. 98) *supra* abest ab Inst. 99) Inst.: *promittit* Praet. 300) Inst. add. *testamenti* 1) Quae in hac §. sequuntur, e notis Ed. 2. in contextum transtuli. 2) *emancipati* etc. Vid. §. 4. I. t. c. 3) Cod. *adoptionem* 4) Ex Inst. 5) Inst. *attinet* 6) Ex Inst. 7) *Qua ratione — habeantur*; *cum vero* etc. Vid. c. §. 4. I. 8) Inst. *attinet* 9. 10) Ex Inst. 11) Inst.: *in* qua 12) Ex Inst. 13) Vid. §. 1. I. quib. mod. testam. infirm. Cf. Epit. II, 3, §. 3. 14) Inst. add. *enim* 15) *aut* etc. Inst.: per Imperatorem 16) Inst. add. *secundum nostram constitutionem* 17) *omnimodo* om. Inst. 18) Cod. *rumpitur* 19) In Addendis ad

civis Romana uxor ducta esset, | natus esset. nam sive heres institutus esset a paren|te, sive exheredatus, sive vivo patre causa probata, | sive post mortem eius, omnimodo
90. quasi adgna||tione rumpebat testamentum.| §. 143. Nunc
38b. vero ex novo senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum est, si|quidem vivo patre causa probatur, aeque ut olim omnimo|do rumpit testamentum: si vero post mortem patris, praeteritus | quidem rumpit testamentum, si vero heres in eo scriptus est, | vel exheredatus, non rumpit testamentum, ne scilicet diligenter | facta testamenta rescinderentur *eo tempore*, *quo* | renovari non possent. | §. 144.[320] Posteriore quoque testamento, quod iure factum *est*[21], su|perius rumpitur. nec interest, an extiterit aliquis | ex eo heres[22], an non extiterit: hoc enim solum spe|ctatur, an[23] existere potuerit. ideoque si quis ex poste|riore testamento, quod iure factum est[24], aut noluerit heres esse, aut | vivo testatore, aut post mortem eius, antequam | hereditatem adiret, decesserit, aut per cretionem[25] exclusus | fuerit, aut condicione, sub qua heres institutus est, defe|ctus sit, aut propter caelibatum ex lege Iulia summo|tus fuerit ab hereditate[26]: *in his* casibus paterfamilias inte|status moritur. nam et prius testamentum non valet, ru|ptum a posteriore; et posterius aeque nullas vires | habet, cum ex eo nemo heres extiterit. | §. 145.[27] Alio quoque modo testamenta iure facta infirmantur: | velut *(cum)*[28] is, qui fecerit testamentum, capite diminutus sit; quod quibus modis acci|dat[29], primo commentario[30] relatum
91. est[31]. §. 146.[32] Hoc autem casu *in*||rita fieri testa-
70a. menta dicemus[33], cum alioquin et quae | rumpuntur, inrita fiant[34]. *(et quae statim ab initio non iure fiunt, inrita sunt. et ea, quae iure facta sunt, et postea propter capitis deminutionem inrita fiunt)*[35], possunt nihilominus rupta dici[36]. | sed quia sane commodius erat, singulas causas | singulis appellationibus distingui, ideo quaedam | non iure fieri[37] dicuntur, quaedam iure facta rumpi, | vel inrita fieri.

§. 147.[38] Non tamen per omnia | inutilia sunt ea testamenta, quae vel ab initio non iure facta sunt, | vel iure facta postea inrita facta, au*t* rupta sunt[39]. nam | si septem testium signis signata sint testamen|ta[40], potest scriptus heres secundum tabulas[41] bonorum possessionem petere[42]: si modo | defunctus testator[43] et civis Romanus et suae potestatis mor|tis tempore fuerit. nam si ideo inritum fit[44] testamentum, | quod postea[45] civitatem, vel etiam libertatem testator a|misit, *a*ut is[46] in adoptionem se dedit, 'et'[47] mortis tem|pore in adoptivi patris potestate fuit[48], non potest | scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere. | §. 148. *(Qui autem)* secundum tabulas testamenti, quae aut statim ab ini|tio non iure factae sint, aut iure factae postea *ru*ptae, | vel inritae erunt, bonorum possessionem accipiunt, si modo possunt hereditatem | optinere, habebunt bonorum possessionem cum re: si vero ab *iis*[49] avo|cari hereditas potest, habebunt bonorum possessionem sine re.| §. 149. Nam si quis heres iure civili institutus sit vel ex primo, vel ex po|steriore testamento, vel ab intestato iure legitimo heres sit, | is potest ab iis[50] hereditatem avocare: si vero nemo || sit alius iure civili heres, ipsi 92.
retinere hereditatem possunt * * — — | iudicium adversus 70b.
eos habent * — — — — — | ——————— ———————|
— — — — — * * legitimus * * — — — — | — — —
— * * habentur[51] — — — — — — — | factum sit au*t* quod familia non venierit, aut nun|cupationis verba testator locutus non sit.
— | ——————— ⅟. 3. ——————— | possessores
t*amen* res[52] olim * — — — — — — | * §. 150. lege[53] bona caduca fiunt et ad populum deferri | iubentur, si defuncto nemo '*successor extiterit*'. | §. 151. Potest, ut iure facta testamenta — — — — * *|* infirme*n*tur. apparet * posse — — — — * * | * — — — — testator — — — — — — | — — — — * * eius — —
— — — — — — — | iure civili valeat qui — — —
— — — — — — * | tabulas testam*enti* * — — — —
— — —[54] | ——————— ——————— | * * quidem — si quis ab i*ntestato* bonorum possessionem petieri*t* * — | ——————— ⅟. 3. ———————||
perveniat hereditas. et hoc ita *re*scripto Imperatoris An- 93.
tonini | significatur. | 59b.

§. 152.[55] Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui et ne|cessarii, aut extranei. §. 153.[56] Necessarius heres est servus | cum libertate[57] heres institutus; ideo sic appellatus, | quia sive velit, sive nolit, omnimodo post mortem | testatoris protinus liber et heres est[58]. §. 154.[59] Unde qui faculta|tes suas suspectas habet, solet[60] servum[61] pri|mo, aut secundo, vel etiam ulteriore

---

Ed. 2. correxi *probabatur;* iam vero Lachmanno suadente retinui *probatur.* Sched. *puat.* exhibent. 320) Vid. §. 2. I. t. c. Cf. Epit. II, 3, §. 4. 21) *factum* est Sched. *facturum* Inst.: *perfectum* est. 22) Inst.: *heres* ex eo 23) Inst. add. *aliquo casu* 24) Verba *ex posteriore* etc. Inst. om. 25) Cod. *ceptionem* 26) Ab Inst. absunt articuli *aut per — fuerit* et *aut propter — hereditate.* In Cod. sequitur *quib* i. e. quibus. Substitui ex Inst. *in his;* potest tamen, ut illud anacoluthon ipsi Gaio tribuendum sit. 27) Vid. §. 4. I. t. c. Cf. Epit. II, 3, §. 5. 28) Ex Inst. 29) Inst. *accidit* 30) §. 159. sq. 31) Inst.: primo *libro retulimus* 32) Vid. c. §. 4. I. 33) Inst. *dicuntur* 34) Inst.: *rumpantur,* irrita *fiunt* 35) Ex Inst.; ubi tamen Schrad. coniunctionem ante v. *postea* non habet. 36) Inst.: *possumus* nihilom. rupta *dicere.* 37) Inst. *facta* 38) Vid. §. 5. I. t. c. 39) *quae vel ab initio* etc. Inst.: *quae ab initio iure* facta *propter capitis deminutionem* irrita *facta sunt.* 40) Inst. *sunt,* omisso verbo *testamenta.* 41) Inst. add. *testamenti* 42) Inst. *agnoscere* 43) *testator* om. Inst. 44) Inst. *factum sit* 45) *postea* om. Inst. 46) *aut is* Blumii Sched. *uut his* Inst. *aut quia* 47) Ex Inst. 48) Inst. *sit* 49) Cod. *his* 50) Cod. *is* 51) Ductus verbum *habentur* in Cod. praecedentes significare videntur: *potiores scriptis* 52) *tamen res* E notis Ed. 2. 53) * *lege* Sched.: *a* lege In Cod., ut opinor, est *ea,* vel *qua lege* Gaius de lege Iulia caducaria loquitur. 54) In Cod. novus articulus incipere videtur. 55) Vid. pr. I. de hered. qual. et differ. Cf. Epit. II, 3, §. 6. 56) Vid. §. 1. I. t. c. Cf. Epit. l. c. 57) *cum libertate* om. Inst. 58) Inst.: et *necessarius* heres *fit* 59) *Unde — bona veneant.* Vid. c. §. 1. I. Cf. Epit. l. c. 60) Inst. *habent, solent* 61) Inst. add. *suum*

gradu liberum | et[362] heredem instituere, ut si creditoribus satis | non fiat, potius huius heredis[63], quam ipsius testatoris bo|na veneant[64], id est, ut ignominia, quae accidit[65] ex ven|ditione bonorum, hunc potius heredem, quam ipsum te|statorem contingat. quamquam aput *Fu*fidium Sabino pla|ceat, eximendum eum esse ignominia, quia non | suo vitio, sed necessitate iuris bonorum venditio|nem pateretur: sed alio iure utimur. §. 155.[66] Pro hoc tamen in|commodo illud ei commodum praestatur, ut ea, quae | post mortem patroni[67] sibi adquisierit, sive ante | bonorum venditionem, sive postea[68], ipsi reserventur. | et quamvis propter contractionem bona venierint, | iterum ex hereditaria causa bona eius non venient, nisi | si quid ei ex hereditaria causa fuerit adqui-
94. situm, || velut si *(ex eo, quod)*[69] Latinus adquisierit, lo-
59a. cupletior factus sit: | cum ceterorum hominum, quorum bona venierint, | pro *(residua)*[70] portione, si quid postea adquirant, etiam saepius | eorum[71] bona veniri solent[72] | §. 156.[73] Sui autem et necessarii heredes sunt velut filius | filiave, nepos neptisve ex filio, deinceps *ceteri*[74], qui | modo in potestate morientis fuerunt[75]. sed uti ne|pos neptisve su*us* heres sit[76], non sufficit, cum[77] in po|testate avi mortis tempore fuisse, sed opus est, ut | pater quoque[78] eius, vivo patre suo, desierit suus | heres esse, aut morte interceptus, aut qualibet[79] ratione | liberatus potestate: tum[80] enim nepos neptisve in | locum sui patris succedunt[81]. §. 157.[82] Sed sui quidem he|redes ideo appellantur quia domestici heredes | sunt, et vivo quoque parente[83] quoda*m*modo domini | existimantur: unde etiam si quis intestatus mor|tuus sit, prima causa est in successio|ne liberorum. necessarii vero ideo dicuntur, quia | omnimodo, *(sive)* velint, *(si)*ve *(nolint, tam)*[84] ab intestato, quam ex testamento here|des fiunt. §. 158.[85] Sed his Praetor permittit[86], abstinere se ab heredi*tate*, | ut potius parentis bona veneant[87]. | §. 159. Idem iuris est et *(in)* uxoris persona, quae in manu est, quia fili|ae loco est; et in nurus, quae in manu filii est, quia ne|ptis loco est. §. 160. Quin[88] similiter abstinendi potest||atem facit Praetor etiam mancipato, id est, ei, qui 95.
in causa man|cipii est[89], cum liber et heres institutus 19a.
sit; cum necessari|us, non etiam suus heres sit, tamquam servus. | §. 161.[90] Ceteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt, extranei | heredes appellantur. itaque liberi quoque nostri, | qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti | sicut[91] extranei[92] videntur. qua de causa et qui a matre | heredes[93] instituuntur, eodem numero sunt, quia feminae | liberos in potestate[94] non habent. servi quoque, qui | liberi et[95] heredes instituti sunt et postea a domino manu|missi, eodem numero habentur[96]. §. 162.[97] Extraneis autem | heredibus deliberandi potestas data[98] est de adeun|da hereditate, vel non adeunda. §. 163.[99] Sed sive is, cui abstinen|di potestas est, inmiscuerit se bonis hereditariis, | sive is[400], cui de adeunda *(hereditate)*[1] deliberare licet, adierit, | postea relinquendae hereditatis facultatem non ha|bet, nisi si[2] minor sit annorum[3] XXV. nam huius aetatis | hominibus[4], sicut in ceteris omnibus | causis, deceptis, ita etiam[5] si temere damnosa*m* | hereditatem susceperint, Praetor succurrit. scio quidem[6], | divum Hadrianum etiam maiori XXV annorum[7] ve|niam dedisse, cum post aditam hereditatem grande aes | alienum, quod aditae hereditatis tempore latebat, | apparuisset[8]. ||

§. 164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id est, 96.
finis de|liberandi, ut intra certum tempus vel adeant | 19b.
hereditatem, vel si non adeant, temporis fine summo|veantur. ideo autem cretio appellata est, quia cer|nere est quasi decernere et constituere. §. 165. Cum ergo | ita scriptum sit: HERES TITIUS ESTO, adicere debemus: CERNITOQUE IN CENTUM DIEBUS PROXUMIS, QUIBUS SCI|ES POTERISQUE. QUODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. §. 166. Et | qui ita heres institutus est, si velit heres esse, debebit in|tra diem cretionis cernere, id est, haec verba di|cere: QUOD ME PUBLIUS *MAEV*IUS[9] TESTAMENTO SUO HEREDEM INSTITUIT, EAM | HEREDITATEM ADEO CERNOQUE. Quodsi ita non creverit, finito | tempore cretionis excluditur: nec quidquam proficit | si pro herede gerat,

---

362) *liberum et* om. Inst. 63) Inst.: *eius* heredis *bona* 64) Inst.: testatoris *a creditoribus possideantur, vel distrahantur, vel inter eos dividantur.* 65) Ita Lachm. Sched. et Ed. 2.: accedit 66) *Pro — reserventur.* Vid. c. §. 1. I. 67) Inst. add. *sui* 68) *sive ante* etc. Haec in Inst. non leguntur. 69) Verba *ex eo quod*, quae olim Savignio suadente in contextum recepi, commode abesse non posse, etiamnum existimo. Ipse Sav. nunc cum Lachmanno contra sentit. 70) Verb. *residua* abundare arbitrantur Hefft. et Lachm. 71) *eorum*, quod habet Cod., olim in contextum recipere dubitavi; nunc ne omitterem suasit Lachm. 72) Sic Cod. Ed. 2.: sole*a*nt 73) Vid. §. 2. I. t. c. Cf. Epit. l. c. 74) Inst.: *et* deinceps ceteri *liberi* 75) Inst. *fuerint* 76) *suus* etc. Inst. *sui heredes sint* 77) In Ed. 2. ex Inst. addidi: *(eamue)* 78) *quoque* om. Inst. 79) Inst. add. *alia* 80) Inst. *tunc* 81) Inst.: *patris* sui *succedit.* 82) Vid. c. §. 2. I. 83) Inst. *patre* 84) Quae supplevi, ex Inst. sumpsi. Hefft. ed.: omnimodo, velint *(nolint)*ve, *(tam)* 85) Vid. c. §. 2. I. 86) Inst. add. *volentibus* 87) Inst.: ut pot. par., *quam ipsorum bona similiter a creditoribus possideantur.* Cf. not. 364. 88) Cod.: quin *etiam* 89) Sched.: etiam ei *qui in caula id e mancipato macipi e* Sav. legendum censet: etiam *ei, qui in causa mancipii est, id est, mancipato* Klenz. verba *id est mancipato* pro glossemate habet. [Recte, puto.] 90) Vid. §. 3. I. t. c. Cf. Epit. l. c. 91) *sicut* deest in Inst. 92) Inst. add. *heredes* 93) Inst.: *hered.* a. m. 94) Inst.: *in pot.* lib. 95) Sched.: qui *cum liberi et* A Lachmanno admoneor, posse retineri verbum *cum*, si pro *liberi et* legatur *libertate.* 96) *servi* etc. Inst.: *servus* quoque *a domino heres institutus* et *post testamentum factum ab eo manumissus* eodem numero *habetur.* 97) Vid. §. 5. I. t. c. 98) *data* om. Inst. 99) Vid. §§. 5. et 6. I. t. c. 400) Inst. *extraneus* 1) Ex Inst. 2) *si* abest ab Inst. 3) Cod. *ann.* Inst. *annis* 4) In Sched. sequitur: *pmissum ē* 5) Inst. *et* 6) *scio quidem* Inst. *Sciendum tamen est* 7) Cod. *ann.* Inst. *annis* 8) Inst. *emersisset* 9) Sched. *titius*; et sic olim edidi. Iam cum Lachmanno scribendum duxi *Maevius.* nam in praecedente §. Titii nomine designatur *heres.* praeterea in fictis personarum nominibus Publius et Titius nunquam, Publius et Maevius autem saepissime iunguntur.

id est, si rebus hereditariis tamquam | heres utatur. | §. 167. At is, qui sine cretione heres institutus sit, aut qui ab in|testato legitimo iure ad hereditatem vocatur, potest aut | cernendo, aut pro herede gerendo, vel etiam nu|da voluntate suscipiendae hereditatis heres fieri: eique li|berum est, quocumque tempore voluerit, adire heredita|tem. (*sed*) solet[410] Praetor postulantibus hereditariis cre|ditoribus tempus constituere, intra quod, si vel|it, adeat[11] hereditatem: si minus, ut liceat creditoribus | bona defuncti vendere. §. 168. Si qui[12] autem
97. cum cretione || heres institutus est, (*sicut*) nisi creverit
6b. hereditatem, non fit heres; ita | non aliter excluditur, quam si non creverit intra | id tempus, quo cretio finita *sit*. itaque licet ante diem | cretionis constituerit, hereditatem non adire, tamen pae|nitentia actus, superante die cretionis, cernen|do heres esse potest. §. 169. At hic, qui sine cretione heres insti|tutus est, quique ab intestato per legem vocatur, sicut | voluntate nuda heres fit, ita et contraria destina|tione statim ab hereditate repellitur. | §. 170. Omnis autem cretio certo tempore constringitur. | in quam rem tolerabile tempus visum est cen|tum dierum. potest tamen nihilominus iure civi|li aut longius, aut brevius tempus dari: longius ta|men interdum Praetor coartat. §. 171. Et quamvis omnis cretio| certis diebus constringatur, tamen alia cretio | vulgaris vocatur, alia certorum dierum: vulga|ris illa, quam supra exposuimus[13], id est, in qua dicuntur haec | verba: QUIBUS SCIET POTERITQUE; certorum dierum, in | qua, detractis his verbis, cetera scribuntur. §. 172. Quarum cre|tionum magna differentia est. nam vulgari cretione| data, nulli dies computantur, nisi quibus scierit quis|que, se heredem esse institutum, et possit cernere. cer|torum vero dierum cretio*ne* data, etiam nescien|ti[414] se heredem
98. institutum esse numerantur dies con||tinui: item ei quo-
6a. que, qui aliqua ex causa cernere prohibe|tur, et eo amplius ei, qui sub condicione heres institu|tus est, tempus numeratur. unde melius et aptius est, vul|gari cretione uti. §. 173. Continua haec cretio vocatur, qui|a continui dies numerantur. sed quia tamen dura est haec cre|tio, altera *magis* in us*u* habetur[15]; unde etiam vulgaris dicta | est.

DE SUBSTITUTIONIBUS. §. 174.[16] Interdum | duos pluresve gradus heredum facimus, hoc modo: | LUCIUS TITIUS HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS (*CENTUM*) PROXIMIS, QUIBUS SCI|ES POTERISQUE. QUODNI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. TUM MAEVI|US HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS CENTUM et reliqua. et de|inceps in quantum velimus, substituere possumus. | §. 175. Et licet nobis vel unum in unius locum substitue|re pluresve; et contra in plurium locum vel unum, | vel plures substituere. §. 176. Primo itaque gradu scrib|tus heres hereditatem cernendo fit heres, et substi|tutus excluditur: non cernendo summovetur etiam|si pro herede gerat, et in locum eius substitutus suc|cedit. et deinceps si plures gradus sint, in singulis si|mili ratione idem contingit. §. 177. Set si cretio sine ex|heredatione sit data, id est, *in* haec verba[17]: SI NON CRE*V*ERIS, | TUM PUBLIUS MAEVIUS HERES ESTO, illud diversum invenitur, qui|a[18] si prior omissa cretione pro herede gerat, substitutus | in partem admittitur, et fiunt ambo aequis partibus || heredes. *quod*si neque cernat, neque pro herede 99.
gerat, | sane in univer*sum*[19] summovetur, et substitutus | 12a.
in totam hereditatem succedit. | §. 178. Sed d*u*dum quidem placuit, quamdiu cernere et eo modo | heres fieri possit prior, etiamsi pro herede [gesse|rit, non tamen admitti substitutum: cum vero cretio | finita sit, tum pro herede gerentem admi*tt*ere substi|tut*um*. *olim* vero placuit, etiam superante cre|tione, posse[20] eum pro herede gerendo in partem sub|stitutum admittere, et amplius ad cretionem re|verti non posse. |

§. 179.[21] Liberis nostris[22] inpuberibus, quos in potestate ha|bemus[23], non solum ita, ut supra[24] diximus, substituere | poss*umus*[25], id est, ut '*si*' heredes[26] non *ex*titerint, alius no|bis heres sit[27]; sed eo amplius, ut etiam[28] si heredes no|bis[29] extiterint et adhuc inpuberes mortui fue|rint, *sit* iis[30] aliquis heres. velut[31] hoc modo: TITIUS FILIUS | MEUS MIHI HERES ESTO. SI FILIUS MEUS MIHI (*HERES NON ERIT, SIVE HERES*[32]) ERIT ET | '*PRIUS*'[33] MORIATUR, QUAM IN SUAM TUTELAM VE|NERIT[34], SEIUS HERES ESTO. §.[35] 180. Quo casu siquide*m* | non extiterit heres filius[36], substitutus patri[37] fit | heres: '*si vero*'[38] heres extiterit[39] filius, et ante pu|bertatem decesserit, ipsi filio fit heres substi|tutus. quamobrem duo quodammodo sunt testamenta: || *al*iud patris; aliud[40] fi- 100.
lii, tamquam si ipse filius sibi here|dem instituisset. 12b.
aut certe unum est testamen|*tum*[41] duarum hereditatum. §. 181.[42] Ceterum ne post obi|*tum* parentis periculo insidiarum subiectus vide|*atur* pupillus, in usu est, vulgarem quidem substitu|tionem palam facere, id est, eo loco, quo pupillum he|redem instituimus: (*nam*) vulgaris sub-

---

410) (*sed*) *solet* ed. Heffl. Ed. 2.: solet (*tamen*) 11) In Cod. nec non in contexto Ed. 2. est: nelint adeant 12) Ita Cod. Ed. 2.: Si quis Cf. not. 61. [Malim Sicu*t* autem — institutus, nisi, omisso *est*, quod in Cod. scribitur e] 13) Cf. §. 165. 14) Cod. *nesciente* 15) *sed* etc. Cod.: s' quia tm dura *e* haec cretio altera *minus habet*' Lachm. coni.: s. q. *tam* d. e. h. c., altera *minus*(, *illa magis in usu*) h.; vel: ——————, altera *minus* (*dura m. i. u.*) *h.* 16) Cf. Epit. II, 4, §. 1. 17) *in* etc. Sic. ed Heffl. Sched.: *si* hec uerba Ed. 2.: si haec uerba (*adiecta sint*) 18) Cf. ad Commentar. I. not. 248. 19) Sched.: in *uniuerso* At pag. 155. (vid. Commentar. III. §. 103.) Cod. habet: in *uniuersum* ualere. 20) Haud scio, an delenda sit vox *posse*. 21) Vid. pr. I. de pupill. subst. Cf. ad hanc §. et ad §§. 180. 181. Epit. II, 4, §. 2. 22) Inst. *suis* 23) Inst. *quis habet* 24) §§. 174. 177. 25) Inst. *potest* 26) Inst. add. *ei* 27) Inst.: alius *ei sit* her. 28) Inst. *et* 29) Inst. *ei* 30) Inst. *eis* 31) Inst.: veluti *si quis dicat* 32) Verba *non erit* etc., ex Inst. deprompta, quae in contexto Ed. 2. non leguntur, in Addend. exhibui. 33) Ex Inst. 34) Inst. add.: (*id est pubes factus sit*), *tunc* 35) *Quo — substitutus.* Vid. c. pr. I. *duo quodammodo sunt testamenta* etc. Vid. §. 2. I. t. c. 36) Inst. add. *tunc* 37) Inst. *patri* [Cod. et Ed. 2. patris] 38) Ex Inst. 39) Inst.: *extiter.* her. 40) Inst.: *alterum* patr., *alterum* 41) Inst. add. *duarum causarum, id est* 42) *illam autem substitutionem — aperiantur.* Vid. §. 3. I. t. c.

stitutio ita vocat | ad hereditatem substitutum, si omnino pupillus heres non | extiterit; quod accidit cum vivo parente moritur, | quo casu nullum substituti maleficium suspica|ri possumus, cum scilicet vivo testatore omni|a, quae in testamento scribta sint, ignorentur. il|lam autem substitutionem, per quam etiam si[443] heres ex|titerit pupillus et intra pubertatem decesserit, | substitutum vocamus[44], separatim in inferioribus | tabulis scribimus, casque tabulas proprio lino propri|aque cera consignamus, et in prioribus tabulis cave|mus[45], ne inferiores tabulae vivo filio et adhuc in|pubere aperiantur. set longe *tu*tius est, utrumque | genus substitutionis separatim in inferiori|bus tabulis consignari, quod, si ita consignatae vel se|paratae fuerint substitutiones, ut diximus, *ex* pri|ore potest intellegi, in altera quoque idem esse | substitu-

101. tus[46]. || §.[47] 182. Non solum autem heredibus institu-

22a. tis inpuberibus | liberis ita substituere poss*um*us, ut si[48] ante puberta|tem mortui fuerint, sit is heres, quem nos voluerimus[49], | sed etiam exheredatis. itaque eo casu si quid pu|pillo ex hereditatibus, legatisve, aut donationi|bus propinquorum[50] adquisitum fuerit, id omne a*d* | substitutum pertinet[51]. | §. 183.[52] Quaecumque diximus de substitutione inpuberum | liber*or*um[53] vel heredum institutorum, vel exheredatorum, eadem | etiam de postumis intellegemus[54]. §. 184.[55] Extraneo vero[56] heredi | instituto ita substituere non possumus[57], ut si heres | extiterit et intra aliquod tempus decesserit, ali|us ei heres sit[58]: sed hoc solum nobis[59] permissum est, ut eum | per fideicommissum obligemus[60], ut hereditatem nostr*am*[61] vel totam, | vel (*pro*)[62] parte restituat[63]; quod ius quale sit, suo loco[64] trademus. |

§. 185. Sicut autem liberi homines, ita et servi tam nostri, | quam alieni heredes scribi possunt. §. 186. *Sed* noster servus | simul et liber et heres esse iuberi debet, id est hoc modo: STICHUS | SERVUS MEUS LIBER HERESQUE ESTO, vel: HERES LIBERQUE | ESTO. §. 187. Nam si sine libertate heres institutus sit, etiam|si postea manumissus fuerit a domino, heres esse | non potest, quia institutio in persona eius non con|*stitit*: ideoque licet alienatus sit, non potest iussu | domini cernere hereditatem

§. 188.[65] Cum libertate vero heres|| institutus si'*quidem* 102.

in eadem causa manserit, *fit*'[66] | ex testamento liber *at*- 22b.

que necessarius heres[67]. si | vero ab ipso[68] testatore manumissus fuerit, suo arbi|trio hereditatem adire potest[69]. quodsi alienatus sit[70], iussu | novi domini '*adire hereditatem debet, et ea*'[71] ratione | per eum dominus fit heres: '*nam ipse alienatus neque*'[72] heres, neque | liber[73] esse potest. §. 189.[74] Alienus quoque servus heres institutus | '*si in*'[75] eadem causa duraverit, iussu domini here|*di*tatem adire debet[76]; si vero alienatus fue|'ri*t ab eo, aut viv*'o[77] testatore, aut post mortem eius, ante|'*quam adeat, debet iussu novi*'[78] domini cernere[79]. si | '*manumissus est antequam adeat*'[80], suo arbitrio adire hereditatem po|test. §. 190. *Si* autem servus alienus heres institutus *est*, vulga|ri cretione data, ita i(*ntelle*)gitur dies cretionis cede|'*re*[81], *si*' ipse servus scierit, se heredem institutum esse, | nec ullum impedimentum sit, quominus certio|rem dominum faceret, ut illius iussu cerne|re possit.|

§. 191.[82] Post haec videamus de legatis. quae pars iuris ex|tra propositam quidem materiam videtur; nam| loquimur de his iuris figuris, quibus per universi|tatem res nobis adquiruntur: sed cum omnimodo[83] de | testamentis, deque heredibus, qui testamento instit|uuntur, locuti sumus, non sine causa sequenti loco || poterat[84] haec 103.

iuris materia tractari. | | 21a.

§. 192.[85] Legatorum utique genera '*sunt*' quattuor: aut enim | per vindicationem legamus, aut per damnationem, aut si|nendi modo, aut per praeceptionem. |

§. 193.[86] Per vindicationem — — — — — — —** verbi | gratia: HOMINEM STICHUM DO, LEGO. sed si * — — | verbum positum sit, velut — — — — * * '*per vin*'|dicationem legatum est: sive ** — — — — — — —| ita legatum fuerit, SU*MITO* * — — — — — — | ita, CAPITO; aeque per vindicationem '*legatum est*[87]. §. 194.[88] *Ideo au*'|tem per vindicationem legat*um* a*ppellatur*, *quia* post adi*t*am | hereditatem statim ex iure Quiritium res legata-

---

443) Cod. *si etiam* Inst. *etsi* 44) Inst. *substitutus vocatur* 45) *in inferioribus* etc. Inst.: in inferiorib. *partibus scribere eamque partem* proprio l. p. c. *consignare* et in *priore parte testamenti cavere* Subintelligendum *debet.* 46) *idem* etc. Ita Cod. In contexto Ed. 2. est: *eundem* esse *substitutum*; at in Addend. Cod. lectionem restitui. 47) Vid. §. 4. I. t. c. 48) Inst.: substituere *parentes possunt*, ut *et* si *heredes eis extiterint et* 49) Inst.: sit *eis heres* is, quem *ipsi voluerint* 50) Inst. add. *atque amicorum* 51) Inst. *pertineat.* 52) Vid. c. §. 4. I. Cf. Epit. II, 4, c. §. 2. 53) Cod. *liberum* 54) Inst. *intellegimus.* 55) Vid. §. 9. I. t. c. Cf. Epit. II, 4, §. 3. 56) Inst. add. *vel filio puberi* 57) Inst.; substituere *nemo potest* 58) Inst.: *sit* her. 59) *nobis* om. Inst. 60) Inst. *testator obliget* 61) *ut* etc. Ed. 2.: ut (*alii*) h. n. Inst.: *alii* h. *eius* 62) Ex Inst. Consonat Ed. 1. In Ed. 2. propter §§. 273. et 277. supplevi *ex*. Sed cf. §. 259. 63) Inst. *restituere* 64) §. 248. sq. 65) Vid. §. 1. I. de hered. instit.: *Servus autem a domino suo* heres etc. 66) Ex Inst. 67) Inst.: liber *heresque* necess. [Gaius coniunctione *atque* vix utitur nisi post *proinde* vel *aliter*. Itaque malim *idemque*.] 68) *ab ipso* Inst. *a viro* 69) Inst.: *adire* hereditat. pot., *quia non fit necessarius, cum utrumque ex domini testamento non consequitur.* 70) Inst. *fuerit* 71 et 72) Ex Inst. 73) Inst.: *liber, neque* heres 74) Vid. c. §. 1. I. 75) Ex Inst. 76) Inst.: iussu *eius* dom. *adire* heredit. d. 77) Ex Inst.; nisi quod ibi est: *ab eo* fuerit etc. 78) Ex Inst. 79) Inst. *adire* 80) *si* etc. Inst.: *at* si manumiss. e. *vivo testatore, vel mortuo* anteq. ad. 81) *intellegitur* etc. coni. Huschk. Sched.: *igitur* dies cretionis *cede*** Ed. 2.: igitur d. c. cede'*nt* 82) Vid. pr. I. de legat. 83) Inst. *omnino* 84) Inst. *potest* 85) In Cod. praecedere videntur alienius inscriptionis vestigia. Ad ipsam §. cf. Epit. II, 5, pr. 86) Cf. Epit. II, 5, §. 1. 87) Gaium ita fere scripsisse puto: Per vindicationem *legatum hoc modo relinquimus* verbi gratia: Hominem Stichum do, lego. sed si*ve alterutrum* verbum positum sit, velut: *Hominem Stichum do, per vin*dicationem legatum est: sive *aliis similibus verbis velut* ita legatum fuerit: sumito, *vel ita: sibi habeto, vel* ita: capito, aeque per vindicationem legatum est. Hollw. mavult: Per vindicat. *hoc modo legamus* verbi grat. etc. [Tum Heffl.: sed *et* si *alterutrum* verbum. In tertio membro possis: si ue*ro etiam aliis verbis.*] 88) Cf. Epit. II, 5, c. §. 1. et §. 3.

rii fit: et si eam rem le|gatarius vel ab herede, vel ab alio quocumque, qui eam possidet, | petat, vindicare debet, id est, intendere, 'rem suam' | ex iure Quiritium esse. §. 195. In eo *vero* dissentiunt prud'*entes. nam*[489] *Sabinus*' | quidem et Cassius ceterique nostri praeceptores | quod ita legatum sit, statim post aditam hereditatem pu|tant fieri legatarii, etiamsi ignoret, sibi legatum| esse dimissum: set[90] posteaquam scierit et — — — * | tum[91] perinde esse atque si legatum non esset. | Nerva vero et Proculus ceterique illius scholae au|ctores non aliter putant rem legatarii fieri, quam si volu|erit eam
104. ad se pertinere. Sed hodie ex divi Pii Antonini || con-
21b. stitutione hoc magis iure uti videmur[92], | quod Proculo placuit. nam cum legatus fuisset La|tinus *per* vindicationem coloniae, deliberent, | inqu*it*[93], Decuriones, an ad se velint pertinere, pro|inde ac si uni legatus esset. §. 196.[94] *Eae*[94*] autem solae res per vind|icationem leguntur recte, quae ex iure Quiritium ipsius testa|toris sunt. sed eas quidem, quae pondere, numero, | mensura constant, placuit sufficere si mor|tis tempore sint ex iure Quiritium testatoris, veluti vinum, | oleum, frumentum, pecuniam numeratam[95]. ce|teras res vero placuit utroquo tempore testato|ris ex iure Quiritium esse debere, id est, et quo fa|ceret testamentum, et quo moreretur: alioquin in|utile est legatum. §. 197. Sed sane hoc ita est iure civili. postea vero auctore | Nerone Caesare senatusconsultum factum est, quo cautum est, ut si | eam rem quisque legaverit, quae eius numquam fuerit, | perinde utile sit legatum, atque si optimo iure reli|ctum esset: optumum autem ius est per damnationem | legatum, quo genere etiam aliena res legari po|test, sicut inferius[96] apparebit. | §. 198. Sed si quis rem suam legaverit, deinde post testa|mentum factum eam alienaverit, plerique putant, non solum iure civili inutile esse legatum, sed nec | ex senatusconsulto confirmari. quod
105. ideo dictum || est, quia etsi per damnationem aliquis rem
15a. suam | legaverit eamque postea alienaverit, plerique | putant, licet ipso iure debeatur legatum, tamen legata|rium petentem per exceptionem doli mali repe*l*|li, quasi contra voluntatem defuncti petat. | §. 199.[97] Illud constat, si duobus pluribusve per vindicationem | eadem res legata sit, sive coniunctim, sive disiun|ctim, si omnes veniant ad legatum, partes ad sin|gulos pertinere, et deficientis portionem colle|gatario adcrescere. coniunctim autem ita le|gatur: TITIO ET SEIO HOMINEM STICHUM DO, LEGO; d*is*|iunctim ita: LUCIO TITIO HOMINEM STICHUM[98] DO, LEGO. SEIO | EUNDEM HOMINEM DO, LEGO. | §. 200. Illud quaeritur, quod sub condicione per vindicationem | legatum est, pendente condicione cuius esset. no|stri praeceptores heredis esse putant exemplo statulibe|ri, id est, eius servi, qui testamento sub aliqua con|dicione liber esse iussus est: quem constat interea he|redis servum esse. sed divers*ae* scholae aucto|res putant, nullius interim eam rem esse: quod mul|to magis dicunt de eo, quod sine condicione pure | legatum est, antequam legatarius admittat legatum. |

§. 201.[99] Per damnationem hoc modo legamus: HERES MEUS STICHUM[500] | SERVUM MEUM DARE DAMNAS ESTO. sed et si DATO || scriptum sit, per damnationem legatum 106.
est. §. 202. *Qu*|o genere legati etiam aliena res le- 15b.
gari potest, ita | ut her*e*s redimere et praestare, aut aestimationem eius | dare debeat[1]. §. 203.[2] Ea quoque res, quae in rerum natura non | est, si modo futura est, per damnationem legari potest[3], | velut fructus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex | illa ancilla natum erit. §. 204. Quod autem ita legatum est, | pos aditam hereditatem, etiamsi pure legatum est, non, ut | per vindicationem legatum, continuo legatario ad|quiritur, sed nihilominus heredis est. ideo legatarius | in personam agere debet, id est, intendere, heredem | sibi dare oportere: et tum heres (*rem*), si mancipi sit, | mancipio dare, aut in iure cedere, possessionem|que tradere debet; si nec mancipi sit, sufficit si tradi|derit. nam si mancipi rem tantum tradiderit, nec | mancipaverit, usucapione '*demum*' pleno iure fit le|gatarii: '*finiri*' autem *usu*capio'*nem iam supra*'[4] | diximus[5] mobilium quidem rerum anno, earum | vero, quae solo teneantur[6], biennio. §. 205.[7] Est et — — — | — — — — — — — — — — '*si eadem res*' du|obus pluribusve per damn*at*ionem lega|ta sit, si quidem coniunctim, plane singulis parte*s* | debentur — — — — — — — — — * *[8] '*si ve*'|ro
disiunctim, singulis solida res debe*tur*[9], || ut scilicet he- 107.
res alteri rem, alteri aestimationem | eius praestare de- 5b.
beat. et in coniunctis deficientis por|tio non ad collegatarium pertinet, sed in hereditate re|manet.

§. 206. Quod autem diximus, deficientis portionem (*in*) | per damnationem quidem legato in hereditate reti|ner*i*, in per vindicationem vero collegatario accre|scere, admonendi sumus, ante legem Papiam | iure civili ita fuisse: post legem vero Papiam de|ficientis portio caduca fit, et ad eos pertinet, qui in | eo testamento liberos habent. §. 207. Et quamvis prima cau|sa sit in caducis vindicandis heredum liberos | habentium, deinde, si heredes liberos non habe|ant, legatariorum liberos haben-

---

489) Lachm. mavult *quod* 90) Sched. *et* 91) Blum. coni.: et *repudiaverit*, tum 92) Cod. *uideuidemur* 93) E not. Ed. 2. 94) Cf. Epit. II, 5, e. §. 1. [94*) Cod. *ades* vel *adeo* ex quo Gösch. nimis operose fecerat *Tales*.] 95) Ita Cod. Ed. 2.: pecunia numerata 96) §. 202. 97) Cf. Epit. l. e. 98) Cod. *istichum* Cf. ad Comm. I. not. 474. 99) Cf. ad hanc §. et ad seq. Epit. II, 5, §. 2. 500) Cod. *isticū*. Cf. not. 498. 1) In Epit. l. c. post expressam hui. §. sententiam adiecta leguntur haec: *Sed si testator rem alienam quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest, et inutile est legatum. nam si sciens alienam esse, per legatum dederit, necesse est, ab herede aut ipsam rem, aut aestimationem rei in pretio legatario dari.* 2) Vid. §. 7. de legat. Cf. Epit. II, 5, §. 3. 3) *per damnat.* etc. Inst. *recte legatur* 4) §§. 42. 54. 5) *finiri* etc. coni. Hefft. Ed. 2.: '*finitur*' autem *usu*capio, '*ut supra quoque*' diximus 6) Ita Cod. Ed. 2.: tenentur Cf. supra §. 54. i. f. 7) Cf. Epit. II, 5, §§. 4. 5. 8) *Est* etc. Locus in Epit. (c. §. 4.) ita se habet: *Est et inter legatum vindicationis et damnationis ista similitudo, quod per legatum vindicationis sive damnationis, si coniunctim, id est duobus aut pluribus, una res in legato dimissa fuerit omnibus, in utroque legato simul ab omnibus praesumatur.* 9) Sched. *deueu****|?

tium; tamen ipsa | lege Papia significatur, ut collegatarius coniun|ctus, si liberos habeat, potior sit heredibus, etiam|si liberos habebunt. §. 208. Set plerisque placuit, quan|tum ad hoc ius, quod lege Papia coniunctis constituitur, | nihil interesse, utrum per vindicationem, an per damna|tionem legatum sit. |

§. 209.[510] Sinendi modo ita legamus: HERES MEUS[11] DAMNA|S ESTO SINERE, LUCIUM TITIUM HOMINEM STICHUM SUMERE SI|BIQUE HABERE. §. 210.[12] Quod genus legati plus quidem habet (*quam*) | per vindicationem legatum; minus autem, quam | per damnationem. nam eo modo
108. non solum suam rem || testator utiliter legare potest, sed
5a. etiam heredis sui: | cum alioquin per vindicationem nisi suam rem legare | non potest; per damnationem autem cuiuslibet extra|nei rem legare potest. | §. 211. Sed siquidem mortis testatoris tempore res[13] ipsi|us testatoris sit, vel heredis, plane utile legatum | est, etiamsi testamenti faciundi tempore neutri|us fuerit. §. 212.[14] Quodsi post mortem testatoris ea res he|redis esse coeperit, quaeritur, an utile sit legatum. | *et* plerique putant inutile esse. quid ergo est? licet | aliquis eam rem legaverit, quae neque eius *um*|quam fuerit, neque postea heredis eius umquam esse coeperit, | ex senatusconsulto Neroniano proinde videtur, ac si per damna|tionem relicta esset. | §. 213. Sicut autem per damnationem legata res non statim post a|ditam hereditatem legatarii efficitur, sed manet | heredis eousque, donec is heres tradendo, vel man|cipando, vel in iure cedendo legatarii eam fe|cerit; ita et in sinendi modo legato iuris est: et ide|o huius quoque legati nomine in personam actio | est, QUIDQUID HEREDEM EX TESTAMENTO DARE, FACE|RE OPORTET. | §. 214.[15] Sunt tamen, qui putant, ex hoc legato non videri obli|gatum heredem, ut mancipet, aut in iure ce-
109. dat, || aut tradat, sed sufficere, ut legatarium rem | su-
24a. mere patiatur; quia nihil ultra ei testator im|peravit, quam ut sinat, id est, patiatur, legatarium rem | sibi habere. §. 215. Maior illa dissensio in hoc legato in|tervenit, si eandem rem duobus pluribusve disiun|ctim elegasti[15*]. quidam putant, utrisque solidum de|beri, sicut per *damn*ationem[16]: nonnulli occupan|tis esse meliorem condicionem aestimant; quia, cum in | eo genere legati damnetur heres patientiam | praestare, ut legatarius rem habeat, sequitur, ut si pri|ori patientiam praestiterit et is rem sumpserit, se|curus sit adversus eum, qui postea legatum pe|tierit, quia neque habet rem, ut patiatur eam ab e|o sumi, neque dolo malo fecit, quominus eam rem habe|ret. |

§. 216.[17] Per praeceptionem hoc modo legamus[18]: LUCIUS TITIUS HO|MINEM STICHUM PRAECIPITO. §. 217. Sed nostri quidem | praeceptores nulli alii eo modo legari posse putant, | nisi ei, qui aliqua ex parte heres scriptus esset[19]: prae|cipere enim esse, praecipuum sumere; quod tantum in | eius persona[20] procedit, qui aliqua ex parte heres insti|tutus est, quod is[21] extra portionem hereditatis praecipiat | legatum, (*quod*) habiturus sit[22]. §. 218. Ideoque si extraneo le|gatum fuerit, inutile est legatum. adeo ut Sabinus || existimaverit, ne quidem ex *senatusconsulto* 110.
Neroniano pos|se convalescere: nam eo, inquit, senatus- 24b.
consulto ea tantum con|firmantur, quae verborum vitio iure civili non valent; | non quae propter ipsam personam legatarii non deberen|tur. sed Iuliano *et*[23] Sexto placuit, etiam hoc casu | ex senatusconsulto confirmari legatum: nam ex verbis etiam | hoc casu accidere, ut iure civili inutile sit legatum, *inde*[24] | manifestum es*se*[25], quod eidem aliis verbis recte lega|tur, velut *per* vindicationem[26], per damnationem, sinen|di modo: tunc autem vitio personae legatum non | valere, cum ei legatum sit, cui nullo modo lega|ri possit, velut peregrino, cum quo testamentifacti|o non sit; quo plane casu senatusconsulto locus non est. §. 219. Item no|stri praeceptores quod ita legatum est, nulla ratione putant | posse consequi eum, cui ita fuerit legatum, (*praeter*) qu|*am*[27] iudicio familiae erciscundae, quod inter here|des de hereditate erciscunda, id est, dividunda accipi | solet: officio enim iudicis id contineri, ut et quod per | praeceptionem legatum est, adiudicetur. §. 220. Unde intel|legimus, nihil aliud secundum nostrorum prae|ceptorum opinionem per praeceptionem legari pos|se nisi quod testatoris sit: nulla enim alia res, quam here|ditaria, deducitur in hoc iudicium. | itaque si non suam rem eo modo testator legaverit, || iure quidem civili inutile 111.
erit legatum; sed ex sena|tusconsulto confirmabitur. ali- 100a.
quo tamen casu etiam | alienam rem (*per*) praeceptionem legari posse fatentur: | veluti si quis eam rem legaverit, quam creditori fiduci|ae causa mancipio dederit; nam officio iudicis co|heredes cogi posse existimant, soluta pecunia | solvere[28] eam rem, ut possit *praecipere is*, cui ita lega|tum sit. §. 221. *Sed diversae scho*lae auctores putant, etiam extra|neo per praeceptionem legari posse proinde, ac si ita scri|batur: TITIUS HOMINEM STICHUM CAPITO; supervacuo adi|ecta PRAE syllaba[29]: ideoque per *vindicationem eam rem* | legatam videri. quae sententia dicitur divi Hadria|ni constitutione confirmata esse. §. 222. Secundum | hanc igitur opinionem, si ea res (*ex*) iure Quiritium defuncti fu|erit, *potest*[30] a legatario vindicari, sive is[31] unus ex heredi|bus sit, sive extraneus: et[32] si in bonis tantum testa|toris fuerit, extraneo quidem ex senatusconsulto utile erit | legatum,

---

510) Cf. Epit. II, 5, §. 6. 11) Cod.: meus *dare* 12) Cf. Epit. II, 5, §§. 3. 6. 13) Cod. Blumio teste habet *reru* 14) Cf. Epit. II, 5, §. 6. verb. *et alienam.* 15) Cf. Epit. II, 5, §. 6. [15*) Sic Schedae. Ed. 2.: legasti. Cf. not. 538.] 16) Cod. *uindica;nem* 17) Cf. ad hanc et ad seq. §. Epit. II, 5, §. 7. 18) Cod. *legatumus* 19) Sic ed. Heff. Cod. *ee*. i. e. esse. Ed. 2.: *est* 20) Sched. *psonam* 21) Cod. *his* 22) Sav. mavult: *praecipuum legatum habitur.* s. 23) Klenz. et Heff. ad Cod. lidem edider. *ex.* 24) Cod. *unde* 25) Cod. *ē* i. e. est 26) Cod. add. *et* 27) Cod. *quod* Ed. 2.: qu*am* Quae lectio cum ita demum consistere posset, si praecederet: nulla *alia* ratione, Lachmanno assentior existimanti vel *praeterquam* scribendum esse, vel *nisi.* 28) Lachm. suspicatur, Gaium scripsisse *luere.* Cf. L. 28. D. fam. hercisc. 29) Sched. *p̄* syllaba *p*(vel *r*) 30) Cod. *p'se*, vel *p'st* 31) Cod. *his* 32) Lachmanno auctore Cod. lectionem restitui, cum olim edidissem: set

heredi vero familiae herciscundae iu|dicis officio praestabitur:| quodsi nullo iure fuerit testatoris, tam heredi, quam extrane|o ex senatusconsulto utile erit[533]. §. 223.[34] Sive tamen heredibus, secundum no|strorum opinionem, sive etiam extraneis, secun|dum illorum opinionem, duobus pluribusve eadem | res coniunctim, aut disiunctim legata
112. fuerit, singul|*i* partes habere debent. |

100b. AD LEGEM FALCIDIAM. | §. 224. Sed ol*i*m quidem licebat, totum patrimonium lega|tis atque libertatibus erogare, neo quicquam heredi relinqu|ere praeterquam inane nomen heredis; idque lex XII tabularum permit|tere videbatur, qua cavetur, ut quod quisque de re sua | testatus esset, id ratum haberetur, his verbis: UTI LE|GASS*IT* SUAE RE*I*[35], ITA IUS ESTO. quare qui scripti heredes erant, | ab hereditate se abstinebant; et idcirco plerique| intestati moriebantur. §. 225. Itaque lata est lex Furia, qua, ex|ceptis personis quibusdam, ceteris plus mille as|*si*bus legatorum nomine mortisve causa capere per|missum non est. sed et haec lex non perfecit, quod voluit. | qui enim verbi gratia quinque millium aeris patri|monium habebat, poterat quinque hominibus sin|gulis millenos asses legando totum patrimoni|um erogare. §. 226. Ideo postea lata est lex Voconia, qua cau|tum est, ne cui plus legatorum nomine mortisve causa | capere liceret, quam heredes caperent. ex qua | lege plane quidem aliquid utique heredes habere vi|debantur; set tamen fere vitium simile nasceba|tur: nam in multas legatariorum personas distri|buto patrimonio, poterat adeo heredi minimum | relinquere (*testator*)[36], ut non expediret
113. heredi, huius lucri gra||tia totius hereditatis onera susti-
3a. nere. §. 227.[37] Lata est | itaque lex Falcidia, qua cautum est, ne plus legare[38] lice|at, quam dodrantem. itaque necesse est, ut heres quartam | partem hereditatis habeat. et hoc n*unc* iure[39] utimur. §. 228. In | libertatibus quoque dandis nimiam licentiam | conpescuit lex Furia Caninia, sicut in primo com|mentario[40] rettulimus. |

DE INUTILITER RELICTIS LEGATIS.[41] | §. 229.[42] Ante *h*eredis institutionem *in*utiliter legatur[43], | scilicet quia testamenta vim ex institutione | heredis[44] accipiunt, et ob id velut caput et[45] fundamen|tum intellegitur totius testamenti heredis insti|tutio. §. 230.[46] Pari ratio*ne* nec libertas ante heredis insti|tutionem dari potest[47]. §. 231. Nostri praeceptores nec tuto|rem eo loco dari posse existimant: set Labeo et Pro|culus tutorem posse dari (*putant*), quod nihil ex heredita|te erogatur tutoris datione. §. 232. Post mortem quoque | heredis inutiliter legatur; id est hoc modo: CUM HERES | MEUS MORTUUS ERIT DO, LEGO; aut: DATO. Ita autem re|cte legatur: CUM HERES MORI*E*TUR[48]: quia non post mortem | heredis relinquitur, sed ultimo vitae eius tem|pore. Rursum ita non potest legari: PRIDIE QUAM HERES MEUS MO|RIETUR. quod non pretiosa ratione[49] receptum videtur.||
§. 233. Eadem et de libertatibus dicta intellegemus. 114.
§. 234. Tutor | vero an post mortem heredis dari possit 3b.
quaerenti|bus eadem forsita*n* poterit esse quaestio, quae de (*eo*) agita|tur, qui ante heredum institutionem datur.| (*DE*) POENAE CAUSA RELICTIS LEGATIS.| §. 235.[50] Poenae quoque nomine inutiliter legatur[51]. poenae autem | nomine legari videtur, quod coercendi heredis cau|sa relinquitur, quo magis heres[52] aliquid faciat, aut | non faciat; velut quod ita legatur: SI HERES MEUS FILIAM SU|AM TITIO IN MATRIMONIUM COLLOCAVERIS[52*], X (*MILIA*) SEIO DA|TO; vel ita: SI FILIAM TITIO IN MATRIMONIUM NON COLLO|CAVERI*T*, X MILIA TITIO DATO. sed et si (*quis, si*) heres[53] verbi gratia in|tra biennium monumentum sibi non fecerit, X Ti|tio dari iusserit, poenae nomine legat*um* — * * *deni*|que[54] ex ipsa definitione multas similes species —|—[55] fingere possumus. §. 236. Nec libertas quidem poe*nae* | nomine dari potest; quamvis de ea re fueri*t* quaesi|tum. §. 237. De tutore vero nihil possumus quaerere, quia | non potest datione tutoris heres conpelli, quidquam facere, | aut non facere: ideoque nec datur poenae no*mine* | tutor; (*et si*[56]) datus fuerit, magis sub condicione, quam *poe*|nae nomine datus videbitur. | §. 238. Incertae personae legatum inutiliter relinquitur. incer|ta autem videtur persona, quam per incertam opinionem || animo suo testator subicit, vel*ut* 115.
si ita le|*g*atum sit: QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM VEN*E*RIT[57], 3a.
(*EI HERES*) | MEUS X (*MILIA*) DATO. idem iuris est si generaliter omnibus | legaveri*t*: QUICUMQUE AD FUNUS MEUM VENERI*N*T[58]. i*n* | *e*adem causa est, quod ita relinquitur: QUICUMQUE FILIO ME|O IN MATRIMONIUM FILIAM SUAM CONLOCAVERIT, EI | HERES MEUS X MILIA DATO. illud quoque in eadem cau|sa est, quod ita relinquitur: QUI POST TESTAMENTUM CON|SULES DESIGNATI ERUNT: (*nam*)[59] aeque incertis personis le|gari videtur. et denique aliae multae huiusmo|di species sunt. | Sub certa vero demonstratione incertae personae | recte legatur; velut: EX COGNATIS MEIS, QUI NUNC SUNT, | QUI PRIMUS AD FUNUS MEUM VENERIT, EI X MILIA HE|RES MEUS DATO. §. 239. Libertas quoque non videtur incer|tae personae dari posse,

533) Verb. *legatum* a Cod, alienum, quod hoc loco inserueram, Heff t. iure eiecit. 34) Cf. Epit. II, 5, e. §. 7. 35) Cod.: *legasset* suae *res* 36) Lachm. mavult, omisso verbo *testator*, legere: *poterant* a. h. m. r. 37) Cf. Epit. II, 6. 38) Cod.: *ei* legare Lachm. coni. *elegare* 39) Cod.: *n'* iure Ordo verbor. invertendus videtur. 40) §. 42. sq. 41) Cod. tam in principio, quam in fine hui. vers. siglam R exhibet, quae verb. *rubrica* significare videtur. 42) Vid. §. 34. I. de legat. 43) Inst.: inutiliter *antea legabatur* 44) Inst. *heredum* 45) Inst. *atque* 46) Vid. c. §. 34. I. 47) Inst. *poterat* 48) Cod. *moriatur* 49) *pretiosa ratione* Cf. Commentar. I. §. 190. 50) *Poenae — non faciat.* Vid. §. 36. I. t. e.

51) Inst.: inutiliter *legabatur et adimebatur vel transferebatur.* 52) Inst. *is* [52*) Ed. 2.: COLLOCAVERI*T*] 53) Sic ed. Klenz. Ed. 2.: et, si heres 54) Ed. 2.: *itaque* Heff t. ed.: legatum *videtur. denique* Huschk. coni.: legat. *erit et* deniq.; Lachm.: leg. *est et* d. 55) Huschk. coni. *ulterius*; Lachm. *proprias* Posterior coniectura ad ductus a Blumio notatos proxime accedit. 56) Lachm. add. *ita tutor* 57) Cod. *uenit* 58) Ita Huschk. Ed. 2.: omni*bus* legauerim, quicumque ad funus meum uenerint Cod.: ———— *uenerit* 59) Lachm. nullo inserto verbo opus esse censet. [Eadem anacoluthi species per duas apodoses est §. 215.: *maior illa dissensio intervenit, si —, non nulli existimant,* et III, 37.: *et illud convenienter dicitur, si —, sine re ha-*

quia lex Furia Caninia iubet | nominatim servos liberari.
§. 240. Tutor quoque cer|tus dari debet.| §. 241.[560] Po-
stumo quoque alieno inutiliter legatur[61]. *'est autem'*[62] |
alienus postumus, qui natus inter suos heredes | testato-
ri[63] futurus non est. ideoque ex emancipato *quo*|que[64]
filio conceptus nepos extraneus *'est postumus avo*[65]. *item*|
qui' in utero est eius, quae iure nostro non potest | esse
116. uxor[66], extraneus postumus patri contin||git. §. 242. Ac
13b. ne heres quidem potest institui postumus | alienus; est
enim incerta persona. §. 243. Cetera vero, quae | su-
pra diximus[67], ad legata proprie pertinent. quamquam
non | inmerito quibusdam placeat, poenae nomine he|re-
dem institui non posse: nihil enim interest, | utrum le-
gatum dare iubeatur heres, si fecerit ali|quid, aut non
fecerit, an coheres ei adiciatur; quia | tam heredis ad-
iectione, quam legati datione com|pellitur, ut aliquid
contra propositum suum faci|at. |
§. 244. An ei, qui in potestate sit eius, quem he-
redem insti|tuimus, recte legemus, quaeritur. Servius
recte lega|ri probat, sed evanescere legatum si, quo
tempore | dies legatorum cedere solet, adhuc in potestate
sit: ide|oque sive pure legatum sit et vivo testatore in
po|testate heredis esse desierit, sive sub condicione et
an|te condicionem id acciderit, deberi legatum. | Sabi-
nus et Cassius sub condicione recte legari, pu|re non
recte putant: licet enim vivo testatore pos|sit desinere
in potestate heredis esse, ideo tamen inu|tile legatum in-
tellegi oportere, quia quod nullas vi|res habiturum foret
si statim post testamentum | factum decessisset testator,
hoc ideo valere | quia vitam longius traxerit, absurdum
117. ess*et*. || diversae scholae auctores nec sub condicione re|-
103a. cte legari (*putant*); quia quos in potestate habemus, eis
non | magis sub condicione, quam pure debere possumus.
§. 245. Ex | diverso constat, ab eo, qui in potestate
(*tua*) est, herede in|stituto recte tibi legari: sed si tu
per eum heres ex|titeris, evanescere legatum, quia ipse
tibi legatum | debere non possis; si vero filius emanci-
patus, aut | servus manumissus erit, vel in alium trans-
latus, et | ipse heres extiterit, aut alium fecerit[68], deberi
le|gatum. |
§. 246.[69] Hinc transeamus ad fideicommissa.
§. 247. Et prius de he|reditatibus[70] videamus.
§. 248.[71] Inprimis igitur sciendum | est, opus esse, ut
aliquis heres recto iure[72] instituatur, | eiusque fidei com-
mittatur, ut eam heredita|tem alii restituat: alioquin in-
utile est testamentum, | in quo nemo recto iure[73] heres
instituitur. §. 249.[74] Verba | autem utilia fideicom-
missorum haec recte[75] maxime in usu esse | videntur:
PETO, ROGO, VOLO, FIDEICOMMITTO, quae pro|inde firma
singula sunt, atque si omnia in unum con|gesta sint.
§. 250.[76] Cum igitur scripserimus[77]: (*LUCIUS*)[78] TITIUS
HERES ESTO, | possumus adicere: ROGO TE, LUCI TITI, PE-
TOQUE A TE, UT[79], CUM PRIMUM | POSSIS HEREDITATEM MEAM
ADIRE[80], GAIO SEIO REDDAS, | RES*TI*TUAS. possumus autem
et de parte restituenda ro|gare[81]; et liberum est, vel
sub condicione, vel pure relinquere || fideicommissa, vel 118.
ex die certa[82]. §. 251.[83] Restituta autem | heredi- 103b.
tate is, qui restituit, nihilominus heres permanet[84], is |
vero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis loco |
est, aliquando legatarii[85]. §. 252. *Olim autem* nec
heredis loco erat, nec | legatarii, sed potius emptoris.
tunc enim in *usu* erat[86], | ei, cui restituebatur hereditas,
nummo uno eam he|reditatem dicis causa venire; et quae
stipulatio|nes inter (*venditorem hereditatis et emptorem
interponi solent, eaedem interponebantur inter*)[87] heredem
et eum, cui restituebatur heredi|tas, id est, hoc modo:
heres quidem stipulabatur ab e|o, cui restituebatur here-
ditas, ut quicquid heredi|tario nomine condemnatus fuis-
set, sive quid alias | bona fide dediss*e*t, eo nomine in-
de*m*nis esset, et omni|no si quis cum eo hereditario no-
mine ageret, u*t* re|cte defenderetur: ille vero, qui reci-
piebat heredi|tatem, invice*m* stipulabatur, ut si quid ex
heredi|tate ad heredem pervenisset, id sibi restitueretur;
ut | etiam pateretur, eum hereditarias actiones procura-
to|rio aut cognitorio nomine exequi. | §. 253.[88] Sed
posterioribus temporibus, Trebellio Maximo | et Annaeo
Seneca Consulibus, senatusconsultum factum est, quo
cautum est, | ut si cui[89] hereditas ex fideicommissi causa
restituta sit, actiones[90], | quae iure civili heredi et in
heredem competerent, (*ei*) | et in eum darentur, cui ex
fideicommisso restituta esset here|ditas. post quod sena-
tusconsultum desierunt illae cautiones in usu haberi. ||
Praetor enim utiles[91] actiones ei et in eum, qui recepit| 119.
hereditatem, quasi heredi et in heredem dare coepit: | 98a.
eaeque in edicto proponuntur. [92]§. 254. Sed rursus
quia he|redes scripti, cum aut totam hereditatem, aut

---

bebit b. p.] 560) *Postumo — avo.* Vid. §. 26. I. t. c. 61) Inst. *legabatur* 62) Ex Inst. 63) Inst. *testatoris* 64) *quoque* abest ab Inst. 65) *est* etc. Ita Huschk. Ed. 2. haec verba non habet. Extant in Inst., nisi quod ibi *erat* legitur. 66) *item* etc. In contexto Ed. 2. leguntur sola verba *est eius* et *uxor*. Quae nunc supplevi, maximam partem coni. Hollw. 67) §§. 229. 232. 235. 68) Ed. 2.: a. al. (*heredem*) fec. Hefft. verb. *heredem* recte expunxit. cf. L. 40. D. de hered. instit. 69) §§. 246. 247. Vid. pr. I. de fideicomm. heredit.: *Nunc* transeamus etc. 70) Inst. add. *fideicommissariis* 71) Vid. §. 2. I. t. c. Cf. Epit. II, 7, pr. 72) Inst.: aliq. *rect. iur. testamento* her. 73) *recto iure* om. Inst. 74) Vid. §. ult. I. de singul. reb. p. fideicomm. relict.: Verba *aut. fideicomm. haec max.* i. u. *habentur:* p., r., v., *mando*, iid. *tuae* comm. quae *perinde sing.* firm. s., a. s. o. i. u. c. *essent.* 75) Lachm. verb. *recte* aut delendum, aut in *fere* commutandum arbitratur.
76) Vid. c. §. 2. I. de fideicomm. heredit. 77) Inst. *aliquis scripserit*; et mox *poterit* 78) Hefft. Lucii nomen non addidit. Habent illud Inst. 79) *petoque* etc. om. Inst. 80) Inst. add. *eam* 81) Inst. *potest* autem *quisque* et d. p. rest. *heredem* rog. 82) Inst. *vel pure*, vel sub condic. rel. *fideicommissum*, v. e. d. *certo.* 83) Vid. §. 3. I. t. c. 84) Ed. 2.: manet Male; nam in Sched. notatam invenio litteram *p* verbo *manet* supra lineam praescriptam.
85) Inst.: aliquando heredis, *aliquando legatarii* loco *habebatur.* 86) *in usu erat* Cod. *insuerat*; et sic ed. Hefft. 87) Haec similiave excidisse manifestum est. Cf. §§. 254. 257. 88) Vid. §. 4. I. t. c. *Et in Neronis quidem tempore — dare coepit.* 89) Sched. *ei* cui, Inst. *si* 90) Inst. *omnes* act. 91) Inst. post quod *senatusc. Praetor utiles* 92) §§. 254...258.

pae|ne totam plerumque restituere rogabantur, | adire hereditatem ob nullum, aut minimum lucrum | recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa [593], Pega|so et Pusione (*Consulibus*) senatus censuit, ut ei, qui rogatus | esset hereditatem restituere, perinde liceret, quar|tam partem retinere [94], atque e lege Falcidia in lega|tis retinere [95] conceditur. ex singulis quoque | rebus, quae per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permis|sa est. per [96] quod senatusconsultum ipse (*heres*) onera hereditaria sustinet [97]: ille autem, | qui ex fideicommisso reliquam partem hereditatis recipit [98], lega|tarii partiarii loco est [99], id est, eius legatarii, cui pars bo|norum legatur; quae species legati partitio voca|tur, quia cum herede legatarius partitur here|ditatem. | unde effectum est, ut quae solent [600] stipulationes in|ter heredem et partiarium legatarium interponi, | eaedem interponantur inter eum, qui ex fideicommissi causa reci|pi*t* [1] hereditatem, et heredem, id est, ut et lucrum et da|mnum hereditarium pro rata parte inter eos com|mune sit. §. 255. Ergo
120. siquidem non plus, qua*m* dodrantem || hereditatis scriptus
98b. heres rogatus sit restituere, tum [2] | ex Trebelliano senatusconsulto restituitur [3] hereditas, et in utrumque | actiones hereditariae pro rata parte dantur, in here|dem quidem iure civili, in eum vero, qui recipit [4] | hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano. quamquam heres etiam pro | ea parte, quam restituit, heres permanet, eique et in | eum solidae actiones competunt: sed non ulte|rius oneratur, nec ulterius illi dantur actiones, qu|am apud eum commodum hereditatis remanet [5].| §. 256. At si quis [6] plus quam dodrantem, vel etiam totam he|reditatem restituere rogatus sit, locus est [7] Pe|gasiano senatusconsulto. §. 257. Sed is [8], qui semel adierit hereditatem, | si modo sua voluntate adierit, sive retinuerit | quartam partem, sive noluerit retinere, ipse | universa onera hereditaria sustinet [9]: set | quarta quidem retenta, quasi partis et pro par|te stipulationes interponi debent, tamquam inter parti|ar*ium* legatarium et heredem; si vero totam he|reditatem restituerit, ad exemplum [10] emptae et| venditae hereditatis stipulationes interponen|dae sunt [11]. §. 258. Set si recuset scriptus heres adire he|reditatem ob id, quod dicat, eam sibi suspectam es|se quasi damnosam, cavetur *Peg*asiano [12] senatusconsulto, ut de|si-
121. derante eo, cui restituere rogatus est, iussu || Praetoris
14a. adeat et restituat [13], perindeque ei et in eum, | qui receperit [14], actiones dentur, ac iuris est ex | senatusconsulto Trebelliano [15]. quo casu nullis stipulationibus | opus est, quia simul et huic, qui restituit, securi|tas datur, et actiones hereditariae ei et in eum trans|feruntur, qui receperit hereditatem [16]. §. 259. [17] Nihil autem in|terest, utrum aliquis ex asse heres institutus | aut totam hereditatem, aut pro parte restituere ro|getur [18], an ex parte heres institutus aut totam | eam partem, aut partis partem restituere ro|getur: nam et hoc casu de quarta parte eius par|tis ratio ex Pegas*ia*no senatusconsulto haberi solet [19]. |

§. 260. [20] Potest autem quisque etiam res singulas [21] per fideicommissum | relinquere, velut fundum, hominem, ves*tem*, | argentum, pecuniam [22]; et vel ipsum heredem ro|gare, ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis a le|gatario legari non possit. §. 261. [23] Item potest non solum pro|pria testatoris res per fideicommissum relinqui, sed etiam [24] here|dis, aut legatarii [25], aut cuiuslibet alterius. itaque | et legatarius [26] non solum de ea re rogari potest, ut eam | alicui restituat, quae ei legata [27] sit, sed etiam de ali|a, sive ipsius legatarii, sive aliena sit. sed [28] hoc solum | observandum est, ne plus quisquam rogetur alicui | restituere, quam ipse ex testamento ce*per*it. nam||
quod amplius est, inutiliter relinquitur.| §. 262. [29] Cum 122.
autem aliena res per fideicommissum relinquitur, necesse 14b.
est | ei, qui rogatus est, aut ips*am* redimere et praestare.| aut aestimationem ⁽*eius*⁾ solvere [30]; *sicut iuris* ⁽*est*⁾ *si* | per damnationem aliena res legata sit. | sunt tamen, qui putant, si rem per fideicommissum relictam do|minus non vendat, extingui fideicommissum; sed aliam esse causam per | damnationem legati.

§. 263. [31] Libertas quoque servo per fideicommissum | dari potest, ut vel heres [31*] rogetur manumittere, vel lega|tarius [32]. §. 264. ⁽*Nec interest, utrum de suo proprio servo testator*⁾ [33] | roget, an de eo, qui ipsius heredis ⁽*aut lega*⁾tarii, vel | etiam extranei sit. §. 265. [34] Itaque et alienus servus redimi | et manumitti debet. quod⁽*si dominus eum non ven*⁾|dat [35], sane ⁽*extinguitur libertas, quia pro libertate pre*⁾|tii computatio nulla intervenit. §. 266. [36] Qui autem ex fideicommisso [37] | manumittitur, non testatoris fit ⁽*libertus, etiamsi te*⁾|statoris ⁽*servus sit, sed eius, qui manumit*⁾|tit [38]. §. 267. [39] At qui directo

---

Vid. §§. 5. 6. I. t. c. *Sed quia h. scr.* etc. 593) Inst. add. *postea Vespasiani Augusti temporibus* 94) Cf. Epit. II, 7, pr. 95) Cod. *retinendis* 96) Inst. *post* 97) Inst. *sustinebat* 98) Inst.: ex fid. *recepit part. hered.* 99) Inst. *erat*; et mox *legabatur, vocabatur, partiebatur.* 600) Inst.: unde *quae solebant*; et mox *interponebantur.* 1) Inst.: qui ex *fideicommisso recepit* 2) Inst. *tunc* 3) Inst. *restituebatur*; et mox *dabantur, recipiebat.* [4) Ed. 2.: recepit errore typographi.] 5) *quamquam heres — hered. remanet.* Inst. *tamquam in heredem.* 6) *quis* deest in Inst. 7) Inst. *erat* 8) *Set is* Inst. *et heres* 9) Inst. *sustinebat*; et mox *interponebantur* 10) *ad exemplum* deest in Inst. 11) Inst. *interponebantur* 12) Cod. *casiano* 13) Inst.: restituat *hereditatem* 14) Inst.: qui *recepit hereditatem* 15) Inst.: ac *si* i. e. ex *Trebell.* s. c. 16) Inst.: qui *recepit* hered., *utroque senatusconsulto in hac specie concurrente.* 17) Vid. §. 8. I. t. c. 18) Inst. *rogatur.* sic et infra. 19) Inst.: nam et h. c. *eadem observari praecipimus, quae in totius hereditatis restitutione diximus.* 20) Vid. pr. I. de sing. reb. p. fid. rel. *Potest — pecuniam.* Cf. Epit. II, 7, §. 1. *vel legatar.* etc. Cf. Epit. II, 7, §. 3. 21) Inst. *quis* etiam *singulas* res 22) Inst.: pecuniam *numeratam* 23) Vid. §. 1. I. t. c. Cf. Epit. II, 7, §§. 4. 5. 24) Inst. *Potest autem* non sol. *proprias testator* r. p. f. *relinquere, sed et* 25) Inst. add. *aut fideicommissarii* 26) Inst.: legat. *et fideicommissarius* 27) Inst. *relicta* 28) Verba *legatarii* et *sed* desunt in Inst. 29) *Cum — solvere.* Vid. c. §. 1. I. t. c. Cf. Epit. II, 7, §. 6. 30) *sicut — legata sit.* Cf. Epit. l. c. 31) §§. 263. 264. Vid. §. 2. I. t. c. Cf. Epit. II, 7, §. 7. 31*) Inst.: ut *heres eum* 32) In Inst. add. *vel fideicommissarius* 33) Ex Inst. 34) Cf. Epit. II, 7, c. §. 7. *Itaque - vendat.* Vid. c. §. 2. I. t. c. 35) Ex Inst. 36) Vid. c. §. 2. I. t. c. Cf. Epit. II, 7, c. §. 7. 37) Inst.: ex *fideicommissi causa* 38) Ex Inst. 39) Vid. c. §. 2. I. t. c.: At *is* qui

testamento liber esse iubetur, *vel*|ut hoc *modo*: ST'*ICHUS SERVUS MEUS LIBER ESTO*, *vel STICHUM*' | SER'*VUM MEUM LIBERUM ESSE IUBEO*, *is*[40] *ipsius testa*'|toris fit libertus. Nec alius ullus[41] directo ex testamento | libertatem habere potest, quam qui utroque tempore | testatoris '*ex iure Quiritium fuerit, et quo faceret*'[42] | testamentum, et quo moreretur. ||

123. ———————— ✝. 2. ————————[43]|

8a. §. 268. Multum autem diff*erunt* quae per fideicommissum rel*inquun*|tur, ab his, qu*ae* directo iure leg*a*ntur. §. 269. Nam ecce per fideicommissum * — | ** heredis relinqui potest: cum alioquin legatum nisi testamento * — — inutile sit[44]. | §. 270. Item intestat*us* moriturus potest ab eo, ad quem bo|na eius pertinent, f*ideicommissum* alicui relinquere: cum alioquin | ab eo legare non possit. [45]'*Item legatum co*'*dicillis*[46] reli|*ctum* non aliter valet, quam si a testatore confir|mati fuerint, id est, nisi in testamento cav*erit* | testator, ut quidquid in codicillis scripserit, id ra|tum sit: fideicommissum vero etiam non confirmatis codicillis | relinqui potest. §. 271. Item a legatario legari non potest: sed | fideicommissum relinqui potest. quin etiam ab eo quoque, cui per | fideicommissum relinquimus, rursus alii per fideicommissum relinquere pos|sumus. §. 272. Item servo alieno directo libertas dari non | potest: sed per fideicommissum potest. | §. 273. Item codicillis nemo heres institui potest, neque exhere|dari, quamvis testamento confirmati sint. at | hic, qui testamento heres institutus est, potest codi|cillis rogari, ut eam hereditatem alii totam, vel ex| parte restituat, quamvis testamento codicilli confir|mati

124. non sint. || §. 274. Item mulier, quae ab eo, qui cen-

8b. tum milia aeris census | est, per legem Voconiam heres institui non potest, ta|men fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest. | §. 275. Latini quoque, qui hereditates legataque directo | iure lege Iunia capere prohibentur, ex fideicommisso capere pos|sunt. §. 276. Item cum senatusconsulto prohibitum | sit, proprium servum minorem annis XXX libe|rum et heredem instituere, plerisque placet, pos|se nos iubere liberum esse cum annorum XXX | erit, et rogare, ut tunc illi restituatur hereditas. | §. 277. [47] Item quamvis non (*possimus*) post mortem eius, qui nobis he|res exstiterit, alium in locum eius heredem insti|tuere, tamen possumus eum rogare, ut, cum morietur, | alii eam hereditatem totam, vel ex parte restituat. | et quia post mortem quoque heredis fideicommissum dari | potest, idem efficere possumus et si ita scripse|rimus: CUM TITIUS HERES MEUS MORTUUS ERIT, VOLO HE|REDITATEM MEAM AD PUBLIUM MAEVIUM PERTINERE. utroque | autem modo, tam hoc, quam illo, Titium heredem *nostrum* | obligatum relinqui*mus*[48] de fideicommisso restituendo. | §. 278. Praeterea legata (*per*) formulam petimus: fideicommissa vero Romae | quidem aput Consulem, vel aput eum Praetorem, qui | praecipue *de* fideicommissis ius dicit, persequimur; in provinciis ve|ro aput Praesidem provinciae. §. 279. Item de fideicommissis semper || in urbe ius dicitur: de 125.

legatis vero, cum res aguntur. | §. 280. [49] Fidei- 101a.

commissorum usurae et fructus debentur, si modo moram| solutionis fecerit, qui fideicommissum debebit: legatorum| vero usurae non debentur; idque rescripto divi | Hadriani significatur. scio tamen Iuliano placuis|se, in eo legato, quod sinendi modo relinquitur, idem | iuris esse, quod in fideicommissis: quam sententiam et his tempo|ribus magis optinere video. | §. 281. Item legata graece scripta non valent: fideicommissa vero valent. | §. 282. Item si legatum per damnationem relictum heres | infit*ie*tur, in duplum cum eo agitur: fideicommissi vero no|mine semper in simplum persecutio est. §. 283. Item (*quod*) quis|que ex fideicommisso plus debito per errorem solverit, re|petere potest: at id, quod ex causa falsa per damna|tionem legati plus debito solutum sit, repeti non | potest. idem scilicet iur*is* est de eo legato[50], quod non | debitum vel ex hac, vel ex illa causa per errorem so|lutum fuerit. |

§. 284. Erant etiam aliae differentiae, quae nunc non | sunt. §. 285. Ut ecce peregrini poterant fide*i*commis|sa *capere*: et fere haec fuit origo fide*i*com|mis*sorum*[51]. sed postea id prohibitum est; et nunc ex orati|one divi Hadriani senatusconsultu*m* factum | est, ut ea fide*i*commissa[52] fisco vindicarentur. §. 286. Caelibes || quoque, qui per legem Iuliam hereditates lega|ta- 126.

que capere prohibentur, olim fideicommissa | videbantur 101b.

capere posse. Item orbi, qui per legem Pa|piam ob id, quod liberos non habent[53], dimidias partes | hereditatum legatorumque perdunt, olim soli|da fideicommissa videbantur capere posse. Sed | postea senatusconsulto Pegasiano perinde fide*i*commissa quo|que, ac legat*a*[54] hereditatesque capere posse | prohibiti sunt. eaque translata sunt ad eos, qui testamen|to liberos habent, aut si nullos[55] liberos habeb*unt*, | ad populum, sicuti iuris est in legatis et in heredi|tatibus[56]. §. 287. Eadem aut simil*i* ex causa autem olim in|certae personae, vel postumo alieno per fideicommissum relinqui | poterat, quamvis neque heres institui, neque lega|ri ei possit. sed senatusconsulto, quod auctore divo Hadriano factum | est, idem in fideicommissis, quod in legatis hereditati-

---

640) *is* om. Inst. [41) *ullus* om. Ed. 2., errore typographi.] 42) Ex Inst., nisi quod ibi y. *ex iure Quiritium* non leguntur. [43) Loco primi et secundi versus paginae Blumius sibi has maiores litteras conspicere visus est, *R ca*, i. e. Rubrica.] §. 268. Cf. Epit. II, 7, §. 8. [44) *nisi testamento* om. Ed. 2. Puto Gaium scripsisse: Nam e. p. fideic. *etiam nutu* heredit*as* rel. potest, c. alioq. leg. nisi test. *datum* (vel *relictū*) inut. sit. Gösch. nimis audacter temtabat: N. e. per fid. *etiam post mortem* heredis rel. pot., c. al. legatum *post mortem heredis relictum* inut. sit.] 45) *item leg.* — §. 273. Cf. Epit. II, 7, c. §. 8. [46) Ed. 2.: cum alioquin *legatum nisi testamento facto inutile sit. codicillis enim* Scilicet Gösch. ignorabat Blumium in Cod. legisse *ab eo legari non possit*| 47) Cf. Epit. II, 7, c. §. 8. 48) Cod.: heredem *rū* oblig. *relinquitur* 49) Cf. Epit. II, 7, c. §. 8. 50) Voc. *legato* delendam censet Sav. [Malim *de erogato*.] 51) Cod.: poteraut *fidemcommirsam facere et ferre hac* f. or. *fidecommissa* 52) [Cod. *fidecommissa*. sic et paulo post.] 53) Cod. *habebant* 54) Cod. *legatum* 55) Sav. mavult *nulli*. [Cum in Cod. sit *habebint*, verius fuerit; si *nullus* lib. *habebit*.] 56) Cod. *hereditatibusque*

bus|que, constitutum est. §. 288. Item poenae nomine iam non | dubitatur, nec per fideicommissum quidem relinqui posse.

§. 289. Sed quam|vis in mult*is* iuris partibus longe latior causa sit | fideicommissorum, quam eorum, quae directo relincuntur; in quibus*dam* | tantundem vale*ant*[657]: tamen tutor non aliter testa|mento dari potest, quam directo, veluti hoc modo: LIBERIS | MEIS TITIUS TUTOR ESTO. vel ita: LIBERIS MEIS TITIUM | TUTOREM DO: per fideicommissum vero dari[58] non potest.

GAII INSTITVTIONVM

COMMENTARIVS TERTIVS.

---

[1](§. 1. *Intestatorum hereditates lege*[2] *XII tabularum primum ad suos heredes pertinent.* §. 2. *Sui autem heredes existimantur*[3] *liberi, qui in potestate morientis fuerint*[4], *veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio*[5], *pronepos proneptisve ex nepote*[6] *filio nato prognatus prognatave. nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi*[7]. *ita demum tamen nepos neptisve et pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, sive morte id acciderit*[8], *sive alia ratione, veluti emancipatione. nam si per id tempus, quo quis*[9] *moritur*[10], *filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest. idem*[11] *et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intellegemus*[12]. §. 3. *Uxor quoque, quae in manu*[13] *est, sua heres est, quia filiae loco est. item nurus, quae in filii manu est; nam et haec neptis loco est. sed ita demum erit sua heres, si*[14] *filius, cuius in manu erit, cum pater moritur, in potestate eius non sit. idemque dicemus*[15] *et de ea, quae in*[16] *nepotis manu matrimonii causa sit, quia*[17] *proneptis loco est.* §. 4.[18] *Postumi quoque, qui*[19] *si vivo parente nati essent, in potestate eius*[20] *futuri forent, sui heredes sunt.* §. 5. *Idem iuris est de his, quorum nomine*[21] *ex lege Aelia Sentia, vel ex senatusconsulto post)* || mortem patris causa probatur. nam et hi, vivo 127. patre[22] | causa probata, in potestate eius futuri essent. 76a. t. s. §. 6. Quod eti|am[23] de eo filio, qui ex prima secundave mancipa|tione post mortem patris manumittitur, *in*|tellegemus. | §. 7.[24] Igitur[25] cum filius filiave et ex altero filio nepo|tes neptesve[26] extant[27], pariter ad hereditatem vocantur; | nec qui gradu proximior[28] est, ulteriorem exclu|dit. aequum enim videbatur[29], nepotes neptesve | in patris sui locum portionemque[30] succedere. | pari ratione et si nepos neptisve sit ex filio et | ex nepote pronepos *proneptisve*, simul omnes vo|cantur ad hereditatem[31]. §. 8. Et quia placebat[32], nepotes nepteslve, item pronepotes proneptesve in parentis[33] | sui locum succedere, conveniens esse visum | est, non in capita, sed (*in*)[34] stirpes hereditates dividi. ita[35] | ut

---

657) Cod. *ualent* 58) Cod. *dari* uero

1) §. 1—17. Vid. Lex Dei, Tit. XVI. §. 2, unde supplementa tantum non omnia petita sunt. Primum huius Commentarii folium deperditum est. §§. 1. 2. Vid. §§. 1. 2. I. de hered. q. ab intest. defer. Cf. Epit. II, 8, pr. Ea quae continentur pr. I. t. c. in contextum recipere dubitavi. 2) Inst.: Intest. *autem* hered. *ex* lege 3) Inst. add. *ut et supra diximus.* 4) Inst. *fuerunt* 5) *ex filio* Inst., om. LD. 6) Inst.: ex nepote *ex* 7) *nec interest* etc. Sic Inst., ubi tamen quae sequuntur a Gaio aliena sunt. LD.: nec *interesse nat.* lib. an adopt. 8) *in potestate* etc. Haec om. LD. 9) LD.: per *idem* tempus quo *quisque* 10) *moritur* Inst. Ital., *moriatur* Schrad. *morietur* vel *moriatur* LD. 11) Inst. *Idque* [12) Ed. 2., item LD. et Inst. *intellegimus.*] 13) LD.: manu *eius* est (vel *estis*, vel *est in*). [His siquid subest, debet esse: q. in m. *erit, quasi* sua h. e., ut II, 139.] 14) *si* om. codd. LD., qui et paulo post non habent *erit*, sed *eius.* 15) [Ed. 2. et LD. *dicimus.*] 16) *in* om. codd. LD.; unus habet *de.* 17) *quia.* Duo codd. LD. *quae a*: tertius omittit. 18) Vid. c. §. 2. I. t. c. 19) *qui* Inst., om. LD. 20) *eius* om. Inst. Tum *futuris* LD. 21) *nomina* LD. 22) Verba *causa probatur* etc. in LD. desiderantur. 23) *Quod etiam* LD. *et*, item mox *secundaque* et *intellegimus.* 24) §§. 7. 8. Vid. §. 6. I. t. c. Cf. Epit. II, 8, §. 2. 25) *Igitur* neque in LD. neque in Inst. legitur. 26) Inst. *nepos neptisve.* 27) LD. *existent* 28) LD. *gradum proprio.* 29) LD. *videtur*, Inst. *esse videtur.* 30) *portionemque* om. Inst. 31) In LD. et Inst. v. *omnes* et *ad hereditatem* omissa sunt. 32) Inst. *placuit.* 33) LD. *patris* 34) Ex LD. et Inst. 35) *ita* in LD. et Inst. deest.

filius partem dimidiam[36] hereditatis ferat, et[37] ex al|tero
filio duo pluresve nepotes alteram dimi|diam: item si ex
duobus filiis nep*otes* extent[38], | et ex altero filio unus
forte vel duo, ex altero | tres aut quattuor, ad unum aut
ad duos dimi|dia pars pertineat, et ad tres aut quattuor[39]
al|tera dimidia. |

[40]§. 9. Si nul'*lus sit*' suorum heredum, tunc he-
128. reditas p*ertinet*|| ex[41] eadem lege XII tabularum ad *ad-*
76b. gnatos. §. 10. '*Vocantur autem*' | adgnati,
t. s. qui legitima cognatione iuncti sunt. legiti|ma autem co-
gnatio est ea[42], quae per virilis sexus persona|'*s con-*
iungitur. [43]*itaque eodem patre nati*'[44] fratres, agna|*ti*
sib'*i sunt, qui etiam consanguinei*' vocantur: nec re|qui-
ritur, an '*etiam matrem eandem*[45] *habuerint*'. | item pa-
truus fratris filio, et invicem '*is illi a*'gna|tus est. eodem
numero s'*unt fratres*' patrueles '*in*|*ter se*[46], *id est*', qui ex
duobus f'*ratribus progene*'rati sunt, qu|*os* pleriq'*ue etiam*
consobrinos vocant. qua ratione scilicet etiam ad plures
gradus agnationis pervenire poterimus'. §. 11.[47] '*Non*
tamen omnibus simul agna'tis d*at* | lex XII tabularum he-
reditatem, sed his, q'*ui tunc, cum certum est*[48], *aliquem*
intestato[49] *decessisse, proximo*' gra|du sunt. §. 12. Nec
in eo iure successio '*est. ideoque si a*'|gnatus proximus
heredita*tem* omiserit, '*vel antequam adierit*'[49*] de|cesserit,
sequentibus nihil iuris ex '*lege com*'pe|tit. §. 13. Ideo
autem non mortis tempore '*quis proximus sit*[50] *requirimus,*
sed eo' tempore, '*quo certum fuerit, aliquem intestatum*
decessisse, quia si quis testamento fa'|cto decesserit, melius
esse visum est, tunc ex iis[51] requi|ri proximum, cum
certum esse coeperit, neminem | ex eo testamento fore
heredem[52]. | §. 14. Quod ad feminas tamen attinet,
129. in[53] hoc iure aliud in || ipsarum hereditatibus capiendis
106a. placuit, aliud in | ceterorum bonis ab his capiendis. nam
feminarum | *heredita*tes perinde ad nos agnationis iure
redeunt, | atque masculorum: nostrae vero hereditates
ad feminas ultra | consanguineorum gradum non pertinent.
itaque soror | fratri sororive legitima heres est; amita
vero et fra|*tris* filia legitima[54] heres esse (*non potest.*
sororis autem nobis loco est) etiam mater aut noverca,
quae | per in manum conventionem aput patrem nostrum|
iura filiae consec*u*ta est. §. 15. Si ei, qui defunctus|
erit, *sit*[55] frater et alterius fratris filius, sicut ex su|pe-
rioribus[56] intellegitur, frater prior est, quia gra|du prae-
cedit. sed alia facta est iuris interpretatio inter | suos
heredes. §. 16. Quodsi defuncti nullus frater extet,
(*sed*) | sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas
perti|net: sed quaesitum est, si dispari forte numero sint|
nati, ut ex uno unus vel duo, ex altero tres vel quat|-
tuor[57], utrum in stirpes dividenda sit hereditas, sicut in|-
ter suos heredes iuris est, an potius in capita. ia*m* 'du-
dum | tamen[58] placuit, in capita dividendam esse here-
ditatem. itaque | quotquot erunt ab utraque parte per-
sonae, in tot portiones | hereditas dividetur, ita ut sin-
guli singulas portiones | ferant. |

§. 17. Si nullus agnatus sit, eadem le*x* XII tabula-
rum gentiles ad | hereditatem vocat. qui sint autem gen-
tiles, primo com||mentario rettulimus. et[59] cum illic ad- 130.
monuerimus, | totum gentilic*ium* ius in desuetudinem 106b.
abisse, super|vacuum est hoc quoque loco, de ea re[60]
curiosius | tractare.

§. 18. Hactenus lege XII tabularum finitae | sunt
intestatorum hereditates: quod ius quemadmo|dum stri-
ctum fuerit, palam est intellegere. §. 19. Statim |
enim emancipati liberi nullum ius in hereditatem paren|-
tis ex ea lege habent, cum desierint sui heredes esse.
§. 20. Idem | iuris est si ideo liberi non sint in pote-
state patris, | quia sint cum eo civitate Romana donati,
nec ab Impera|tore in potestatem redacti fuerint. §. 21. I-
tem agnati capite deminuti | non admittuntur ex ea lege
ad hereditatem, quia nomen a|gnationis capitis deminu-
tione perimitur. §. 22. Item pro|ximo agnato non ad-
eunte hereditatem[61], nihilo magis sequ|ens iure legitimo
admittitur. §. 23. Item feminae agnat*ae*, | quaecum-
que consanguineorum gradum excedunt, | nihil iuris ex
lege habent. §. 24. Similiter non admittuntur |
cognati, qui per feminini sexus personas necessitu|dine
iunguntur. adeo quidem, ut nec inter matrem | et filium
filiamve ultro citroque hereditatis capi|endae ius compe-
tat, praeterquam si per in manum conventio|nem consan-
guinitatis iura inter eos constiterint. | |

§. 25. Sed hae iuris iniquitates edicto Praetoris
emendatae || sunt. §. 26. Nam *liberos*[62] omnes, qui 131.
121d.

---

36) LD. *dimidiam partem.* 37) Inst. *habeat et,* LD. *fruat* vel *fuerat.* 38) Inst. *extant.* tum *et* om. Inst. et LD., mox *filio* om. Inst., quae habent *aut duo. duo* om. LD. 39) Inst. *pertinet, ad* tres aut *ad* quattuor. Haec omnia, item proxima *ad un. a. ad d. dim. pars,* om. LD.
40) §§. 9. 10. Cf. Epit. II, 8, §. 3. Huic articulo in LD. rubricae loco praemittuntur v. *De agnatis.* 41) *ex et* vel *et ex* LD. 42) *est ea* LD. *hoc est.* Eadem mox *virili sexu persona* vel *persone* 43) Vid. §. 1. I. de legit. agn. succ. [44) Sic Inst. et LD. codex Vindob. Sed Pithoeanus habet: itaque eod. *pater* nati *sunt.* Unde Gösch. dedit *itaque qui e. p. n. sunt*] Mox pro *sibi* LD. *visi,* Inst. *et* pro *etiam.*
45) Inst.: an etiam *eandem matrem,* LD. *an matre eadem* 46) *inter se* om. Inst. Eaedem mox *procreati.*
47) Vid. c. §. 1. I. t. c. Cf. Epit. II, 8, §. 4. Sed Inst. omittunt v. *XII tabularum* et inverso verborum ordine habent *proximiore gradu.* 48) LD.: qui *tunc certum est,* Inst.: qui *cum* certum *esse coeperit.* 49) Inst. *intestatum.* 49*) LD.: ideoque si *heredes* (vel *heredem*) *proximos omiserit* vel antequam *hereditatem* adierit. 50) *sit* LD. *erit,* et postea *intestamentum decess. quam* si quis. 51) *ex iis* om. LD., quae mox habet *ex testamento heredem fore.* 52) §. 14 ... 16. Cf. Epit. II, 8, §§. 5. 6. 53) LD. om. *in* Eadem mox habet *placet*, tum omittit *bonis* Post eadem *nam et feminarum,* deinde om. *ad nos.* 54) *legitima* om. LD. Eadem paulo post *ius* filiae *cuncta* (vel *iuncta*) est. In his *concta* Codex Veron. [*consecuta* Pithoeus. Possis etiam *nancta,* ut I. 115.] 55) *Si ei, qui* etc. LD. *si quis* def. erit, *si* sit. Eadem mox, ubi *prior* est, habet *potior*; tum *alia facta* (vel *faciat*) *iuris interpr.* 56) §. 8. 57) LD.: si disp. *numero sint, forte* nati *ex* u. u. v. duo *et* ex a. tr. *aut* quatt.
58) *tamen* LD. *autem.* Eadem mox om. *esse.* Tum eadem hered. dividetur, *et* s. s. port. *ferunt.* 59) *commentario rettulimus. et.* LD. *commentario* (vel *comentariorum,* vel *commentario respondit*) *et ultimum est.* Conf. ad Comment. I. n. 428. 60) Cod. *de eadem re tin* 61) [Ed. 2.: non adeunte, (*ad*) hered.] 62) Cod. *eos*

legitimo iure deficiuntur, | vocat ad hereditatem proinde ac si in potestate parentum | mortis tempore fuissent, sive soli sint, sive etiam | sui heredes, id est, qui in potestate patris fuerunt, con|currant. §. 27. Adgnatos autem capite deminutos non | secundo gradu post suos heredes vocat, id est, non | eo gradu vocat, quo per legem vocarentur, si ca|pite minuti non essent; sed tertio proximita|tis nomine: licet enim capitis deminutione ius | legitimum perdiderint, certe cognationis iura | retinent. itaque si quis alius sit, qui integrum ius | agnationis habebit, is potior erit, etiamsi longi|ore gradu fuerit. §. 28. Idem iuris est, ut quidam putant, | in eius agnati persona, qui, proximo agnato omitten|te hereditatem, nihilo magis iure legitimo admittitur. | sed sunt, qui putant, hunc eodem gradu a Praeto|re vocari, quo etiam per legem agnatis hereditas datur.| §. 29. Feminae certe agnatae, quae consanguineorum | gradum excedunt, tertio gradu vocantur, id est, si | neque suus heres, neque agnatus ullus erit. §. 30. Eodem gra|du vocantur etiam eae personae, quae per femini|ni sexus personas copulatae sunt. §. 31. [63] Liberi quoque, qui | in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum heredi|tatem hoc eodem gradu vocantur.

132. §. 32. [64] Quos autem Prae||tor vocat ad hereditatem,
121b. hi heredes ipso quidem iure non| ⌜*fiunt, nam*⌝ Praetor heredes [65] facere non p⌜*otest: per legem enim tantum, vel similem iuris co*⌝*nstitutionem* heredes *fiunt*, *veluti* per *senatusconsultum* ⌜*et co*⌝*nstitutionem* principalem [66]. sed | ⌜*eis siqui*⌝dem Praetor d*et bonorum possessionem, loco* heredum *constituuntur* [67]. |

6...8 §. 33. [68] *Adhuc autem* alios * * [69] *complures gradus* ⌜*Praetor facit in bonorum possessione dan*⌝*da, dum id agit, ne quis* ⌜*sine successore moriatur*⌝. de quibus in his commentariis — — * * | — — — * * hoc ius totum propriis commentariis * * | — — — * * solum admonuisse sufficit [70] — * | ——— ——— |
— — — — — — — *hereditatem* — — — — |
——— ——— | in — — — — —
— — — — — — — — * | — — — * * lege — — —
16...22 — — — — — | ——— ⅌. 7. ——— |
post eam vocat — — — — — — — — — — * * u|xo-
133. rem — — — — — — — — — — — — — * || ———
126a. ⅌. 23. ——— | — — — — — — — — —

— * §. 34. [71] ⌜*item ab in*⌝||*testato* heredes suos et 134. agn*atos* ad bonorum possessionem vocat. quibus | casibus 126b. beneficium eius in eo solo videtur aliquam u|tilitatem *habere, quod* is, qui *ita* bonorum possessionem *petit*, interdicto, | cuius principium est QUORUM BONORUM, uti possit. cui|us interdicti q*uae* sit utilitas, suo loco proponemus [72]. | alioquin remota quoque bonorum possessione ad eos hereditas pertinet iure ci|vili.

§. 35. Ceterum saepe quibusdam ita datur | bonorum possessio, ut is, cui data sit, (*non*) optineat hereditatem: quae bonorum possessio dici|tur sine re. §. 36. *N*am si verbi gratia iure facto testa|mento heres insti*t*utus creverit hereditatem, sed bonorum possessionem secun|dum tabulas testamenti petere noluerit, contentus| eo, quod iure civil*i* heres sit, nihilominus ii, qui nullo fa|cto testamento ad intestati bona vocantur, possunt petere bonorum possessionem: | sed sine re ad eos hereditas pertinet, cum testamen|to scriptus heres evincere hereditatem possit. §. 37. Idem | iuris est si intestato aliquo mortuo suus heres no|*lue*⌜*rit petere bonorum possessionem, co*⌝*ntentus* l⌜*egitimo iure: nam*⌝ [73] | et agnato competit quidem bonorum possessio, sed sine re, cum | evinci hereditas ab s*u*o herede potest [74]. et illud conve|nienter [75], si ad agnatum iure civili pertinet hereditas, | et hic adierit hereditatem, sed *bonorum possessionem* petere no|luerit, etsi quis ex proximis cognat*is* [76] petierit,| sine re habebit bonorum possessionem propter eandem rationem. | §. 38. Sunt et alii quidam similes casus, quorum al*iquos* || superiore commentario tradidimus [77].| 135.

[78] §. 39. Nunc de libertorum bonis videamus. 111a.

§. 40. Olim itaque lice|bat liberto, patronum suum in [79] testamento prae|terire. nam ita demum lex XII tabularum ad hereditatem liber|ti vocabat patr*on*um, si intestatus mortuus esset li|bertus, nullo suo herede *re*licto. itaque intestato | quoque mortuo liberto, si is suum heredem relique|rat [80], nihil in bonis eius patrono iuris erat. et siqu*i*|dem ex naturalibus liberis aliquem suum here|dem reliquisset, nulla videbatur esse querella: si vero | vel adoptivus filius filiave, vel uxor, quae in manu esset,| sua heres esse*t* [81], aperte iniquum erat, nihil iuris pa|trono superesse [82]. §. 41. Qua de causa postea Praetoris edicto haec | iuris iniquitas emendata est. sive enim faciat [83] te|stamentum libertus, iubetur ita testari, ut patrono

63) Vid. §. 2. I. de success. cognat. 64) Vid. §. 2. I. de bon. poss., ubi est: Q. a. pr. *solus* vocat ad *heredit., heredes quidem ipso* iure non etc. 65) Inst. *heredem* 66) Ex Inst., in quibus est *constitutiones principales.* [67) Ed. 2.: sed *cum eis* quidem Praetor *dat* etc.] Inst.: sed *cum eis* Pr. *dat* b. p., l. h. const. *et vocantur bonorum possessores.* 68) *Adhuc — moriatur.* Vid. c. §. 2. I. t. c., ex qua verba Gaii restituta sunt. In Inst. haec leguntur: Adh. autem *et* alios compl. gr. Pr. *fecit* in b. *possessionibus dandis*, d. id *agebat*, ne etc. 69) Sched. *a* vel *n*)*ı* [Böcking. *etiam.*] 70) Gaius ait, se ceteros istos bonorum possessionis gradus in his commentariis summo tantum digito tangere, cum de bonorum possessionis iure plenius propriis commentariis egerit. 71) *item — vocat.* Vid. §. 1. I. de bon. poss. Quae ibi praecedunt, aeque huius loci esse videntur; sunt autem haec: *Aliquando tamen neque emendandi, neque impugnandi veteris iuris, sed magis confirmandi gratia pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui recte facto testamento heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. item ab int.* suos her. *et agn.* etc. 72) Comm. IV. §. 144. Proxima leguntur in c. §. 1. I. t. c., nisi quod ibi pro *alioquin* est *sed et.* 73) Ita Hollw. [74) Cod. *ap.* *ıo* herede *potest* Ed. 2.: a *filio* her. *possit.*] [75) Sic Hugo: intellege *convenienter iuris est.* Cod. *conuenientur* Ed. 2.: convenien(*ter dice*)tur: Prava interpunctione anacoluthon neque hic tollitur, neque II. 215. post *elegasti.* Tertium exemplum habebis II. 238, si *nam* a Gösch. immissum eicias. 76) Cod. *cognatus* [Hoc cur improbatum fuerit non video.] 77) §§. 110. 148. 149. 78) §§. 39. 40. Vid. pr. I. de success. libert. 79) *in* Inst. *impune* 80) Inst. *reliquisset*, et mox *ius* pro *iuris* 81) Inst.: videbatur *querela*: si *vero* adop. *filius* esset. 82) §§. 41. 42. Vid. §§. 1. 2. I. t. c. 83) Inst. *facie-*

su|o[84] partem dimidiam bonorum suorum relinqua|t: et si aut nihil, aut minus quam partem dimi|diam[85] reliquerit, datur patrono contra tabulas testa|menti partis dimidiae bonorum possessio. si vero intestatus mo|riatur suo herede relicto adoptivo filio, (*vel*) uxore, | quae in manu ipsius esset, vel nuru, quae in ma|nu filii eius fuerit, datur aeque patrono adversus | hos suos heredes[86] partis dimidiae bonorum possessio. prosunt autem liber-
136. to[87] ad ex||cludendum patronum naturales liberi, non
111b. solum | quos in potestate mortis tempore habet, set eti|am emancipati et in adoptionem dati, '*si*' modo ali|qua ex[88] parte heredes scripti '*sint*'[89], *aut praeteriti con*'|tra tabulas testamenti bonorum possessionem ex edicto petierint: nam | exheredati nullo modo repellunt patronum.|

§. 42. Postea lege Papia aucta sunt iura patronorum, qu|od ad locupletiores libertos pertinet[90]. cautum est enim | ea lege[91], ut ex bonis eius, qui sestertiorum *num*m|*orum centum milium plurisve*[92] patrimon*ium relique*|rit, et pauciores quam tres liberos habebit, sive is | testamento facto, sive intestato mortuus erit, vi|rilis pars patrono debeatur. itaque cum unum fi|lium unamve filiam heredem reliquerit[93] liber|tus, perinde pars dimidia patrono debetur, '*ac si*' | sine ullo filio filiave moreretur: cum vero d*uos*| duasve heredes reliquerit, tertia pars debetur: | si tres relinquat, repellitur patronus. | |

§. 43. In bonis libertinarum nullam iniuriam antiquo | iure patiebantur patroni. cum enim hae in patr*o*|norum legitima tutela essent, non aliter scilicet | testamentum facere poterant, quam patrono aucto|re. itaque sive auctor ad
137. testamentum faciendum || factus — — — — — — —
79a. t. s. — — — |——————— ——————— | — — — — — — — — — — — *si vero*[94] auctor | — — ** non erat — — — — — * morte — * | ——————— ——————— | * — — — — — — — — — — — — — '*ut*' | posset[95] patronum a bonis '*libertae vindicandis re*'|pellere.

§. 44. Sed postea lex Papia '*cum*' quattuor libe|rorum iure libertinas tutela patronorum libe|raret, et eo modo — — — — — — — — *tu*|toris auctor*itate* — — — — — — — **|——————— ——————— | — habuerit, virilis pars patrono debeatur[96], ** | ** ex bonis eius, quae omnia — — — — iuris | ——————— ψ. 2. ——————— | — *ad patronum pertinet.|

§. 45. *Quae* autem diximus de patrono, eadem intellegemus et | de[97] *filio patroni*, *item de nepote eius et de pronepo*|'*te ex nepote*' *filio nato prognato*.

§.46. *Fi*lia vero patro|*ni*, *ite*'*m neptis e*'t pronep'*tis ex*' nepote *filio* | *nato prognata*, quamvis ide*m* '*ius habeant*, *quod l*'ege XII tabularum | patrono datum est, P*raetor tamen vocat tantum masculini sexus* | patronor*um* liberos. '*sed*' *filia ut contra tabulas* testa||menti liberti (*vel*) ab '*inte-* 138.
stato' *contra filium* adopti|vum *vel uxorem nurumve di-* 79b. t. s.
midiae partis bonorum possessionem | petat, trium liberorum iure lege Papia consequitur: | aliter hoc ius non habet.

§. 47. Set ut ex bonis libert*ae* | *suae* quattuor liberos hab*entis virilis* p*ars ei d*|*eberetur*[98], liberorum *quidem iure non* '*est*' *conprehensum*[99], | ut quidam putant. set tamen intestata liberta | mortua, verba legis Papiae faciunt, ut ei virilis pars de|beatur. si vero testamento facto mortua sit liberta, tale i|us ei datur, quale datum est — — — — — — — * | ——————— ——————— [100] | liberique contra tabulas test*amenti* liberti habent: | quamvis parum diligenter ea pars legis scripta | sit.

§. 48. Ex his apparet, *ex*traneos heredes patronor*um* | longe remot*um ab omni eo* iure iri, quod *vel*[1] in *in*|testatorum bonis *vel contra tabulas* testamenti | patrono competit.

§. 49. Patronae olim ante legem Papiam | hoc solum ius habebant in bonis libertor*um*, | quod etiam patronis ex lege XII tabularum datum est. nec *enim* | ut contra tabulas te*sta*menti, in '*quo*' p*raeteritae* erant, vel ab in|testato contra filium adoptivum vel uxorem nu|rumve bonorum possessionem par*tis dimidiae* peterent, Praetor *similiter* | — — — — — — — — — — [2]

§. 50. '*Sed postea lex Papia*' | duob*'us liberis*' honoratae ingenuae patronae, || libertinae tribus, eadem fere iura 139.
dedit, quae ex e|dicto Praetoris patroni habent. trium 61b.
vero liberorum | iure honoratae ingenuae patronae ea iura de|dit, quae per eandem legem patrono data sunt: li|bertinae autem patronae non idem iuris praesti|tit.

§. 51. Quod autem ad libertinarum bona pertinet, si|quidem intestatae decesserint, nihil novi patro|nae liberis honoratae lex Papia praestat. itaque si | neque ipsa patrona, neque liberta *capite deminuta*[3] sit, ex lege XII | tabularum ad eam hereditas pertinet, et excluduntur li-

---

bat; et mox *iabebatur*, *relinqueret*, *reliquerat*. *dabatur*, *moriebatur*. 84) *suo* deest in Inst. 85) Inst.: minus *partis dimidiae*. 86) Inst.: relicto *filio adoptivo*, *dabatur* aeque patr. *contra hunc suum heredem* 87) Inst. *prodesse* a. lib. *solebant*; et mox *habebat*. 88) Inst. *ex aliqua* 89) *sint* Inst. *erant*; et mox, *testamenti* omisso, *petierant* et *repellebant*. 90) Inst. *adaucta* s. i. p., *qui* loc. lib. *habebant* 91) *ea lege* deest in Inst. [92) *nummorum* etc. Haec post Ed. 2. Huschkius e litterarum ductibus eruit.] Inst. om. *nummorum* et *plurisve*. Eaedem mox *reliquerat*, *habebat*, *erat*, *deberetur*. 93) Inst.: filium *filiamve* h. *reliquerat*; et mox *debebatur*, ac si *is* s. u. f. f. *decessisset*; *cum* duos d. h. *reliquerat*, t. p. *debebatur patrono*; si t. *reliquerat*, *repellebatur* patr. [94) E not. Ed. 2.] [95) *ut posset* Gösch. malebat *ut possent* Ed. 2.: **possit Paulo post *libertae vindicandis* addidi.] 96) In Cod. ita ferme scriptum esse coniicio: et eo modo *inferret*, *ut iam sine patroni* tutoris auctoritate *testari possent*, *prosperit*, *ut pro numero liberorum*. *quos superstites liberta* habuerit, v. p. p. d. Cf. Ulp. Fr. XXIX. §. 3. [97) Hinc Ed. 2. haec tantum verba exhibebat asteriscis distincta: *pat*roni, uero pa*troni*, nepote *filio*, §. 46. quide*m*, *l*ege XII tabularum patronis datum est, patronor*um* lib*eros*, testamenti lib*erti*, adoptiuu*m*, bonorum possessionem petat etc. quae nunc coniunctis Göschenii Hollw. Huschk. emendationibus instaurare licuit.] [98) Ed. 2. *debeatur* Sched. **c (?)**o(?)cju*] [99) *non* etc. Ed. 2. habet 13 asteriscos. Gösch. coniecerat *non consequitur* Sched.: ***pu* conu*m*] [100) Temptabam: quale datum est *tribus iure lireris honorate patronae, simile huic quod patronus*] [1) Ed. 2.: remot*iores* ********* iure *** quod ** In his *iri* perspicue habet Cod.; Klenzio debemus *ab eo omni* et *vel*.] 2) Legendum videtur: *ut patrono liberisque eius concessit*. Litteras *lib*r* Schedae exhibent. 3) Cod. *q(d* pro *k̄l*. Sic rursus post *legitimo iure*, ante *perempto*.

bertae | liberi: quod iuris est etiamsi liberis honorata | non sit patrona; numquam enim, sicut supra[104] dixi|mus, feminae suum heredem habere possunt. si vero | vel huius, vel illius capitis deminutio interveniat, rursus li-beri | libertae excludunt patronam, quia, legitimo iure *capitis deminutione* p|erempto, evenit, ut liberi libertae cognationis iu|re potiores habeantur. §. 52. Cum autem testamento fa|cto moritur liberta, ea quidem patron*a*, quae li|beris honorata non est, nihil iuris habet contra libertae testamentum: | *ei* vero, quae liberis honorata sit, hoc ius tribuitur per le|gem Papiam, quod habet ex edicto patronus contra | tabulas liberti. |

§. 53. Eadem lex patronae filiae liberis honoratae[5]| patroni iura dedit. sed in huius persona etiam unius ||
140. 61a. filii filiaeve ius sufficit.

§. 54. Hactenus omnia iura qu|asi per indicem tetigisse satis est: alioquin dili|gentior interpretatio propriis commentariis | exposita est. | |

§. 55. Sequitur, ut de bonis Latinorum libertinorum| dispiciamus.

§. 56. Quae pars iuris ut manifestior fi|at, admonendi sumus, de quo alio loco[6] diximus, eos, | qui nunc Latini Iuniani dicuntur, olim ex iure Quiritium ser|vos fuisse, sed auxilio Praetoris in libertatis forma | servari solitos; unde etiam res eorum peculii iu|re ad patronos pertinere solita est: postea vero per | legem Iuniam eos omnes, quos Praetor in libertate[7] tu|ebatur, liberos esse coepisse, et appellatos esse Lati|nos Iunianos: Latinos ideo, quia lex eos liberos | perinde esse voluit, atque si essent cives Romani ingenui, qui ex | urbe Roma in Latinas colonias deducti Latini co|loniarii esse coeperunt; Iunianos ideo, quia per le|gem Iuniam liberi facti sunt, etiamsi non cives Romani. *qua*|re[8] legis Iuniae lator cum intellegeret | futurum, ut ea fictione res Latinorum defun|ctorum ad patronos pertinere desinerent, ob | *id quod neque*[9] u*t* servi *d*ecederent, ut possent *iu*|*re peculii*
141. 91a. res[10] eorum ad patronos pertinere, neque || liberti Latini hominis bona possent manumissionis iure ad | patronos pertinere: necessariu'*m existimarit*', | ne beneficium istis datum in iniuriam *patrono*|rum converteretur, cavere, u*t bona defunc*to|rum[11] proinde ad manumissores pertinerent, | ac si lex lata non esset. itaque iure quodammodo pecu|lii bona Latinorum ad manumissores *eorum*[12] perti|nent. §. 57. — — — — — — * *[13] differant *ea* iura, quae | in bonis Latinorum ex lege Iunia constituta sunt,| ab his, quae in hereditate[14] civium Romanorum libertorum observantur. | §. 58. Nam civis Romani liberti hereditas ad extraneos heredes patroni | nullo modo pertinet: ad filium autem patroni nepo|tesque ex filio, et pronepotes ex nepote *filio nato prognatos*[15] | omnimodo pertinet, etiamsi (*a*) parente fuerint exhere|dati. Latinorum autem bona tamquam peculia servorum | etiam ad extraneos heredes pertinent, et ad libe|ros manumissoris exheredatos non pertinent. | §. 59. Item *civis Romani liberti*[16] hereditas ad duos pluresve patronos aequa|liter pertinet, licet dispar in eo servo dominium | habuerint: bona vero Latinorum pro ea parte per|tinent, pro qua parte quisque eorum dominus fue|*rit*. §. 60. Item in hereditate civis Romani liberti patronus alteri|us patroni filium excludit, et filius patroni al|terius patroni nepotem repellit. bona autem La||tinorum et ad ipsum 112.
patronum et ad alterius pa|troni heredem simul pertinent 91b.
pro qua parte ad ip|sum manumissorem pertinerent. §. 61. Item si unius | patroni tres forte liberi sunt et alterius unus, | hereditas civis Romani liberti in capita dividitur, id est, tres | fratres tres portiones ferunt, et unus quartam: | bona vero Latinorum pro ea parte ad successores | pertinent, pro qua parte ad ipsum manumissorem | pertinerent. §. 62. Item si alter ex *his*[17] patronis suam partem | in hereditate civis Romani liberti spernat, vel ante moria|tur quam cernat, tota hereditas ad alterum pertinet: bona | autem Latini pro parte decedentis[18] patroni caduca | fiunt, et ad populum pertinent. |

§. 63. Postea Lupo et Largo Consulibus senatus censuit, | ut bona Latinorum primum ad eos pertinerent,| qui eos liberassent[19]; deinde ad liberos eorum non | nominatim exheredatos, uti quisque proximus es|set: tunc antiquo iure ad heredes eorum, qui libe|rassent, pertinerent. §. 64. Quo senatusconsulto quidam (*id*) actum| esse putant, ut in bonis Latinorum eodem iure u|tamur, quo utimur in hereditate civium Romanorum liber|tinorum. idque[20] maxime Pegaso placuit. quae | sententia aperte falsa est. nam civis Romani liberti here|ditas numquam ad extraneos patroni heredes || '*pertinet: bona* 113.
autem' Latinorum etiam ex hoc ipso | senatusconsulto, 64a.
non obstantibus liberis manumissoris, eti|am ad extraneos l. s.
heredes pertinent. item in hereditate | civis Romani liberti liberis manumissoris nulla exhere|datio nocet: in bonis Latinorum *autem noc*ere nomina|tim factam exheredationem *ip*so senatusconsulto significa|tur. verius est ergo[21] hoc solum eo senatusconsulto actum esse, ut | manumissoris liberi, qui nominatim exhere|dati non sint, praeferantur extraneis heredibus. | §. 65. *Itaque* et emancipatus filius patroni praeteritus, quam|vis contra tabulas testamenti parentis sui bonorum possessionem non | petierit, tamen extraneis heredibus in bonis Latino|rum potior habetur. | §. 66. Item filia ceteri*que*,

---

104) Comm. II. §. 161. 5) Sched.: honoratae *ja* Unterh.: honoratae, *item patronae filio.* [Aliquid deperisse manifestum est. Temptabam: honor. *paene eadem quae ipsi patronae, filio autem patronae*] 6) Comm. I. §. 22. 7) Sched. *libtem*, i. e. *libertatem*. — — [8) Ed. 2.: ciues Romani. nam * * Sched. Blum. *crn*r*] [9) *ob* etc. Ex not. Ed. 2.] 10) *iure* etc. Ex not. Ed. 2.] [11) *ut* etc. Ed. 2.: ******** libertorum Gösch. in not. Ed. 2. *ut bona.* Supererat * *libertorum*, sed litteris *liberto* incertis. feci *defunc*torum] [12) Ex not. Ed. 2.] 13) In Cod. fuerit *unde euenit ut multum*; vel simile aliquid. 14) Sched. *htatem.* i. e. *hereditatem.* 15) [*filio* etc. Ed. 2. ****nato] Sched. *pd(?)ocnato* (vel *u*) [Gösch. volebat *filio nato*, Sanderus *prognatos.*] 16) In Cod. pro *c̄r. lib.ti* est *scrib.* 17) Cod.: ex *is*; et mox *in hereditatem.* 18) Haud scio, an legendum sit *deficientis.* 19) Cod.: ad *eum* p. q. e. *liberasset* [20) Cod. et Ed. 2. *idemque.* Correxit Gösch.] [21) *verius* etc. Haec in Cod. esse testatur Blum. Ed. 2. asteriscos 12 habet.]

quos *exheredes* licet iure civili | *facere inter ceteros, quamvis id suff*iciat, *ut* ab omni *hereditate p*|*atris* sui *summoveantur*, tamen in bonis Latinorum [122], | nisi nominatim a parente fuerint exhereda|ti, potiores erunt extraneis heredibus. §. 67. Item ad *li*|beros, qui *ab* hereditate parentis se abstinue|runt — — — — — — — — — — — — — — * * | *ab* hereditate * exheredati [23] nullo modo dici possunt, non | magis quam qui testamento silentio praeteriti sunt. | §. 68. *Ex his* [24] omnibus satis illud apparet, si is, qui Latinum | fecerit — — —
144. — — — — — — — * * || ————————
64b. v. 21. ———————— | §. 69. Item — —
l. s. — — — — — — — — — * * | dispar — — — —
— — — — — — — | — — — — — — — — —
145. — — — * *pu*||tant ad eos pertinere, qui*a* nullo interve-
97a. niente | extraneo herede senatusconsulto loc*us* non est [25]. §. 70. Set si cum liberis su|is etiam extraneum heredem patronus reliquerit, *C*|aelius Sabinus ait, tota bona pro virilibus partibus ad | liberos defuncti pertinere, quia cum extrane*us* here|s interveni*t*, non habet lex Iunia locum, sed senatusconsultum. | Iavolenus autem ait, tantum eam partem ex senatusconsulto libe|ros patroni pro virilibus partibus habituros esse, | quam extranei heredes ante senatusconsultum lege Iunia habituri essent, | reliquas vero partes pro hereditariis partibus ad e|os pertinere. §. 71. Item quaeritur, an hoc senatusconsultum | ad eos patroni liberos pertineat, qui ex filia ne*pte*|ve procreantur, id est, ut nepos meus ex filia potior| sit in bonis Latini mei quam extraneus heres. item, | ad maternos Latinos hoc senatusconsultum pertineat, quaeritur, id est, | ut in bonis Latini materni potior sit patronae filius, | quam heres extraneus matris. Cassio placuit, utroque | casu locum esse senatusconsulto. sed huius senten|tiam plerique inprobant, quia senatus de his libe|ris patronarum nihil sentiat, qui aliam familiam sequ|erentur. idque ex eo adparet, quod nominatim exhere|datos summoveat [26]: nam videtur de his sentire, qui| ex*h*eredari a parente solent, si heredes non institu|antur;
146. neque autem matri filium filiamve, neque avo || materno
97b. nepotem neptemve, si eum eamve heredem | non instituat, exheredare necesse est, sive de iure civili | quaeramus, sive de edicto Praetoris, quo praeteritis liberis | contra tabulas testamenti bonorum possessio promittitur. |

§. 72. Aliquando tamen civis Romanus libertus tamquam Latinus moritur, vel|uti si Latinus salvo iure patroni ab Imperatore ius Quiritium con|secutus fuerit. nam *ita* [27] divus Traianus constituit, | si Latinus invito vel ignorante patrono ius Quiritium ab Imperatore | consecutus sit. quibus casibus dum vivit iste liber|tus, ceteris civibus Romanis libertis similis est, et iustos liberos | procreat; moritur autem Latini iure: nec ei liber*i* | eius heredes *esse* possunt; et in hoc tantum habet testa|menti factionem, uti patronum heredem institu|at, eique, si heres esse noluerit, alium substituere | possit. §. 73. Et quia hac constitutione videbatur effe|ctum, ut numquam isti homines tamquam cives Romani more|rentur, quamvis eo iure postea usi essent, quo vel ex le|ge *Aelia* Sentia [28], vel ex senatusconsulto cives Romani essent: divus Hadrianus, iniqui|tate rei motus, auctor fuit senatusconsulti *f*aciundi, ut qui igno|rante vel recusante patrono ab Imperatore ius Quiritium con|secuti essent, si eo iure postea usi essent, quo ex lege | Aelia Sentia, vel ex senatusconsulto, si Latini man*sis*sent [29], | civitatem Romanam consequerentur, proinde ipsi habe|rentur, ac si lege Aelia Sentia vel senatusconsulto ad civitatem Romanam pervenissent. ||

§. 74. Eorum autem, quos lex Aelia Sentia dediti- 147.
ciorum numero | facit, bona modo quasi *civium Roma-* 23a.
norum libertorum [30], modo quasi | Latinorum ad patronos pertinent. §. 75. Nam eorum bo|na qui, si *in* aliquo vitio non essent, manumissi cives Romani | futuri essent, quasi civium Romanorum patronis eadem lege tribu|untur. non tamen hi habent etiam testamenti fa|ctionem; nam id plerisque placuit, nec inmerito: nam | incredibile videbatur, pessim*ae* condicionis ho|minibus voluisse legis latorem testamenti fa|ciundi ius concedere. §. 76. Eorum vero bona qui, si non | in aliquo vitio essent, manumissi futuri Latini | essent, proinde tribuuntur patronis, ac si Latini de|cessissent. nec me praeterit, non satis in ea re le|gis latorem voluntatem suam verbis expr*essis*se. |

§. 77. Videamus autem et de ea successione, quae nobis e|x emptione bonorum competit. §. 78. Bona autem vene|unt aut vivorum, aut mortuorum. vivorum velut | eorum, qui fraudationis causa latitant, nec absentes | defenduntur; item eorum, qui ex lege Iulia bonis | cedunt; item iudicatorum post tempus, quod eis | partim lege XII tabularum, partim edicto Praetoris ad expedien|dam pecuniam tribuitur. | mortuorum bona veneunt velut eorum, quibus cer|tum est neque heredes, neque bonorum possessores, neque ullum alium || iustum successo- 148.
rem existere. §. 79. Siquidem vivi | bona veneant, 23b.
iubet ea Praetor per dies continuos XXX | possideri *et* [31] proscribi; si vero mortui, post [32] dies XV. pos|tea iubet [33] convenire creditores, et ex eo nume|ro magistrum creari, id est, eum, per quem bona ve|neant. itaque si vivi bona veneant, in diebus — — | * * iubet, si mortui in — — — — — [34]; *nam vivi* bo|na XXX, mortui vero XX [35] emptori addici iubet. qu|are autem tardius viventium

122) Sched. *latin* [Ed. 2.: Latini] [23) Temptabam: se abstin., *sctum pertinet, quamvis ab extraneis repellantur* ab hered., *quod* (vel *nam*) exhered. Ceterum Cod. hic bis habet *a hereditate.*] 24) Sched. *is* 25) Loci sententiam hanc esse puto: bona Latini ad liberos manumissori ex disparibus partibus succedentes, nullo extraneo herede interveniente, non pro virilibus, sed pro hereditariis partibus pertinere. 26) [Scribendum *summovet.*] 27) Cod. *ut.* [Conf. ad Comm. II. n. 326.] 28) *Aelia Sentia* Cod. *xs* Scriptum oportebat *as* 29) *mansissent* Cod. *manumissi essent* 30) *civium* etc. Cod. *sc libustorum* [Conf. not. 116.] 31) Sched. *possederit* 32) Sententia postulare videtur *per* 33) Sched. *iubent* 34) Sched.: *upc(?)uri* iubet si mortui in *dieoi*(vel *m* pro *oi*)*duo*(vel *q*)* * *ibus* An (*pluribus*) *veniri* iub., si mortui, in *diebus paucioribus*? 35) XX Hollw. *xv.*

bonorum vendition*em* | complere iube*at*[136], illa ratio est, quia de vivis curan|dum erat, ne facile bonorum venditiones pate|rentur. §. 80. Neque a*utem* bonorum possesso*res*, *neque bonorum*| *emptores* pleno iure (*domini*) fiunt, sed in bonis efficiunt; ius Quiritium | autem ita demum ad*ipisc*untur, si usuceperunt[37]. | interdum quidem bonorum emptorib*us* — * * | — quidem — — — — — — * si per eos — — ** | bonorum emptor — — — — — — — — ** | —————— —————— | — — — — — ** §. 81. Item quae debi'*tori debita sunt*'[38], | aut ipse debuit, neque bonorum possesso*res*, *neque* | bono*r*um empto*res* ipso iure debe*nt*, '*aut ipsis debentur*'[39] | — de omnibus rebus — — — — — — — * | — — — — — — — — — — — — *pro*|ponemus. ||

149. §. 82. Sunt autem etiam alterius gener*is* successio-
20a. nes, | '*quae*' neque lege XII tabularum, neque Praetoris edicto, sed eo iure, (*quod*) | consensu receptum est, introductae sunt. §. 83. '*Ecce enim*'[40] | cum paterfamilias se in adoptionem de*dit* mu|lierque[40*] in manum convenit, *omnes eorum*[41] res incor|porales et corporales, quaeque eis[42] debitae sunt, patri ado|*ptivo* coemptionatorive adquiruntur, exceptis | iis, quae per capitis deminutionem pereunt, quales sunt | ususfructus, operarum obligatio '*libertorum*'[43], quae | per iusiurandum contracta est, et — — — — — —[44] | legitimo iudicio. §. 84. *Ex*[45] *diverso* quae '*debet is, qui se in*' | adoptionem dedit, *vel quae in ma*'*num convenit*, *ad*' | ipsu*m quidem* coemptionatorem aut ad patrem adopti|vum '*pertine*'t hereditarium aes alienum, *p*'*roque eo, quia* | *suo*' *nomine* ipse pater adoptivus *aut* coe'*mptiona*'|*tor* heres fit, directo tenetur iure, *no*'*n vero is, qui*' | se adoptandum dedit, qu*ae*ve *in manum convenit, quia* | desinit *iure civili* heres esse. de eo vero, quod pri*us suo no*|*mine eae*[46] personae debuerint, licet neque pater | ado*ptiv*us teneatur, neque coemptionator, '*neque*' | ipse quidem, qui se in adoptionem ded'*it*, *vel*' | quae in manum convenit, maneat obligatus obli|gatav*e*, quia *scilicet* '*se*'[47] per capitis diminutionem *tue*retur[48], tamen in eum eamve *u*tilis[49] actio datur, re-
150. *scissa* || capitis deminutione: et si adversus hanc actio|-
20b. nem non defendantur, quae bona eorum futura fu|issent, si se alieno iuri non subiecissent, universa | vendere creditoribus Praetor permittit. |

§. 85.[50] '*Item si is, ad quem ab intestato legitimo iure pertinet hereditas, eam hereditatem, antequam cer*'|nat, aut pro herede gerat, alii in iure cedat, pleno iu|*re* heres '*fit is, cui eam cesserit, perinde ac si ipse per*' | legem ad hereditatem vocaretur. quodsi, posteaquam heres ex|titerit, cesserit, adhuc heres manet et ob id a[51] cre|ditoribus ipse tenebitur: sed res corporales trans|feret, proinde ac si singulas in iure cessisset; de|bita vero pere*unt*, eoque modo debitores here|ditarii lucrum faciunt. §. 86. Idem iuris est si testamento | scriptus heres, posteaquam heres extiterit, in iure ces|serit hereditatem. ante aditam vero hereditatem cedendo ni|hil agit. §. 87. Suus autem et necessarius heres an aliquid | aga*n*t[52] in iure cedendo, quaeritur. nostri praeceptores | nihil eos agere existimant: diversae scholae au|ctores idem eos agere putant, quod ceteri post aditam | hereditatem; nihil enim interest, utrum aliquis cer|nendo aut pro herede gerendo heres fiat, an iuris | necessitate hereditati adstringatur. | ||

§. 88. '*Nunc transeamus*'[53] ad obligationes, quarum 151.
sum|ma divisio in duas species deducitur. omnis enim | 104a.
obligatio vel ex contractu nascitur, vel ex delicto. |

§. 89. Et prius videamus de his, quae ex contractu nascuntur. | harum quattuor genera sunt: aut enim re *con*tra|hitur obligatio, aut verbis, aut litteris, aut consensu.

§. 90.[54] Re con|trahitur obligatio velut mutui datione. (*quae*)[55] proprie in his fe|re rebus contingit, quae res[56] pondere, numero, men|sura consta*nt*: qualis est pecunia numerata, vinum, | oleum, frumentum, aes, argentum, aurum. [57] quas res | aut numerando, aut metiendo, aut pendendo in hoc da|mus, ut accipientium fiant, et quandoque nobis non | eadem[58], sed alia eiusdem naturae[59] reddantur. un|de etiam mutuum appellatum est, quia quod ita *ti*bi a me da|tum est, ex meo tuum fit[60]. §. 91. Is quoque, qui non debi|tum accepit ab eo, qui per errorem solvit, re obli|gatur[61].

136) Sched. *uenditio* complere *iubet* [37) *Neque* etc. Ed. 2.: Neque ** bonorum possess **************** pleno i. f. s. in b. efficiuntur; *** autem i. d. adquiruntur, si usuc*apiuntur*. Quae inclinatis litteris scripsimus, schedae subindicant: tum habent satis clare *efficiunt i*⁎ *q* autem i. d. *adquiruntur* si *ususceperiunt*] [38) *debitori* etc. om. Ed. 2. Debentur haec Huschkio.] [39) *aut* etc. Ita defectum Ed. 2. explevit Gösch. Tum Huschk. *sed* in omn. reb. *utilibus actionibus et conveniuntur et experiuntur, quas inferius proponemus.*] [40) Ed. 2. *uelut* Cf. §. 1. I. de acquis. p. arrog.] [40*) Böcking. vult: mulierve] [41) Ed. 2. §. 83. ************] [42) Cod. et Ed. 2. *ei*] [43) E not. Ed. 2.] [44) Huschk. *quae continentur* vel *quaecumque consistunt*] [45) Sched. *cs* Ed. 2. *Sed e* Cf. §. 3. I. t. c.] Universus locus ita in integrum restitui posse videtur: Sed e diverso *de debitis e'*(ius), *q́*(qui) *se in* adoptionem dedit, *eiusve q̄.*(quae) *in manum convenit, ad ipsum q̄d.*(quidem) coemptionatorem, aut ad patrem adoptivum *ptinet*(pertinet) hereditarium aes alienu*m*: *q*(quia) *N*(enim) *ipse coemptionator et* ipse pater adoptivus succedit *et retro* heres fit, directo tenetur iure; *is autem, qui* se adoptandum dedit, *quaeque in manum convenit*, desinunt esse heredes. [Ex his ea quae rectis litteris scripta sunt Ed. 2. exhibet, ceterorum loco asteriscos. Interpolavi aptius, nisi fallor, et magis ex arte.] [46) *prius* etc. Ed. 2. habet 19 asteriscos. Scripsi *prius suo*, cum Gösch. voluisset *proprio.*] [47) *scilicet se* Ed. 2.: ****** Gösch. voluerat *scilicet.*] 48) Sched.: *ueretur* [Ed. 2. *liberantur*] 49) [E not. Ed. 2., in qua erat *ciuilis*, quod habet Codex.] 50) *Item ... antequam cer*| In Cod. lineae 5. et 6. non litteris impletae sunt, sed ductibus sensu carentibus. Cf. Comm. II, §. 35. 51) [*a* omissum Ed. 2. Vid. ad Comm. II. n. 46.] 52) [*agat* Cod. et Ed. 2.] 53) Ex pr. I. de obligat. Cf. Epit. II, 9, pr. 54) Cf. Epit. II, 9, §. 1. 55) [*quae* Sic Epit. *mutui autem datio* L. 1. §. 2. D. de obl. et act.] 56) [*quae res* Klenz., *quae* Ed. 2.] Cod. *quares* 57) *quas res* etc. §. 91. Vid. pr. et §. 1. I. quib. mod. re contr. obl. 58) [Ed. 2.: eaedem, et mox: aliae] Inst. *eaedem res*, et *aliae*. Vid. ad Comm. II. not. 56. 59) Inst.: naturae *et qualitatis* 60) Cod. *fiat* Inst. *quia ita a me* tibi *datur, ut* ex meo tuum *fiat. Et ex eo contractu nascitur actio, quae vocatur condictio.* 61) Inst.: obliga-

nam proinde ei condici potest, SI PARRET [162] EUM | DARE OPORTERE, ac si mutuum accepisset. unde qui|dam putant, pupillum aut mulierem. cui sine tutoris auctoritate| non debitum per errorem datum est, non teneri | condictione, non magis [63] quam mutui datione. sed haec | species obligationis non videtur ex contractu | consistere, quia is, qui solvendi animo dat, magis | distrahere vult negotium, quam contrahere.

152. §. 92. [64] Verbis || obligatio fit ex interrogatione et
104b. responsione, | velut: DARI SPONDES? SPONDEO; DABIS? DABO; PRO|MITTIS? PROMITTO; FIDEPROMITTIS? FIDEPROMITTO; FIDEIUBES? FIDEIU|BEO; FACIES? FACIAM. §. 93. Sed haec quidem verborum obliga|tio: DARI SPONDES? SPONDEO, propria civium Romanorum est: ceterae ve|ro iuris gentium sunt: itaque inter omnes homines, sive | cives Romanos, sive peregrinos, valent. et quamvis ad Graecam vo|cem expressae fuerint, velut hoc modo: (δώσεις; δώσω· ὁμολογεῖς; ὁμολογῶ· πίστει κελεύεις; πίστει κελεύω· ποιήσεις; ποιήσω); etiam hae tamen [65] inter cives Romanos valent, si modo Grae|ci sermonis intellectum habeant. et e contrario | quamvis Latine enuntientur, tamen etiam inter pe|regrinos valent, si modo Latini sermonis intel||lectum habeant. at illa verborum obligatio: DA|RI SPONDES? SPONDEO, adeo propria civium Romanorum est, ut ne qui|dem in Graecum sermonem per interpretationem | proprie transferri possit; quamvis dicatur a Graeca vo|ce figurata esse. | §. 94. Unde dicitur, uno casu hoc verbo peregrinum quoque | obligari posse, velut si Imperator noster Principem alicuius | peregrini populi de pace ita interroget: PACEM FU|TURAM SPONDES? vel ipse eodem modo interrogetur. | quod nimium subtiliter dictum est; quia si quid | adversus pactionem fiat, non ex stipulatu agitur, sed | iure belli res vindicatur. §. 95. Illud dubitari potest, si quis ||

153. ————————————————
60a. ————————————————
t. s. ———————————————— ||

151. §. 96. obligentur: utique cum quaeritur de iure Roma-
60b. no|rum. nam aput peregrinos quid iuris sit, singula|rum
t. s. civitatium iura requirentes aliud — — *|— — — *| |

§. 97. [66] Si id, quod dari stipulamur, tale sit, ut dari non possit, | inutilis est stipulatio: velut si quis hominem libe|rum, quem servum esse credebat, aut mortuum, quem | vivum esse credebat, aut locum sacrum vel reli|giosum, quem putabat 'esse' humani iuris, *sibi dari* | stipuletur, [67] aeque inutilis est stipulatio. | §. 98. Item si quis sub ea condicione stipuletur, quae | existere non potest, (*vel*)uti si digito caelum tetigerit, | inutilis est stipulat*io*. sed legatum sub inpossibili | condicione relictum nostri praeceptores pro|in|'*de valere*' putant, ac si '*ea condicio adiecta non*' | esset: | divers*ae* scholae auctores non minus legatum | inutile existimant, quam stipulationem. et sane | vix [68] idonea diversitatis ratio reddi potest. §. 99. Praeterea | inutilis — — — — — — — — — — — * | — — — — — — — — — — ** id, quod alieni|us est, id ei dari non potest [69]. §. 100. [70] Denique inutilis est talis | stipulatio, si quis ita dari stipuletur: POST MORTEM | MEAM DARI SPONDES? vel ita: (*POST MORTEM TUAM DARI SPONDES? valet autem, si quis ita dari stipuletur: CUM MORIAR, DARI SPONDES? vel ita:*) [71] CUM MORIERIS, DARI || SPONDES? id est, ut in novissimum vitae tempus| 155.
stipulatoris, aut promissoris, obligatio confe|ratur. nam 94a.
inelegans esse visum est, ex heredis per|sona incipere obligationem. rursus ita stipu|lari non possumus: PRIDIE QUAM MORIAR, *aut*: PRIDI|E QUAM MORIERIS, DARI SPONDES? quia non potest | aliter intellegi pridie quam aliquis morietur, quam si mors | secuta sit: rursus morte secuta, in praeteritum | reducitur stipulatio et quodammodo talis est: | HEREDI MEO DARI SPONDES? quae sane inutilis est. §. 101. Quae|cumque de morte diximus, eadem et de capitis dimi|nutione dicta intellegemus [72]. | §. 102. [73] Adhuc inutilis est stipulatio, si quis ad id, quod [74] inter|rogatus erit, non responderit [75]: velut si sestertia x a | te dari stipuler, et tu sestertia v mi*hi* pro|mit|tas; aut si ego pure stipuler, tu sub condicione pro|mittas. §. 103. [76] Praeterea inutilis est stipulatio, si ei dari sti|pulemur, cuius iuri subiecti non sumus. un|de illud quaesitum est, si quis sibi et ei, cuius iu|ri sub-

---

tur: *daturque agenti contra eum propter repetitionem condicticia actio.* [162) Ita Cod.; Ed. 2.: PARET]
63) *unde* etc. Inst. *Unde pupillus, si ei* sine tutoris auctoritate n. d. p. e. d. e., non *tenetur indebiti condictione magis* 64) Cf. Epit. II, 9, §. 2. 65) Cod.: etiam *haec* tamen [Ed. 2.: haec tamen etiam]
66) Hinc incipit materia de inutilibus stipulationibus; quam quae in Epit. antecedunt, partim ad fideiussionem pertinent, de qua inferius videbimus, partim ad eas verborum obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahuntur. De his ita exponunt Epitomatores: §. 3. *Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est, ut si mulier, sive sponso uxor futura, sive iam marito dotem dicat. Quod tam de mobilibus rebus, quam de fundis fieri potest. Et non solum in hac obligatione ipsa mulier obligatur, sed et pater eius, et debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam illi debebat, sponso creditricis ipse debitor in dotem dixerit. Hae tantum tres personae, nulla interrogatione praecedente, possunt dictione dotis legitime obligari. Aliae vero personae si pro muliere dotem viro promiserint, communi iure obligari debent, id est, ut et interrogata respondeant, et stipulata promittant.* §. 4. *Item et alio casu, uno loquente et sine interrogatione alii promittente, contrahitur obligatio, id est, si libertus patrono aut donum, aut munus, aut operas se daturum esse iuravit: in qua re supradicti liberti non tam verborum sollemnitate, quam iurisiurandi religione tenentur. Sed nulla altera persona hoc ordine obligari potest.* Cum §. 97. cf. Epit. II, 9, §. 5. [67) Hic aliquid excidisse manifestum est. Satis commode inseremus quae leguntur in §. 1. I. de inutil. stip.: *Item siquis rem quae in rerum natura esse non potest, velut hippocentaurum, sibi dari stipuletur,* —]
68) *vix* Hugo. Cod. *nn* vel *uia* 69) Locus ita fortasse restitui possit: Praet. inut. *est stipulatio, si quis ignorans rem suam esse, eam sibi dari stipuletur; nam* 70) Cf. Epit. II, 9, §. 7. 8. [71) Ita eximie Hschk. Ed. 2. horum nihil habet.] [72) Cod. et Ed. 2. *intellegimus*.] 73) Vid. §. 5. I. de inutil. stip., ubi est *Praeterea* inut. e. Cf. Epit. II, 9, §. 10. 9.
74) Inst.: ad *ea quae* 75) Inst.: non *respondeat*; veluti si *decem aureos* a te d. *stipuletur, tu quinque promittas, vel contra; aut si ille pure stipuletur.*
76) Cf. §. 4. I. t. c.

iectus non est, dari stipuletur, in quantum va|leat sti-
pulatio. nostri praeceptores putant, in uni|versum va-
lere, et proinde ei soli, qui stipulatus | sit, solidum de-
beri, atque si extranei nomen | non adiecisset. sed di-
156. versae scholae auctores || — — — — — existimant pro
24b. — — — * * | — — — — — — — — ** actionem —
causa — | — — — — — — — — — — — respondet |
——————————— ——————————— |
— — — — — — — — — — — — * etiam — | — — —
§. 104. 'Item inutilis est' stipulatio si ab 'e|o stipuler,
qui iuri meo su'biectus est, — — is a me | — — **[177]
— — — — — — in mancipio —| — — — — — —
— — — non solum ipsi | — — — — — — — — —
sunt, obligari non | possunt[78], sed ne alii quidem ulli. |
§. 105.[79] Mutum neque stipulari, neque promittere posse,|
palam 'est: quod et' in surdo receptum est: quia et is, |
'qui stipulatur', verba promittentis, et[80] qui pro|mittit,
'verba stipulantis' exaudire debet. [81]§. 106. Furiosus|
nullum ne'gotium gerere potest', quia non intel|legit, quid
agat[82]. §. 107. Pupillus omne negotium recte |
gerit, ita tamen ut, sicubi tutoris auctoritas ne|cessaria
sit, adhibeatur[83], velut si ipse obligetur: nam | ali-
um sibi obligare etiam sine tutoris auctori|tate potest.
§. 108. Idem iuris est in feminis, quae in tutela | sunt.
§. 109.[84] Set quod diximus de pupillis, utique de eo[85]
verum est, | qui iam aliquem intellectum habet. nam
infan|s et qui infanti proximus est, non multum a 'furioso' ||
157. differt[86], quia huius aetatis pupilli nullum intel|lectum
24a. habent: sed in his pupillis per utilitatem[87] be|nignior
iuris interpretatio facta est[88]. | |
§. 110. Possumus tamen ad id, quod stipulamur,
alium | adhibere, qui idem stipuletur: quem vulgo ad-
sti|pulatorem vocamus. §. 111. Sed huic proinde
actio con|petit, proindeque ei recte solvitur ac nobis.
sed quidquid | consecutus erit, mandati iudicio nobis
restitu|ere cogetur. §. 112. Ceterum potest etiam
aliis verbis | uti adstipulator, quam quibus nos usi su-
mus. itaque | si verbi gratia ego ita stipulatus sim:
DARI SPON|DES? ille sic adstipulari potest: IDEM FIDE TUA
PROMIT|TIS? vel: IDEM FIDEIUBES? vel contra. §. 113. I-
tem[89] minus[90] ad|stipulari potest, plus non potest. itaque
si ego ses|tertia x stipulatus sum[91], ille sestertia v sti-
pula|ri potest; contra vero plus non potest. item si ego|
pure stipulatus sim, ille sub condicione stipula|ri potest;
contra vero non potest. [92]non solum autem[93] in quan|-
titate, sed etiam in tempore minus et plus intelle|gitur;
plus est enim statim aliquid dare, minus est | post tem-
pus[94]. §. 114. In hoc autem iu|re quaedam singulari
iure observantur. nam | adstipulatoris heres non habet
actionem. item || servus adstipulando nihil agit, qui[95] ex 158.
ceteris | omnibus causis stipulatione domino adquirit. 25b.
idem | de eo, qui in mancipio est, magis praevaluit[96];
nam et is servi lo|co est. is autem, qui in potestate
patris est, agit aliquid; sed pa|renti non adquirit, quam-
vis ex omnibus ceteris causis sti|pulando ei adquirat. ac
ne ipsi quidem aliter actio conpetit, quam | si sine ca-
pitis diminutione exierit de potestate paren|tis, veluti
morte eius, aut quod ipse Flamen Dialis inauguratus |
est. eadem de filia familias et quae in manu est, dicta|
intellegemus. | |
§. 115. Pro eo quoque, qui promittit, solent alii
obligari: quorum | alios sponsores, alios fidepromissores,
alios fideiussores | appellamus. §. 116. Sponsor ita
interrogatur: IDEM DARI SPON|DES? fidepromissor: IDEM
FIDEPROMITTIS? fideiussor ita: | IDEM FIDE TUA ESSE IU-
BES? videbimus de his autem, quo nomi|ne possint pro-
prie adpellari, qui ita interrogan|tur: IDEM DABIS? IDEM
PROMITTIS? IDEM FACIES? §. 117. Sponsores quidem |
et fidepromissores et fideiussores saepe solemus acci-
pere, | dum curamus, ut diligentius nobis cautum sit.
adstipu|latorem vero fere tunc solum adhibemus, cum
ita | stipulamur, ut aliquid post mortem nostram detur:
(quod) | stipulando nihil agimus. adhibetur autem adsti-
pulator, ut is | post mortem nostram agat: qui si quid
fuerit consecutus, || de restituendo eo mandati iudicio 159.
heredi — *[97] | tenetur. | 115a.
§. 118. Sponsoris vero[98] et fidepromissoris similis
condicio (est)[99], fi|deiussoris valde dissimilis. §. 119. Nam
illi quidem nullis ob|ligationibus accedere possunt nisi
verborum; quamvis interdum | ipse, qui[200] promiserit,
non fuerit obligatus, veluti si | aut pupillus sine tutoris
auctoritate, aut quilibet | post mortem suam dari pro-
miserit. at illud quaeritur, si ser|vus, aut peregrinus
spoponderit, an pro eo sponsor | aut fidepromissor obli-
getur. [1]Fideiussor vero omnibus | obligationibus, id est,
sive re, sive verbis, sive litte|ris, sive consensu contra-

[177) Klenz. vel si is a me stipuletur.] [78) Huschk. *sed de servis et de iis* (Gösch. *sed in servis quidem et in his*) *qui* in mancipio *sunt, illud praeterea ius observatur* (Gösch. *sunt, singulari iure ita servatur*) *ut* non solum ipsi *cuius in potestate mancipiove* sunt, obl. n. possint] 79) Vid. §. 7. I. t. c., ex qua quae legi non potuerunt suppleta sunt. 80) Inst.: et *is* Eaedem statim *audire* 81) §§. 106. 107. Vid. §§. 8. 9. I. t. c. 82) Inst. *agit* 83) Inst.: adhibeatur *tutor.* 84) Vid. §. 10. I. t. c. 85) Inst. *his* et mox *habent.* 86) Inst. *distant.* 87) Inst.: sed in *proximis infanti propter* util. *eorum.* 88) In Inst. adiicitur: *ut idem iuris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes, nec auctore quidem patre obligatur.* 89) [Ex not. Ed. 2., quae habet *Idem.* atque ita Cod.] 90) Cod. *rginur* [Vid. ad Comm. I. n. 73.] 91) Ed. 2.: *sim*] 92) *non solum* etc. Vid. §. 5. I. de fideiuss. 93) *autem.* Sic etiam in vulgatis Inst. editionibus legitur; item in Hal.: Cui. tamen et Bien. [item Schrad.] ed. *enim* habent; quae lectio non modo ad sententiam accommodatior esse videtur, verum etiam fulcitur Theophili auctoritate. 94) Inst.: post tempus *dare.* 95) Cod. *quia* [Ed. 2. *quamvis*] 96) Cod. *p̄.lit*; quam scripturam alius fortasse interpretetur *placuit*: sed id punctum post litteram *p̄* positum vix patitur. [Scilicet quia alias librarius, non amplius bis hac nota usus, dedit *p̄lit* et *plit.*] 97) Sched.: **c*, Blumii Sch. *mor* Sententiae conveniret *nostro.* 98) Cod. *ū*, quod est *vel* [99) *est* addidi.] 200) Cod. *quid* Cram. et Schrad. primis litteris geminatis legendum censent *qui quid.* 1) Vid. §. 1. I. t. e., ubi est *In* omnib. *autem* oblig. (fideiussores) *assumi possunt*, id est . . . . . contractae *fuerint.*

clae fuerint obligationes, adi*i*|ci[202] potest. at ne illud quidem interest, utrum civi|lis, an naturalis obligatio sit, cui adieiatur[3]; adeo quidem, ut | pro servo quoque obligetur, sive extraneus sit, qui a servo | fideiussorem[4] accipiat, sive dominus in id, quod sibi de|beatur[5].

§. 120. Praeterea sponsoris et fide|promissoris heres non tenetur, nisi si de peregrino fide|promissore[6] quaeramus, et alio iure civitas eius utatur. Fi|deiussoris autem etiam heres tenetur. | §. 121. Item sponsor et fidepromissor (*per*) legem Furiam biennio | liberantur; et quotquot erunt numero eo tempore, quo pecunia | peti potest, in tot partes deducitur inter eos obligatio, et | singuli viriles partes — — — *[7] Fideiussores vero perpe|tuo tenentur; et quotquot[8] erunt numero, singuli in soli-
160. dum || obligantur[9]. '*itaque liberum est creditori, a quo*
115b. *velit so*'|lidum petere. '*sed ex epistula divi Hadriani com-*
t. s. *pellitur*' | creditor, a singulis, qui modo solvendo '*sint, partes petere*'[10]. | Eo igitur distat haec epistula a lege Furia, quod si quis ex spon|soribus aut fidepromissoribus solvendo non sit — * | — — — — — — quoque — — *[11] '*Cum autem lex Fu*'|ria *tantum in* Italia locum habeat, *consequens est, ut in pro*|*vinciis* sponsores quoque et fidepromissores proinde ac fide|iussores in perpetu*um*[12] teneantur, et singuli in solidum | obligentur, nisi ex epistula divi Hadriani hi *quoque* ad*iurari* | *videantur.* |

§. 122. Praeterea inter sponsores et fidepromissores lex Apuleia | quandam societatem introduxit. nam si quis horum plus | sua portione solverit, de eo, quod amplius dederit, ad|versus *ceteros actionem habet.* '*lex autem Apuleia ante*' | legem Furiam lata est, quo tempore in solidum obliga|bantur. unde quaeritur, an post legem Furiam adhuc legis A|puleiae beneficium supersit. et utique extra *Italiam* | superest. nam l*ex* quidem Furia tantum in *Italia* valet, Apuleia vero | etiam in *ceteris* — — — — — — — — — | — — — — — — — — — — — — — '*lex*' | Apuleia non pertinet[13]. [14] itaque si creditor ab uno totum *con*|secutus fuerit, huius sol*ius* detrimentum *erit*, | *scilicet* si is, pro quo fideiussit, sol-
161. vendo non *sit.* [15] *sed, ut ex* || supradictis appar*et*, is, a
10a. quo creditor totum petit, | poterit ex epistula divi Hadriani desiderare, ut pro parte in | se detur actio. |

§. 123. Praeterea lege — — *[16] cautum est, ut is, qui sponsores aut fide|promissores accipiat, praedicat palam et declaret, et de qua | re satis accipiat, et quot sponsores aut fidepromissores | in eam obligationem accepturus sit: et nisi praedixerit, | permittitur sponsoribus et fidepromissoribus, intra di|em xxx. praeiudicium postulare, quo quaeratur, an ex ea lege | praedictum sit; et si iudicatum fuerit, praedictum *non* esse, libe|rantur. Qua lege fideiussorum mentio nulla fit. sed in usu est, etiam| si fideiussores accipiamus, praedicere. |

§. 124. Sed beneficium leg*is* Corneliae[17] omnibus commune est. qua | lege idem pro eodem, aput eundem, eodem anno, vetatur in ampli|orem summam obligari creditae pecuniae, quam in xx | mil*ium*[18]. et quamvis sponsor vel fidepromissor in ampl*iorem*[19] pe|cuniam, velut si (*in*)[20] sestertium c milia, '*se obligaverit, non tamen tenebitur*'. | Pecuniam autem creditam dicimus non solum eam, quam credendi | causa damus, sed omnem, quam tunc, (*cum*) contrahitur obligatio, certum | est debitum iri, id est, (*quae*) sine ulla condicione deducitur | in obligationem. itaque et ea pecunia, quam in diem certum dari | stipulamur, eodem numero est, quia certum est, eam debitum iri, | licet post tempus petatur. Appellatione autem pecuniae omnes res | in ea lege significantur. itaque si vinum, vel frumentum, et[21] si
fundum || vel hominem stipulemur, haec lex observanda 162.
est. §. 125. Ex | quibusdam tamen causis permittit 10b.
ea lex in infinitum sa|tis accipere, veluti si dotis nomine, vel eius quod ex testamento tibi debe|atur, aut iussu iudicis satis accipiatur. et adhuc lege | vicesima hereditatium cavetur, ut ad eas satisda|tiones, quae ex ea lege proponuntur, lex Cornelia non | pertineat. §. 126. In eo iure quoque iuris | par condicio est omnium, sponsorum, fidepromis|sorum, fideiussorum, quod[22] ita obligari non poss*unt*, *ut*[23] | plus debeant, quam debet is, pro quo obliga*ntur*[24]. at | ex diverso, ut minus debeant, obligari possunt; sicut in | adstipulatoris persona diximus[25]. nam ut astipulatoris[25*], ita | et horum obligatio accessio est principalis obligati|onis: nec plus in accessione esse potest, quam in princi|pali re. §. 127. In eo quoque par omnium causa es*t*, quod, si qui[26] pro *reo*

---

202) Bl. Sched.: *adi*ci* [Duplex *i* in Cod. esse non credo.] 3) Inst. *sit oblig.* cui adi. *fideiussor* 4) Inst. *fideiussorem* a servo. 5) Inst.: quod sibi *naturaliter debetur.* [6) Cod. *fideipromissore* et hic et aliis quibusdam locis; item aliquoties *fideiiussores.*]
7) Cod. *hocabentur* Hollw. *debent.* [Verius fuerit *condemnantur.*] 8) *quotquot* etc. Vid. §. 4. I. t. c.
9) Inst. *tenentur.* Proxima ex Inst. suppleta. 10) *sint* [*sunt* Ed. 2.] etc. Inst.: sint *litis contestatae tempore,* p. petere. 11) [Huschk. *sua tantum portio* (vel *pars*) *a ceterorum* quoque *peti possit.* Mihi certum videtur in vocabulo *quoque* errorem inesse. Temptabam *non augetur onus ceterorum,* quo*tquot* er*unt.*] 12) Sched. *in ppetuo* [Sic Flor. cod. in L. 10. D. ad S. C. Vellei., L. 80. pr. D. de contr. empt.] 13) Gaius primo de sponsoribus et fidepromissoribus disputat, docetque, legis Apuleiae beneficium etiam post legem Furiam latam extra Italiam superesse, cum lex Furia tantum in Italia, lex Apuleia autem in ceteris quoque regionibus obtineat: deinde ad fideiussores transit: in quo talibus fortasse verbis usus est: *Alia sane est fideiussorum condicio; nam ad hos lex* Apuleia non pertinet.
14) *itaque si* etc. Vid. c. §. 4. I. t. c., ubi est *Sed et si ab uno fideiussore creditor* t. c. f., paulo post omisso v. *scilicet.* 15) *sed ut* etc. Inst. *et sibi imputare debet, cum potuerit adiurari* ex ep. d. H. *et* desiderare etc. 16) Sched.: lege *ı*(vel *ī*, vel *ɟ*, vel *a*) *cc*(vel *o*, vel *a*)*reı*(vel *t a'* vel *ā*) Buttm. *Porcia*, Hollw. *Petreia*, Haub. *Apuleia*, Dirks. *Cornelia.* 17) Cod. *legum cornuliae* 18) Cod. *milib.* [Malim *milia.*]
19) Cod.: amplam 20) Unterh. mavult *velut in.* [Ego malim *veluti.*] 21) Malim *item* [Böcking.: *aut*]
22) *ita* etc. Vid. §. 5. I. t. c. *Fideiussores* ita etc.
23) Cod. *p'sıt* (i. e. possit) *ıt r̄.ḡ.* [Vid. ad Comment. I. not. 73.] 24) Cod.: q *deberet* is p. q. *obligaretur.* Inst. addunt ex proximis *Nam et eorum* oblig. acc. est princ. oblig. nec . . . . principali re. Quibus subiciunt: At ex diverso . . . possunt. 25) §. 113. 25*) Ita Cod. Ed. 2.: a*d*stipulatoris. 26) Ed. 2.: si quis Vid. §. 6. I. t. c., ubi est: Si quis *autem fideius-*

sol|verit, eius reciperandi causa habet cum eo mandati iudicium. | et hoc amplius sponsores ex lege Publilia propri|am habent actionem in duplum, quae appellatur depensi. |

§. 128. Litteris obligatio fit veluti in *nominibus* transcripticiis. fit | *autem* nomen transcripticium duplici modo:[227] vel a re in personam, | vel a persona in personam. §. 129. (*A re in personam tran*)scriptio fit veluti si id, quod e|x emptionis causa, aut conductionis, aut societatis mihi | debeas, id expensum tibi tulero. §. 130. A persona in person*am* | transcriptio fit veluti
163. 33a. si id, quod mihi Titius debet, tibi id ex||pensum tulero, id est, si Titius te[28] delegaverit | mihi. §. 131. Alia causa est eorum nominum, quae arcaria vo|cantur. in his enim rei[29], non litterarum obligatio consi|stit: quippe non aliter val*ent*[30], quam si numerata sit pecunia;| numeratio autem *pecuniae* rei, non (*litterarum*)[31] facit obligationem. qua de causa re|cte dicemus, arcaria nomina nullam facere obli|gationem, sed obligationis factae testimonium prae|bere. §. 132. Unde proprie dicitur, arcariis nominibus etiam pere|grinos obligari, quia non ips*o* nomine, sed *nu*meratione | pecuniae obligantur: quod genus obligationis iuris gen|tium est. | §. 133. Tr*an*scripticiis vero nominibus an obligentur peregrini, | merito quaeritur, quia quodammodo iuris civilis est talis obliga|tio: quod Nervae placuit. Sabino autem et Cassio visum est, | si a re in personam fiat nomen transcripticium, etiam pere|grinos obligari; si vero a persona in personam, non obligari. | §. 134. Praeterea litterarum obligatio fieri videtur chiro|graphis et syngraphis, id est, si quis debere se, aut datu|rum se scribat; ita scilicet, si[32] eo nomine stipulati|o non fiat. quod genus obligationis proprium peregri|norum est.

[33] §. 135. Consensu fiunt obligationes | in emptionibus et[34] venditionibus, locationibus con|ductionibus, societatibus, mandatis. §. 136. Ideo autem *i*stis | modis consensu dicimus obligationes[35] contrahi, *quia* ne-
164. 33b. que verborum, || neque scripturae ulla proprietas desideratur[36], sed suffi|cit eos, qui negotium[37] gerunt, consensisse[38]. unde in|ter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistu|lam, aut[39] per internuntium[40]: cum alioquin verborum obligatio inter | absentes fieri non possit. | §. 137. Item in his contractibus alter alteri obligatur de | eo[41], quod alterum alteri ex bono et aequo praestare opor|tet: cum alioquin in verborum obligationibus ali|us stipuletur, alius promittat, et in nominibus | alius ex|pensum ferendo obliget[42], alius obli|ge|tur. §. 138. Sed absenti expensum ferri potest, etsi verbis | obligatio cum absente contrahi non possit.|

|§. 139.[43] '*Emptio et venditio contrahitur*' cum[44] de pretio convenerit, | quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arra quidem | data fuerit: nam quod arrae nomine datur, argumentum | est emptionis et venditionis contractae. §. 140.[45] Pretium autem | certum esse debet. alioquin si ita inter eos con|venerit, ut quanti Titius rem aestimaverit, tanti sit em*p*|ta, Labeo negavit, ullam vim hoc negotium habe|re; '*quam sententiam C*'assius probat: Ofilius et eam | empt'*ionem putat et ven*'ditionem; cuius opinionem Pro|culus secutus est. §. 141.[46] *Item* pretium in numerata pecunia con||sistere debet. *nam* 165. 26a.
in ceteris rebus an pretium esse possit, | veluti homo[47], aut toga, aut fundus alterius rei (*pretium esse possit*)[48], val|de quaeritur. nostri praeceptores putant, etiam in alia re posse | consistere pretium. unde illud est, quod vulgo putant[49], | per permutationem rerum emptionem et venditionem | contrahi, eamque speciem emptionis et venditionis[50] | vetustissimam esse: argumentoque utuntur Grae|co poeta Homero, qui aliqua parte sic ait[51]:

(ἔνθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες Ἀχαιοί,
ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτῇσι βόεσσιν,
ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.) |

diversae scholae auctores dissentiunt[52], aliudque esse e|xistimant permutationem rerum, aliud emptionem et | venditionem: alioquin *non posse* rem expe|diri, permutatis rebus, quae videatur res venisse, *et qu*|ae pretii nomine data esse; sed rursus[53] utramque | videri et venisse, et[54] pretii nomine datam | esse, absurdum videri[55]. set ait Caelius Sabinus, si rem | *a te* venalem habente[56], veluti fundum, acceperim, et | pretii nomine hominem forte dederim, fundum | quidem videri venisse, hominem autem pretii nomine da|tum esse, *ut* fund*us* acciperetur.| |

§. 142.[57] Locatio autem et conductio similibus regulis consti|tuuntur: nisi enim merces certa statuta sit,

---

sor p. r. solv. etc. 227) Cf. Epit. II, 9, §. 12. 28) Cod.: te *se* 29) Cod. *reb.* i. e. *rebus*, quod probant Brinkm. Hugo. [Ed. 2. rer*um*] 30) Cod. *ualet*, quod probant Brinkm. Hugo et Böcking. [31) Ed. 2.: *pecuniae iure naturali* de coniectura Savin.] Sched. *p̄e* [puto *p̄ec* i. e. *p̄ec*] *rei n* 32) Cod. *ut* si 33) §§. 135. 136. et 137. usque ad v. *oportet* Vid. L. 2. D. de obl. et act., item usque ad v. *promittat* tit. I. de cons. obl. Cf. Epit. II, 9, §. 13. 34) *et* in D. et I. non legitur. 35) Dig.: dicimus *obligationem*. Inst. *dicitur obligatio*. 36) Inst.: quia neque *scriptura neque praesentia omnimodo opus est, ac ne dari quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio.* 37) Dig. *negotia*. 38) Dig. et Inst. *consentire*. 39) Dig. *vel*. 40) Dig. et Inst. *nuntium*, omissis proximis *cum ... possit*. 41) *de eo* Inst. *in id*. 42) Cod. [qui h. l. mendose complura verba bis habet] *obligetur* Tum Haub.: alius *referendo* obligetur. 43) Vid. pr. I. de empt. et vend. Cf. Epit. II, 9, §. 14.

44) *simulatque* Inst., e quibus priora suppleta sunt. 45) *Pretium ... empta*. Vid. §. 1. I. t. c., ubi est *Sed et certum pretium* esse debet etc.; et paulo post *inter aliquos*. 46) *Item ... absurdum videri* Vid. §. 2. I. t. c. 47) [Ed. 2.: (*an*) homo] Cod. *hocmodo*. Tum Inst.: aut *fund.* aut *toga* 48) Ex Inst. Tum eaedem: v. *quaerebatur. Sabinus et Cassius* etiam in al. re *putant posse pr. consistere*. 49) Inst. *dicebatur*. 50) Inst.: empt. *venditionisque*. Eaedem mox *utebantur*.
51) Inst.: qui a. p. *exercitum Achivorum vinum sibi comparasse* ait *permutatis quibusdam rebus, his verbis.* Tum in Graecis *ἄλλοι δ' αὖ ῥινοῖς* et *αὐτοῖσι βόεσσιν*. Graecorum versuum loco Cod. videtur habere *et reliqua*.
52) Inst. *contra sentiebant*; et mox *existimabant*.
53) *sed rursus* Inst. *nam* 54) Sic Inst. Cod.: et *utramque* [Potuit etiam, servato *utramque*, deberi *et* ante *venisse*.] 55) Inst. *rationem non pati*. 56) *a te* etc. Cod. *tibi* uenalem *habenti* [Malim *Titio* ven. habente.] 57) Cf. Epit. II, 9, §. 19.

non videtur | locatio et conductio contrahi. §. 143. Unde si alieno arbitrio | merces promissa sit, velut quanti Ti-
166. tius aestimaver*it*, || quaeritur, an locatio et conductio
26b. contrahatur. [258]qua de causa | si fulloni polienda curandave, sarcinatori sarci|enda vestimenta dederim[59], nulla statim mercede | constituta, postea[60] tantum daturus, quanti inter nos[61] conve|nerit, quaeritur an locatio et conductio contrahatur. §. 144. Vel si | rem tibi utendam dederim, et invicem aliam rem u|tendam acceperim, quaeritur an locatio et conducti|o contrahatur. §. 145.[62] Adeo autem emptio et venditio et locatio et con|ductio familiaritatem aliquam inter se habere vi|dentur, ut in quibusdam causis quaeri soleat, utrum em|ptio et venditio contrahatur, an locatio et conductio. vel|uti si qua res in perpetuum locata sit: quod evenit in praediis | municipum, quae ea lege locantur, ut, quamdiu id[63] vecti|gal praestetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius praedium | auferatur. sed magis placuit locationem conducti|onemque esse. §. 146. Item si gladiatores ea lege tibi | tradiderim, ut in singulos, qui integri exierint, | pro sudore denarii xx mihi darentur; in eos vero singulos, | qui occisi aut debilitati fuerint, denari*i* mille: quae|ritur, utrum emptio et venditio, an locatio et condu|ctio contrahatur. et magis placuit, eorum, qui integri exierint, lo|cationem et conductionem contractam videri; at eorum, | qui occisi aut debilitati sunt, emptionem et venditionem | esse: idque ex acci-
167. dentibus apparet, tamquam sub condic*ione* || facta cuiusque
17a. venditione an[64] locatione. iam | enim non dubitatur, quin sub condicione res veniri aut locari | possint. §. 147.[65] Item quaeritur, si cum aurifice mihi convenerit, | ut is ex auro suo certi ponderis certaeque for|mae anulos mihi faceret, et acciperet[66] verbi gratia dena|rios cc[67], utrum emptio et vendit*io*, an locatio et con|ductio contrahatur[68]. Cassius ait, materiae quidem emptionem| venditionem[69] contrahi, operarum autem locationem et condu|ctionem. sed plerisque placuit[70], emptionem et venditio|nem contrahi. atqui si meum aurum ei dedero, mercede | pro opera constituta, convenit, locationem con|ductionem contrahi[71]. |

§. 148.[72] Societatem coire solemus aut totorum bonorum, aut | unius alicuius negotii[73], veluti mancipiorum emendorum aut ven|dendorum. §. 149. Magna autem quaestio fuit, an ita coiri possit socie|tas, ut quis maiorem partem lucretur, minorem | damni praestet. quod Quintus Mucius etiam *(contra naturam societatis esse censuit. Sed Servius Sulpicius, cuius)*[74] praevaluit senten|tia, adeo ita coiri posse societatem existimavit, ut dix|erit, illo quoque modo coiri posse, ut quis nihil omnino da|mni praestet, set lucri partem capiat, si modo opera eius | tam pretiosa videatur, ut aequm sit, eum cum hac partione | in societatem admitti. nam et ita posse coir*i* societa|tem constat, ut unus pecuniam conferat, alter non conferat, || et tamen lucrum inter eos commune sit: saepe 168.
enim opera ali|cuius pro pecunia valet. §. 150. Et 33b.
illud[75] certum est, si de parti|bus lucri et damni nihil inter eos convenerit, tamen[76] aequis | ex partibus commodum *aut*[77] incommodum inter | eos commune esse. sed si in altero partes expressae fue|rint, velut in lucro, in altero vero omissae, in eo quoque, quod | omissum est, similes partes erunt. [78]§. 151. Manet autem socie|tas eousque, donec in eodem sensu perseverant[79]. at cum | aliquis renuntiaverit societati, societas solvitur. | sed plane si quis[80] in hoc renuntiaverit societati, ut ob|veniens aliquod lucrum solus habeat, veluti si mi|hi[81] totorum bonorum socius, cum ab aliquo heres esset | relictus, in hoc ren*unti*averit societati, ut hereditatem | solus lucrifaciat, cogetur hoc lucrum communica|re. si quid vero aliud lucrifecerit[82], quod non captave|rit, ad ipsum solum pertinet. mihi vero[83] quidquid omni|no post renuntiatam societatem adquiritur, soli con|ceditur. §. 152. Solvitur adhuc societas etiam morte socii; | quia qui societatem *contrahit*, cert*am* personam sibi e|ligit[84]. §.[85] 153. Dicitur, et capitis diminutione solvi societatem,| quia civili ratione capitis diminutio morti — — — **[86] dicitur: [87]set | si adhuc consentiant in societatem[88], nova videtur inci|pere societas. §. 154. Item si cuius ex sociis bona publice, aut | privatim venierint, solvitur societas. sed *hoc quoque casu*[89] || societas, de *qua lo*qui- 169.
mur, nova[90] consensu contrahitur un|do iuris*que* gent*ium* 118¹.
est[91] — — —[92] omnes homines na|turali ratione *possunt.*|

§. 155.[93] *Mandatum* consistit, *sive* nostra gratia man-

258) *qua de ... convenerit.* Vid. §. 1. I. de locat. et cond. 59) Inst. *aut* sarcin. sarc. v. *quis dederit.* 60) Inst. *sed* postea 61) Inst. *quantum* inter *eos* [Ed. 2.: quant*um* Genitivum reicere non audeo.] 62) *Adeo ... an loc. et conductio.* Vid. §. 3. I. t. c., ubi legitur Adeo a. *fam. aliq. i. se h. v.* emptio et v., *item* loc. et cond., ut etc. [63) Hoc pronomen Puchta in versum proximum traicit, *id praedium*, ubi legitur in §. 3. I. t. c. Huschk. malebat *inde vectigal.* [64) Ed. 2.: a*ut*] 65) Vid. §. 4. I. t. c., ubi est: Item q. si c. a. *Titius* conv.; et mox *ei* faceret. [66) L. 2. §. 1. D. loc. cond. *acceperit*, itaque c. §. 4. I. t. c. Schraderus, neque aliter Theophilus.] 67) Inst. *aureos decem.* 68) Inst. vend. *contrahi videatur*, an loc. et cond. 69) Inst. *et* vend. 70) *plerisque placuit* Inst. *placuit tantum.* [Scribendum *placet*, propter *ait* et *convenit*: nam Gaii consuetudo in talibus nullam admittit variationem temporum.] 71) *atqui* etc. Inst. *quodsi suum* aur. *Titius dederit*, m. p. o. c., *dubium non est, quin locatio et conductio sit.* 72) Vid. pr. I. de societ., ubi tamen nonnulla addita sunt. Cf. Epit. II, 9, §. 16. 73) Inst. *negotiationis;* et mox *vendendorumque.* 74) Cf. §. 2. I. t. c. 75) [Ed. 2.: ualet. §. 150. Illud] 76) Nieb. *tum* 77) [Cod. et Ed. 2.: ut Böcking.: et] 78) §§. 151. 152. Vid. §§. 4. 5. I. t. c. Cf. Epit. II, 9, §. 17. 79) Inst. *consensu perseveraverint.* 80) Inst. *solvitur societas.* s. pl. si q. *callide* 81) *mihi* in Inst. non legitur. 82) Inst. *lucrifaciat.* 83) *mihi vero* Inst. *ei* vero, *cui renuntiatum est.* 84) Inst. *elegit.* 85) Cf. Epit. II, 9, c. §. 17. 86) Litterarum ductus nihil certi suppeditant. Simplicissimum est *adsimul*ari, vel ut fere Heffl. *aequi*perari. Huschk.: mortis *instar ha*bere.] 87) *set si* etc. Vid. §. 8. I. t. c., ubi est *sed hoc casu* si etc. 88) [Sched. *in societate*] 89) [*hoc* etc. Ita Huschk. et Heffl. Ed. 2.: ********] 90) [*de* etc. Ed. 2. habet asteriscos 17. Klenz. *denuo*; tum Heffl. *quemadmodum prior*, Huschk. *contrahi potest quia.*] 91) [*iurisque* etc. Sic Huschk. Ed. 2.: iuris**********] 92) [Gosch. *nam consentire.* Huschk. *consentire vero.*] 93) Cf. Epit. II, 9, §. 18.

demus, sive ali|*ena* — — — — negotia geras, sive *ut* alteri|us — — — — — — —** obligatio[294], et invicem | alter *al*teri tenebimur — — — — — — — *[95] | mihi bona fide praestare oportere. §. 156. Nam si tua gratia tibi man|dem, *su*pervacuum est mandatum: quod enim tu tua gratia factu|*rus* sis, id ex *tua* sententia, *non* ex meo mandatu face|re '*videberis*. *it*'aque si otiosam pe*cuniam* domi te *ha*|'*bere mihi dixeris e*'*t* ego te hortatus fuerim,| *ut eam* fenerares: quamvis eam ei mutuam dederis, a quo | *servare non* potueris; non tamen habebis mecum *manda*|*ti actio*nem. ita*que*[96] et si hortatus sim, | '*ut rem a*'liquam emeres, *quamvis*[97] non expedierit tibi, eam emis|se, non tamen — — — — — *[98] et adeo haec ita sunt, ut quae|ratur[99], an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut *Titi*|o pecuniam '*fenerares*'. [300] — — — — — — — | ——— ✓. 3. ——— | — *quia* non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum esset. | §. 157. Illud — — — — — — mande*tur*[1],
170. quod contra bonos mores || est, non contrahi obligatio-
181b. nem: velut si tibi mandem, ut Titio fur|tum, aut iniuriam facias. §. 158. Item si qui*d* pos*t* mortem meam | faciendum mande*tur*[2], inutile mandatum est, quia generaliter | placuit, ab heredis persona obligationem incipere non | posse. [3]§. 159. Sed recte quoque consumma*tum* man|datum si, dum adhuc integra res sit, revocatum fuerit, | evanescit. §. 160. Item si adhuc integro mandato mors | alterutrius alicuius[4] interveniat, id est, vel eius, qui mandarit, vel | eius[5], qui mandatum susceperit, solvitur mandatum. sed utilita|tis causa receptum est, ut[6] si mortuo eo, qui mihi mandave|rit, ignorans eum decessisse, exsecutus fuero man|datum, posse me[7] agere mandati actione: alioquin iusta| et probabilis ignorantia damnum mihi adferret[8]. | et *huic* simile est, quod plerisque placuit, si debitor me|us manumisso dispensatori meo per ignorantiam solve|rit, liberari eum[9]; cum alioquin stricta iuris ratione | non posset[10] liberari eo, quod alii solvisset, quam cui solvere de|beret. | §. 161. Cum autem is, cui recte mandaverim, egressus fuerit man|datum, ego quidem eatenus cum eo habeo mandati actionem, | quatenus mea interest', inplesse cum mandatum, | si modo implere potuerit: at ille mecum agere non potest. | itaque si mandaverim tibi, ut verbi gratia fundum | mihi sestertiis c emeres, tu *sestertiis* CL emeris, non habeb*is* mecum || mandati actionem, etiamsi 171.
tanti velis mihi dare fundum, qu|anti emendum tibi man- 18a.
dassem. idque maxime Sa|bino et Cassio placuit. [11]quodsi minoris emeris, habebis me|cum scilicet actionem, quia qui mandat, ut e milibus emere|tur, is utique mandare intellegitur, uti minoris, si posset[12], | emeretur. §. 162. In summa sciendum (*est*, *quoties faciendum*) aliquid gratis | dederim, quo nomine, si mercedem statuissem, | locatio et conductio contraheretur, mandati esse actionem: | veluti si fulloni polienda curandave vestimen|ta, aut sarcinatori sarcienda (*dederim*). |

[13]§. 163. Expositis generibus obligationum, quae ex contractu[14] | nascuntur, admonendi sumus, adquiri nobis non solum | per nosmet ipsos, sed etiam per eas personas, quae in nostra po|testate, manu, mancipiove sunt[15]. §. 164. Per liberos quoque homines[16] | et alienos servos, quos bona fide possidemus, adquiritur | nobis; sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis[17] suis, | vel ex re nostra adquirant. §. 165. Per eum quoque servum, in quo | usumfructum[18] habemus, similiter ex duabus istis | causis nobis adquiritur. §. 166. Sed qui nudum ius Quiritium in servo | habet, licet dominus sit, minus tamen iuris in ea re | habere intellegitur, quam usufructuarius et bo|nae fidei possessor. nam placet, ex nulla causa ei[19] adqui|ri posse; adeo ut, etsi nominatim ei dari stipulatus | fuerit servus, mancipiove nomine eius acceperit, ||quidam existiment, ni- 172.
hil ei adquiri. §. 167. [20] Communem servum | pro 18b.
dominica parte dominis adquirere certum est; ex|cepto eo, quod uni nominatim stipulando, | aut mancipio[21] accipiendo, illi soli adquirit, | velut cum ita stipuletur: TITIO DOMINO MEO DARI[22] SPON|DES? aut cum ita mancipio accipiat: HANC REM EX IURE QUIRITIUM LUCII TITII | DOMINI MEI ESSE AIO, EAQUE EI EMPTA ESTO HOC AERE AENEA|QUE LIBRA. illud quaeritur *an* quod domini nomen adie|ctum efficit, idem faciat unius ex dominis | iussum intercedens. nostri praeceptores perinde ei, qui

---

294) Fortasse sic legendum: Mandatum c., s. n. g. m., s. aliena, *id est*, [Malim *nam*, vel *itaque*] *sive ut mea* neg. ger., s. u. a., *mandem tibi. erit inter nos* obligatio.
95) [Huschk. parum probabiliter, *in id quantum paret mo tibi atque te*] 96) Sched. *Ita** [Melius *Item*.]
97) Cod. *q* Scriptum oportebat *q̄n*. [Cf. §. 6. I. de mand.]
98) In Cod. sic esse puto: *m̄dati* (i. e. mandati) *tibi tenebor*. 99) *et adeo ... fenerares*. Vid. §. 6. I. de mand., ubi est: ut *quaesitum sit*. 300) In Inst. post v. *fenerares* ita legitur: *Sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium esse in hoc casu mandatum*, quia non etc. 1) Sententiae convenit, ut legamus: Illud *constat*, *si tale quid* mandetur. Cf. §. 7. I. t. c.
[2) Ed. 2.: Item si quis p. m. m. (*aliquid mihi*) f. mandet Cod *siquis* et *m̄det*] 3) §§. 159. 160. Vid. §§. 9. 10. I. t. c., ubi est *Recte* quoque *mand. contractum si* etc. 4) [*alterutrius alicuius* Sic Cod. Ed. 2. cum Inst. omittit *alicuius*.] 5) Inst. *mandaverit*, vel *illius* 6) [*ut* a Gösch. deletum restitui. Cf. Comm. IV, §. 61. L. 1. §. 2. D. ad SC. Trebell. L. 62. pr. D. ad l. Falcid. L. 3. §. 1. D. de term. moto. Vatic. fragm. §. 127. Hygin. de controv. agr. §. 31. Blum. Sicul. Flacc. p. 1. Turn. Livius V, 15, 11. Gellius III, 2.] 7) Inst.: qui *tibi mandaverat, tu* ignorans ... *fueris* ... posse *te* ...
8) Cod.: mihi *non adferet*. Inst. *tibi afferet*.
9) Inst. *quod placuit*, si *debitores* man. *dispensatore Titii*, p. ign. *liberto solverint*, lib. *eos*. 10) Cod. et Inst. *possent* Tum Inst. *liberari*, *quia* al. *solvissent* q. e. s. *debuerint*.
11) *quodsi* etc. Vid. §. 8. I. t. c., ubi est habebis *scilicet cum eo* act., *quoniam* qui m. ut *sibi* centum *aureorum fundus* em., is ut. *mandasse* intell. 12) [*possit* Ed. 2. et Inst.] 13) §§. 163...165. Vid. pr. §§. 1. 2. I. per q. pers. nob. oblig. acq. 14) Inst.: contr. *vel quasi ex contractu*. Paulo post *vosmet* ipsos, et convenienter cetera. 15) Inst.: potest. *sunt*, *veluti per servos vestros* etc. 16) Inst. *Item* per lib. *homines*
17) Inst. *operibus* 18) Inst.: usumfr. *vel usum*
19) Cod.: nulla c̄ (i. e. causa) *alia* ei 20) *Communem ... spondes?* Cf. §. 3. I. t. c. 21) *aut mancipio* Cod. n̄ (vel) *mancipiando* ā (aut) mancipio Inst.: aut *per traditionem*. 22) Inst. *dare*

iusse|rit, soli adquiri existimant, atque si nominatim | ei soli stipulatus esset servus, mancipiove acce|pisset. diversae scholae auctores proinde utrisque | adquiri putant, ac si nullius iussum intervenisset.

§. 168. [323] (Tol|litur autem obligatio praecipue solutione eius, quod debeatur. | unde quaeritur, si quis consentiente creditore a|liud pro alio solverit, utrum ipso iure liberetur, quod | nostris praeceptoribus placet [24]; an ipso iure maneat | obligatus, set adversus petentem exceptione | doli mali defendi debeat, quod diversae scholae au|ctoribus visum est.

[25] §. 169. Item per acceptilationem tollitur obli|gatio. acceptilatio autem est veluti [26] imaginaria solutio. quod | enim ex verborum obligatione tibi debeam, id si velis mi|hi [27] remittere, poterit sic fieri, ut patiaris haec 173. verba m|e dicere: QUOD EGO TIBI PROMISI, HABESNE ACCE- 36b. PTUM? et | tu respondeas: HABEO. §. 170. Quo genere, ut diximus, (*tantum hae obligationes solvuntur, quae ex verbis consistunt*) [28], non | etiam ceterae. consentaneum enim visum est, verbis factam | obligationem posse aliis verbis dissolvi. set *et* [29] id, quod ex | alia causa debeatur, potest in stipulationem deduci et | per acceptilationem (*dissolvi*. §. 171. *Ex*) imaginaria solutione tamen [30] mulier | sine tutoris auctoritate acceptum facere non potest; cum alioquin solvi ei sine tutoris auctoritate [31] | possit. §. 172. Item quod debetur [32], pro parte — — — — —* [33] re|cte solvitur [34]: an autem in partem acceptum fieri *possit quae*|situm est.

§. 173. (*Est*) etiam alia species imaginariae solutionis per aes | et libram. quod et ipsum genus certis in causis rece|ptum est: veluti si quid eo nomine debeatur, quod per aes et libram | gestum *est* [35], sive *quid* ex iudicati causa debit*um* (*sit*). §. 174. Adhib*entur* autem | non minus quam quinque testes et libripens. deinde is, qui liberatur [36], | ita oportet loquatur: QUOD EGO TIBI TOT MILIBUS EO NOMINE —* | — — — —** [37] SOLVO LIBEROQUE HOC AERE AENEAQUE | LIBRA HANC TIBI LIBRAM PRIMAM POSTREMA*M* — — | — — — — — —* [38] deinde asse percutit libram *eumque* | *dat ei*, a quo liberatur, veluti solvendi causa. §. 175. Similiter lega|tarius heredem eodem modo liberat de legato, quod per damnatio|nem relictum est, ut tamen — — — — — — — — — — ** | —* esse significat — — — — — — — esse di|cat [39]. de eo tamen *tantum* potest hoc [40] modo liberari, quod pondere, nu|mero constet; et ita si certum sit. quidam et de eo, || quod mensura constat, *idem* [41] existimant. 174. 36b.

[42] §. 176. Praeterea no|vatione tollitur obligatio; veluti si quod tu mihi debeas, a | Titio dari stipulatus sim [43]. nam interventu novae personae no|va nascitur obligatio, et prima tollitur translata | in posteriorem. adeo ut in*ter*dum, licet posterior sti|pulatio inutilis sit, tamen prima novationis iure tol|latur: veluti si quod mihi debes, a Titio post mortem eius, vel a muli|ere pupillove sine tutoris auctoritate stipulatus fuero. quo casu rem | amitto [44]: nam et prior debitor liberatur, et posterior | obligatio nulla est. non idem iuris est si a servo sti|pula|tus fuero: nam tunc proinde adhuc obligatus tenetur, | ac si postea a nullo stipulatus fuissem [45]. §. 177. Sed si eadem | persona sit, a qua postea stipuler [46], ita demum novatio | fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit; for|te si condicio, vel sponsor, aut dies [47] adiciatur, aut *de*trahatur. | §. 178. Sed quod de sponsore dixi, non constat. nam diversae scholae | auctoribus placuit, nihil ad novationem proficere sponso|ris adiectionem aut detractionem [48]. §. 179. [49] Quod autem diximus, si con|dicio adiciatur novationem fieri, sic intellegi *oportet*, | ut ita dicamus factam novationem, si condicio ex|titerit: alioquin si defecerit, durat prior obliga|tio. sed videamus, num is, qui eo nomine agat, doli mali, aut pa|cti conventi exceptione possit summoveri. *et* vi|detur inter eos id actum, ut ita ea res peteretur, si posterioris|| stipulationis exstiterit condicio. 175. 43b. Servius tamen Sulpicius | existimavit, statim, et pendente condicione, novatio|nem fieri, et si defecerit condicio. ex neutra causa agi | posse: eo modo rem perire. qui consequenter et illud re|spondit, si quis id, quod sibi Lucius Titius deberet, a servo fuerit | stipulatus, novationem fieri et rem perire; quia cum servo | agi non potest. sed in utroque casu alio iure utimur. non magis his | casibus novatio fit, quam si id, quod tu mihi debeas, a peregrino, | cum quo sponsus [50] communio non est, SPONDES verbo stipu|latus sim.

§. 180. Tollitur adhuc obligati|o litis contestatione, si modo legitimo iudicio fuerit a|ctum. nam tunc obligatio quidem principalis dissolvitur, | incipit autem *te*neri reus litis contestatione: set si | condemnatus sit, sublata litis contestatione, inci|pit ex causa iudicati te-

323) Cf. pr. I. quib. mod. obl. toll. Epit. II, 10, pr. 24) [Immo *placuit*. Cf. not. 270.] 25) §§. 169. 170. Vid. §. 1. I. t. c. 26) Inst. *Est autem acceptilatio* 27) Inst. *Titio debetur*, id si *velit Titius*, et cetera consequenter. 28) Ex Iust. [Ed. 2.: tantum *eae solvuntur obligationes*, quae] 29) *sed et* Inst. codices plerique omnes. Schrad. *sed*. Cod. Veron. *set* 30) [Ed. 2.: per acc. imag. solutione (*dissolvi*). §. 171. Tamen] 31) [Ed. 2.: sine tutore, typographi neglegentia. Ed. 1.: sine tutore auctore. Vid. Comment. II. n. 129*.] 32. 34) *debetur* et *solvitur* c. §. 1. I. t. c. Cod. *debet* et *solvit* Huschkio probatur *solvit* 33) Sched. fere sic: *debet rectill**** Andr. *creditori volenti*. Huschk. *debitor volenti* 35) Cod. *ēt*. i. e. etiam [Fortasse *esset*]. Idem mox *debit* [Fortasse *debebitur*.] 36) Sched. *liberat* 37) [Huschk. *iure nexi sum damnas*] 38) [Huschk.: postremam*que secundum legem publicam* [39) Ego et Rudorff. coniuncta opera e vestigiis litterarum haec eruimus: ut tamen *scilicet, sicut iudicatus sententia damnatum se* esse significat, *ita heres iudicio defuncti se damnatum* esse dicat.] 40) Haud scio, an in Cod. sit: *h̄* (heres) *eo* 41) Cod. *ind* 42) §§. 176. 177. Vid. §. 3. I. t. c. 43) Inst.: veluti si *id*, q. tu *Seio* deb., a T. d. st. *sit*. 44) Inst.: nov. iure *tollitur*: vel si *id*, quod *tu Titio* debebas, *a pupillo* s. t. a. st. *fuerit*. quo c. *res* amittitur 45) Inst.: si a servo *quis* st. *fuerit*: n. t. *prior* pr. *obligatus manet*, ac si p. *nullus* st. *fuisset*. 46) Inst. *stipuleris* 47) Inst.: condicio *aut* dies aut *fideiussor* [48) Cod. et Ed. 2. *detractationem*] 49) *Quod* ... *prior obligatio*. Vid. c. §. 3. I. t. c. 50) Cod. *sponsio* [Sav. *sponsus* vel *sponsi*. Ed. 2.: sponsio*nis*]

neri. et hoc (*est*), quod aput veteres scriptum est [351]: ante | litem contestatam dare debitorem oportere; post litem con|testatam condemnari oportere; post condemnationem iudicatum | facere oportere. §. 181. Unde fit, ut si legitimo iudicio debitum peti|ero, postea de eo ipso iure agere non possim, quia inutiliter inten|do, DARI MIHI OPORTERE; quia litis contestatione dari oportere de|siit. aliter atque si imperio continenti iudicio ege|rim: tunc enim nihilominus obligatio durat, et ideo ipso | iure postea agere possum; sed debeo per exceptionem rei iudica|tae vel in iudicium deductae summoveri. quae autem legitima
176. (*sint*) [52]|| iudicia, et quae imperio contineantur, sequenti
43a. commentario [53] | referemus. |

§. 182. [54] Transeamus nunc ad obligationes, quae ex delicto oriun|tur; veluti si quis furtum fecerit, bona rapuerit, damnum | dederit, iniuriam commisserit: quarum omnium re|rum uno genere consistit obligatio; cum ex contractu obligatio|nes in IIII genera deducantur, sicut supra [55] exposuimus. |

§. 183. [56] Furtorum autem genera Servius Sulpicius et Masurius Sabinus IIII esse | dixerunt, manifestum et nec manifestum, conceptum et obl|atum: Labeo duo, manifestum, nec manifestum; [57] nam conceptum et o|blatum species potius actionis esse furto cohaerentes, | quam genera furtorum; quod sane verius videtur, sicut | inferius [58] apparebit. §. 184. Manifestum *furtum* quidam id es|se dixerunt, quod *dum fit* deprehenditur. alii *vero* ulterius, | quod eo loco deprehenditur, ubi fit: velut si in oliveto olivarum, | in vineto uvarum furtum factum est, quamdiu in eo oliveto, aut | vineto fur sit; aut si in domo furtum factum sit, quam|diu in ea domo fur sit. alii adhuc ulterius '*eousque*' [59] manifestum furtum esse dixerunt, donec perferret eo, | quo perferre fur destinasset. alii adhuc ulterius, quandoque eam rem | fur tenens visus fuerit; quae sententia non optinuit. set et illorum | sententia, qui existimaverunt, donec perferret eo, quo fur desti|nasset, deprehensum fur*tum* — — — — — — — | — — —
177. a*liquam* — — — — * dubitatione*m* [60] || u*nius* diei a*n* [61] etiam
34a. plurium dierum spatio id terminan|dum sit. quod eo pertinet, quia saepe in aliis civitatibus surre|p*tas* res in alias civitates vel in alias provincias destinat | fur perferre. ex duabus itaque superioribus opinionibus | alterutra approbatur: magis tamen plerique posteriorem proban*t*. | [62] §. 185. Nec manifestum furtum quod [63] sit, ex iis [64], quae diximus, intellegitur. nam | quod manifestum non est, id [65] nec manifestum est. §. 186. Conceptum furtum | dicitur, cum aput aliquem, testibus praesentibus, furtiva res quae|sita et inventa est [66]. nam in eum propria actio constituta est, quamv|is fur non sit, quae appellatur concepti. | §. 187. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva tibi ab aliquo [67] obla|ta sit, eaque aput te concepta sit; utique si ea men|te data tibi [68] fuerit, ut aput te potius, quam *aput* eum, qui dede|rit, conciperetur. nam tibi, aput quem concepta est [69], propria | adversus eum, qui optulit, quamvis fur non sit, constituta est ac|tio, (*quae*) appellatur obl*ati*. §. 188. Est et*iam* prohibiti furti adversus eum, qui fur|tum quaerere [70] volentem prohibuerit. |

§. 189. Poena manifesti furti ex lege XII tabularum capitalis erat. nam | liber verberatus addicebatur ei, cui furtum fecerat. | utrum autem servus efficeretur ex addictione, an ad|iudicati loco constitueretur, veteres quaerebant. — * | — — — — — — — * * [71] postea inprobata est aspe|ritas poenae, et tam ex servi persona, quam ex liberi qu|adrupli actio Praetoris edicto constituta est. || §. 190. Nec manifesti furti poena per le- 178.
gem (*XII*) tabularum dupli inrogatur; | quam etiam Prae- 34b.
tor conservat. §. 191. Concepti et oblati poena ex lege XII tabularum | tripli est; quae similiter a Praetore servatur. §. 192. Prohibiti actio | quadrupli ex edicto Praetoris introducta (*est*); lex autem eo nomine nul|lam poenam constituit. hoc solum praecipit [72], ut qui quaerere | velit, nudus quaerat, linteo cinctus, lancem habens; | qui si quid invenerit, iubet id lex furtum manifestum esse. | §. 193. Quid sit autem linteum, quaesitum est. set verius *est*, consu|ti genus esse, quo necessariae partes tegerentur. quare lex | tota ridicula est. nam qu*i* vestitum quaerere prohibet, is et nu|dum quaerere prohibitur*us* est: eo magis, quod ita quaesita res in|venta maiori poenae subiciatur. deinde quod lancem si|ve ideo haberi iubeat, ut manibus occupantis nihil su|biciatur, sive ideo, ut quod invenerit ibi imponat, neutrum | eorum procedit, si id, quod *quae*ratur, eius magnitudinis aut naturae sit, ut | neque subici, neque ibi inponi possit. certe non dubitatur, | cuiuscumque materiae sit ea lanx, satis legi fieri. §. 194. Pro|pter hoc tamen, quod lex ex ea causa manifestum furtum esse iubet, | sunt, qui scribunt, furtum manifestum aut lege, aut natura (*intellegi*): lege id ipsum, | de quo loquimur, natura illud, de quo superius expo|suimus. sed verius est, natura tantum manifestum furtum | intellegi. neque enim lex facere potest, ut qui manifestus fu|r non *sit*, manifestus sit; non magis, quam [73] qui omnino fur non sit, | fur sit, et qui adulter aut homicida non *sit*, adulter vel || homicida sit. at illud sane lex facere potest, ut 179.
perinde | aliquis poena teneatur atque si furtum, vel ad- 45b.
ulteri|um, vel homicidium admisisset, quamvis nihil eorum admiserit. |

---

351) *quod* etc. Cod. *q̄a p* (i. e. quia per) ueteres *s̄c.tum* (senatusconsultum) Debebat esse *q̄. āp.* uet. *s̄.tum* 52) [Ed. 2.: (*sint*) legitima] 53) §§. 104. 105. 109. 54) Cf. Epit. II, 10, §. 1. 55) §. 89. 56) Cf. Epit. II, 10, §. 2. 57) *nam* etc. Vid. §. 3. I. de oblig. q. ex delict. nasc., ubi legitur *sunt* pro *esse*, et omissa sunt v. *quod s. v. videtur.* 58) §§. 186. 187. 59) [E not. Ed. 2. Cf. Comm. II, 67. 213. III. 151.] 60) [Non satis tuto haec ita formamus: furtum *manifestum esse, inprobata est, quod dicebatur* aliquam *admittere* dubitationem.] 61) [*unius* etc. Ed. 2.: *************] 62) §§. 185...188. Vid. §§. 3. 4. I. t. c. 63) Inst. *quid* 64) Inst. *his* Cod. *is* 65) Inst.: id *scilicet* 66) Inst. *sit* 67) Inst. *ab aliquo* tibi 68) Inst. *tibi* data 69) Inst. *sit* 70) Inst.: furti *actio* a. e. q. f. q. *testibus praesentibus* [71) Ed. 2.: in eum autem, qui ******************** Cod., ut visum est iis qui eum inspexerunt, *ineū atquerberat* — — — — Fortasse *servum aeque verberatum e saxo deiciebant.*] [72) Cod. et Ed. 2.: praecepit] [73) Ed. 2.: quam (*ut*)]

§. 195.[374] Furtum autem fit non solum, cum quis intercipiendi causa | rem alienam amovet; set generaliter cum qui rem ali|enam[75] invito domino contrectat. §. 196. Itaque si quis re, qu|ae aput eum deposita sit, utatur, furtum commit|tit. et si quis utendam rem acceperit, eamque in alium | usum transtulerit, furti obligatur: [76] veluti si [77] quis ar|gentum utendum acceperit, (*quod*) quasi amicos ad cen|am invitaturus rogaverit [78], et id peregre secum tule|rit: aut si quis ecum gestandi gratia commodatum [79] lon|gius *secum* [80] aliquo duxerit; quod veteres scripserunt de | eo, qui in aciem [81] perduxisset. §. 197. Placuit tamen eos, qui *rebus* | commodatis aliter uterentur, quam utendas acce|pissent [82], ita furtum committere, si intellegant, id | se [83] invito domino facere, cumque si intellexisse*t* non | permissurum: et si permissurum crederent, extra | furti crimen videri [84]: optima sane distinctione, quia | furtum sine dolo malo [85] non committitur. §. 198. Set *et* si credat ali|quis, invito domino se rem *con*trectare [86], domino autem | volente id fiat, dicitur furtum non fieri. unde illud | quaesitum [87] est, cum Titius servum meum sollicitar*it* [88], | ut quasdam res
180. mihi subriperet et ad eum perferret, (*et servus*) || id ad
54a. me pertulerit, ego, *d*um volo [89] Titium in ipso delicto | deprehendere, permiseri*m servo*, quasdam res ad eum perfer|re: utrum furti, an servi corrupti iudicio | teneatur Titius mihi [90], an neutro. responsum, neutro eum | teneri: furti ideo, quod non invito me res contrectaret [91]; ser|vi corrupti ideo, quod deterior servus factus non est. [92] | §. 199. Interdum autem etiam liberorum hominum furtum fit; velut si quis | liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, sive eti|am uxor, quae in manu nostra sit, sive etiam iudicatus, vel | auctoratus meus [93] subreptus *fuerit*. §. 200. Aliquando etiam *suae* rei| quisque furtum committit; veluti si debitor rem, | quam creditor*i* pignori [94] dedit, subtraxerit, vel si bonae fidei pos|sessori rem meam possidenti subripuerim. unde | placuit eum, qui serrum suum, quem alius bona fido pos|sidebat, ad se reversum celaverit, furtum commit|tere.

§. 201. Rursus ex diverso interdum (*rem*) alienam occu|pare et usucapere concessum est, nec creditur fur|tum fieri: velut res hereditarias, quarum *non prius* [95] nactus pos|sessionem [96] necessarius heres esset; nam necessa|rio herede extante placuit, ut pro herede usucapi possit. de*bi*|tor *quoque*, *qui* fi*duciam*, *quam* creditor*i* mancipaverit, aut in *iu*|re cesserit, d*'etinet'*, *ut* superiore commentari|o [97] rettulimus, sine furto possidere et usucapere potest. | §. 202. [98] Interdum furti tenetur, *qui* ipse furtum non fecerit: qualis || est, cuius ope, consilio [99] 181.
furtum factum est. in quo nu|mero est, qui nummos tibi 46b.
excussit, ut eos alius surri|peret; vel opstitit tibi, ut alius surri|peret: aut [400] oves aut | boves tuas [1] fugavit, ut alius eas exciperet [2]. et hoc ve|teres scripserunt de eo, qui panno rubro fuga|vit armentum. sed si qui*d* per lasciviam, et non data o|pera, ut furtum committeret*ur*, factum sit [3], videbimus, | an utilis *Aquiliae actio* dari [4] debeat; cum per legem Aquiliam, | quae de damno lata (*est*), etiam culpa puniatur. |

[5] §. 203. Furti autem *a*ctio ei conpetit, cuius interest rem salvam esse, li|cet dominus non sit. itaque nec domino aliter conpetit, | quam si *eius in*ter*s*it, rem non perire. §. 204. Unde constat, credito|rem de pignore subrepto furti agere posse [6]. adeo | quidem, ut quamvis ipse dominus, id est [7], ipse debitor eam | rem subripuerit, nihilominus creditori conpetat [8] acti|o furti. §. 205. Item si fullo polienda curandave, aut sar|cinator sarcienda vestimenta mercede certa ac|ceperit, eaque furto amiserit, ipse furti habet actionem, | non dominus: quia domini nihil *interest*, ea [9] non perisse, cum iudi|cio locati a fullone aut sarcinatore suum *persequi* | poss*it* [10]. si modo is fullo aut sarci*na*tor (*ad*) rem praestandam | sufficiat [11]: nam si solvendo non est, tunc quia ab eo dom*inus* | *suum* consequi non potest, ipsi [12] furti actio conpetit, quia hoc | casu ipsius interest, rem salvam esse. §. 206. Quae de fullone || aut sarci*na*tore diximus, eadem transferemus 182.
et ad eum, cui | rem commodavimus [13]. nam ut illi mer- 46c.
cedem capien|do custodiam praestant [14], ita is [15] quoque

---

374) Vid. §. 6. I. t. e. Cf. Epit. II, 10, §. 3. 75) Inst.: cum *quis alienam* rem [quis etiam Ed. 2.] Mox Inst. *contractat.* 76) Cf. c. §. 6. I. t. c. Epit. II, 10, §. 4. 77) *veluti si* — §. 198 *an neutro* Vid. c. §. 6. et §§. 7. 8. I. t. c. 78) *quod* et *rogaverit* om. Inst. 79) Inst.: gest. *causa* comm. *sibi* 80) Cod. *cum* Inst. omittunt. 81) Inst.: aciem *equum* 82) Inst. *acceperint* 83) Inst.: si *se* int. id 84) Inst. *ac* si p. *credant*, e. *crimen* videri. [Böcking. mavult *set si* vel *at si.*] 85) Inst.: sine *affectu furandi.* 86) Inst.: rem *commodatam sibi contractare* 87) In Cod. additur *et probatum* 88) Inst.: servum *Maerii sollicitarerit*; et mox: res *domino subripiat* et ad e. *perferat.* [Ed. 2.: sollicita*uerit* Cod. *colligitaret*] 89) Inst.: id ad *Maevium* pert., *Maevius*, dum *vult*; et mox *permiserit* [Ed. 2.: ego (*autem*), cum uolo Cod. *ego cum uolo*] 90) *mihi* om. Inst. 91) [Immo *contrectarit*] 92) §. 199. §. 200 — *subtraxerit.* Vid. §§. 9. 10. I. t. c., ubi est: Interdum *etiam* lib. 93) *sive et. uxor* etc. Haec in Inst. omissa sunt. 94) *pignori* Inst. *pignoris causa* [95) *non prius* Ed. 2.: *****] Sched. *n̄pp̄m* Sav. et Heis. *nondum* [Huschk. *qui prius*] [96) Cod. addit *a* virgula transfixum, quod potest esse *enim*, *nihil*, *nisi*: mihi videtur deletum esse. Huschk. *quam.*] 97) §§. 59. 60. 98) §. 202 — *dari debeat* Vid. §. 11. I. t. c. 99) Inst.: ope *et* consilio 400) *qui nummos* etc. Inst.: qui *tibi* numm. e., ut a. e. *raperet*, *aut* o. t., ut al. *rem tuam exciperet*, *vel* [1) Ed. 2.: oues tuas aut boues, contra fidem Codicis.] 2) Inst. *caperet.* 3) *sed* etc. Inst.: sed si quid *eorum* p. l., et n. d. o., ut f. *admitteretur*, f. *est*, *in factum* actio d. debeat. 4) *Aquil. actio dari* Ita Cramer. Cod. *atquedeari* 5) §§. 203...208. Vid. §§. 13...18. I. t. e. 6) In Inst. additur: *etiamsi idoneum debitorem habeat*, *quia expedit ei*, *pignori potius incumbere*, *quam in personam agere.* 7) *ipse* etc. Haec in Inst. omissa sunt. 8) Inst. *competit* 9) Inst.: interest *eam rem* [In Cod. videtur esse *id ē ea*] 10) Cod.: suum *sequi p'sset* Inst. *rem suam* persequi *potest.* 11) *si modo* etc. Haec immutata sunt in Inst. 12) *non est* etc. Inst.: solv. non *sunt*. t. q. ab iis *suum dom*. e. n. *possit*, ipsi *domino* 13) Inst.: Quae de f. *et* s. dix., eadem *et ad* eum, cui *commodata res* est, *transferenda veteres existimabant.* 14) Inst.: nam ut *ille fullo* m. *accipiendo* c. *praestat* 15) Inst. *is* Cod. *hi* [Ed. 2.: hic]

utendo commodum | percipiendo[416] similiter necesse habet, custodiam | praestare. §. 207. Sed is, apud quem res deposita est, custodiam | non praestat, tantumque[17] in eo obnoxius est, si quid ipse | dolo fecerit. qua de *causa* (*si*) res ei subrepta fuerit, quae res|tituenda est, eius[18] nomine depositi non *tene*|tur, nec ob id eius interest, rem salvam esse: furti itaque age|re non potest; set ea[19] actio domino competit.

§. 208. In summa | sciendum est, quaesitum esse, an impubes rem alie|nam *amovendo* furtum faciat. plerisque[20] placet, quia fur|tum ex ad*fectu* consistit, ita demum obligari | eo crimine impuberem, si proximus pubertati | sit, et ob id intellegat, se delinquere. |

§. 209.[21] Qui res alienas rapit, tenetur et*iam* furti. quis enim magis | alienam rem invito domino *con*trectat, quam qui rapit? itaque | rect*e dict*um est[22], eum improbum furem esse. set[23] propriam | actionem eius *del*icti nom*ine* Praetor introduxit, quae appella|tur vi bonorum raptorum. et est intra annum quadru|pli actio[24], post annum simpli. quae actio utilis est, etsi quis[25] u|nam rem, licet minimam, rapuerit. |

§. 210.[26] Damni iniuriae actio constituitur per legem Aquiliam, cu|ius primo capite cautum est, (*ut*) si
183. quis hominem alienum, || eamve[27] quadrupedem, quae
41a. pecudum numero sit, iniuria | occiderit, quanti ea res in eo anno pluri|mi fu*er*it, tantum domino dare damnetur. §. 211. Is[28] iniuria autem | occidere intellegitur, cuius dolo aut culpa id accide|rit. nec ulla alia lege damnum, quod sine iniuria datur, re|prehendi*tur*. itaque inpunitus est, qui sine culpa et dolo ma|lo casu quodam damnum committit. §. 212. Nec solum corpus | in actione huius legis aestimatur, sed sane si servo occi|so plus dominus capiat damni, quam pretium servi *sit*, id[29] quoque | aestimatur: velut si servus meus ab aliquo heres insti|tutus, antequam iussu meo hereditatem cerneret, oc*cisus* | fuerit; non enim tantum ipsius pretium aestimatur, sed et | hereditatis amissae quantitas. item si ex gemellis, vel ex comoe|dis, vel ex symphoniacis unus occisus fuerit, non solum | occisi fit aestimatio, sed eo amplius[30] computatur, quod ce|teri, qui supersunt, depretiati sunt. idem iuris est etiam, si[31] ex pari | mularum unam, vel etiam ex quadrigis[32] equorum u|num occiderit. §. 213. Cuius autem servus occisus est, is liberum | arbitrium habet, vel capitali crimine reum facere | eum, qui occiderit, vel hac lege damnum persequi. §. 214. Quod autem | adiectum est in hac lege: QUANTI IN EO ANNO PLURIMI EA RES | FUERIT, illud efficit, si clodum[33] puta, aut luscum servum oc|ciderit, qui in eo anno integer fuerit[34], (*ut non quanti mortis tempore, sed quanti in eo anno plurimi fuerit,*) aestimatio fiat[35]. quo fit, ut quis plus in*ter*dum *con*sequatur[36], quam ei damnum || datum 184.
est. | 41b.

§. 215. Capite secun*do* (*in*) adstipulatorem, qui pecuniam in frau|dem stipulatoris acceptam fecerit, quanti ea res esset, tan|ti actio constituitur. §. 216. *Qua* et ipsa parte legis damni nomine actio|nem introduci manifestum est. sed id caveri non fuit necessari|um, cum actio mandati ad eam rem sufficeret; nisi quod ea le|ge adversus infitiantem in duplum agitur. |

§. 217.[37] Capite tertio de omni cetero damno cavetur. itaque si | quis servum, vel eam quadrupedem, quae pecudum nu|mero (*est, vulneraverit, sive eam quadrupedem, quae pecudum numero*)[38] *non est*[39], velut canem, aut feram bestiam, vel*ut* ursum, leo|nem[40], vulneraverit vel occiderit, ex hoc[41] capite actio | constituitur. in ceteris quoque[42] animalibus, item in omni|bus rebus, quae anima carent, damnum iniuria datum | hac parte vindicatur. si quid enim ustum, aut ruptum, aut | fractum (*fuerit*), actio hoc capite constituitur: quamquam potuerit | sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere; | ruptum (*enim intellegitur, quod quoquo modo corruptum*) est. unde non so*lum usta, aut* rupta[43], aut fracta, set | et*iam* scissa et collisa et effusa et — —[44] aut perempta | atque deteriora facta hoc verbo continentur. §. 218.[45] Hoc tamen capite | non quanti in eo anno, sed quanti in diebus xxx proxumis e|a[46] res fuerit, damnatur is, qui damnum dederit. ac ne | PLURIMI quidem verbum adicitur. et ideo quidam * *[47] puta|verunt, liberum esse — — — — — — * * die|bus
— — — — — — adiceret[48], *quo* plurimi || res fuit, vel 185.
alium[49], quo minoris fuit.[50] sed Sabino placu|it, perinde 48b.
habendum, ac si et*iam* hac parte PLURIMI verbum | adiectum esset: nam legis latorem contentum fuis|se[51], (*quod prima parte eo verbo usus esset*). §. 219.[52] Et

---

416) *utendo* etc. Inst. *qui commodum utendi percipit.* 17) Inst. *sed tantum;* et mox *dolo malo.* 18) *quae* etc. Inst. *quia restituendae* eius *rei,* postea omisso *itaque* 19) Inst. *furti* 20) Inst. *et* pro *plerisque* 21) Vid. pr. I. de vi bon. rapt., ubi est *quidem* etiam 22) Cod. *q́ rapit itaq̄ rectum ē* Inst. qui *vi* rapit? *ideoque* recte d. est 23) Inst.: sed *tamen* 24) *actio* deest in Inst. 25) Inst. *etiam* si quis 26) Vid. pr. I. de leg. Aquil. 27) *eamve* Inst. *alienamve* 28) [*is* delendum est. Cf. §. 2. I. t. c.] 29) *sit id* Huschk. Cod. *sid* [Ed. 2.: sit] 30) Cod. amplius *q́* [Inst. amplius *id quoque*] 31) [Ed. 2.: si (*quis*). Cf. §. 10. I. t. c.] [32) Ed. 2.: quadriga, ex c. §. 10. I. t. c.] [33) Ed. 2.: efficit, (*ut*) si (*quis*) clandum] 34) Cod. *fuit* 35) [*ut non* etc. Ed. 2.: aestimatio fiat (*non quanti m. t., s. q. in eo a. p. fuerit*). Supplementum Gösch. petiit ex §. 9. I. t. c., ubi tamen non legitur *mortis tempore*, sed *is hodie erit*, unde poterat scribi *is tum erit.*] 36) Cod.: ut qui *s̄* plus *indum sequat'* 37) Vid. §. 13. I. t. c. 38) Ex Inst. 39) *non est* Sched. *de* 40) *velut* (Cod. *ū* i. e. vel) *ursum, leonem.* Haec in Inst. non leguntur. 41) Inst. *aut* occid., *hoc.* Sed eaedem paulo post *actio ex* hoc cap. const. 42) Inst.: quoque *omnibus.* 43) *aut rupta* om. Inst. 44) Brinkm.: et *deiecta* [Malim: et *diruta* Cf. L. 27. §. 31. D. ad leg. Aquil.] Inst. et *quoquo modo.* 45) *Hoc tamen ... adicitur.* Vid. §§. 14. 15. I. t. c. 46) *ea* deest in Inst. Eaedem mox *obligatur.* [47) Huschk. *d. s.* i. e. diversae scholae. Gösch. malebat *d. s. a.* (auctores)] 48) Loci sententia haec videtur: liberum esse *iudici arbitrium, ex* diebus xxx *proxumis vel eum eligere* etc. [49) *alium* Sic Hefft. Ed. 2. *eum*] Cod. *am*(vel *pi*)*o*(vel *u*) 50) Vid. c. §. 15. I. t. c., ubi legitur Sed Sab. *recte* pl., per. *habendam aestimationem* etc. 51) *esset* etc. Inst. *fuisset*: nam *plebem Romanam, quae Aquilio tribuno rogante hanc legem tulit, contentam* fuisse; et deinde *usa est.* 52) Vid. §. 16. I. t. c., ubi est *Ceterum* pla-

placuit, ita demum ex ista[453] lege actionem esse, si quis[54] | corpore suo damnum dederit. *at*qui[55], alio modo damno | dato, utiles actiones dantur[56]: velut si quis alienum homi|nem, *aut* pecudem incluserit et fame necaverit[57], | aut iumentum tam vehementer egerit, ut rumperetur;[58] (*aut*)[59] | si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascen|deret, vel in puteum descenderet, et (*is*) si[60] ascendendo | aut descendendo ceciderit, aut mortuus fuerit, aut aliqua | parte corporis laesus sit[61]. item[62] si quis alienum | servum de ponte *aut* ripa in flumen proiecerit[63], et is suf|focatus fuerit, *hunc*[64] corpore suo damnum dedis|se eo quod proiecerit, non difficiliter intellegi potest. |

§. 220.[65] Iniuria autem committitur non solum cum quis pugno pulsa*tus*, *aut* | fuste percussus, vel etiam verberatus erit, sed et[66] si cui convi|cium factum fuerit; sive quis bona alicuius quasi debi|toris, sciens eum ipse[67] nihil debere sibi, proscripserit; | sive quis[68] ad infamiam alicuius libellum aut carmen | scripserit[69]; sive quis matrem familias aut praetextatum[70] | adsectatus fuerit; et denique aliis pluribus modi|s. §. 221.[71] Pati *autem* iniuriam videmur non solum per nosmet ip|sos, sed et*iam*
186. per liberos nostros, quos in potestate habemus; || item
48ᵃ. per uxores nostras, quae in manu nostra *sunt*[72]. itaqu|e si — — *[73] filiae meae, quae Titio nupta est, iniuriam fece|ris, non solum filiae nomine tecum agi iniuriarum | potest, verum etiam meo quoque et Titii nom*ine*[74].

§. 222.[75] Servo autem ipsi | *quidem* nulla iniuria intellegitur fieri, sed domino per eum | fieri videtur: non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos | nostros[76] vel uxores iniuriam pati videmur, sed ita cum | quid atrocius commissum fuerit, quod aperte in *contum*|eliam domini fieri videtur[77]; veluti si quis alienum servum | verberaverit: et in hunc casum formula[78] proponi|tur. at si qui[79] servo convicium fecerit, vel pugno eum per|cusserit, non proponitur ulla formula, nec teme|re petenti datur[80]. |

§. 223.[81] Poena autem iniuriarum ex lege XII tabul*arum* pro|pter membrum quidem ruptum talio erat: propter os[82] vero fra|ctum aut collisum trecentorum assium poena e|rat, velut[83] si libero os fractum erat: at si servo CL: propter | ceteras vero iniurias XXV assium poena er*at* con|stituta. et videbantur illis temporibus, in magna | paupertate, satis idoneae istae pecuni*ari*ae poenae[84]. |

§. 224. Set nunc alio iure utimur. permittitur enim no|bis a Praetore *ipsis*[85] iniuriam aestimare, et iudex vel tan|ti condemnat, quanti nos aestimaverimus, vel minoris pro|*ut* ill*i* *v*isum fuerit. set cum atrocem iniuriam Praetor || aestimare soleat, si simul constituerit, 187.
quantae pe|cuniae nomine fieri debeat vadimonium, hac 39ᵃ.
ipsa quantita|te taxamus formulam, et iudex, *quamvis* possit vel mino|ris damnare, plerumque tamen propter ipsius Praetoris au|ctoritatem non audet minuere condemnationem. |

§. 225.[86] Atrox autem iniuria aestimatur vel ex facto, velut si quis ab a|liquo vulneratus, aut verberatus fustibusve caesus | fuerit[87]; vel ex loco, velut si cui in theatro, aut in foro[88] in|iuria facta sit; vel ex persona, velut si magistratus iniu|riam passus fuerit, vel senatoribus ab humili perso|na facta sit iniuria[89]. [90] ||

———————————————————————— 188.

———————————————————————— [91] 39ᵇ.

---

453) Malim *ipsa*. Inst. *hac* 54) Inst.: quis *praecipue*. 55) Cod. *q́*, pro *atq́*, ut videtur; nisi quis delendam potius existimet siglam *q́*. [Non absurdum fuerit *quia*.] Inst.: *Ideoque in eum, qui*; et mox: *damnum dederit*. 56) Inst. *dari solent*. 57) Inst: si quis *hominem* alienum, aut *pecus ita* incluserit, *ut* fame *necaretur*. 58) In Inst. adiicitur: *aut pecus in tantum exagitaverit, ut praecipitaretur*. 59) Ex Inst. 60) [*is, si* Ita Sav. Cod. *si* Ed. 2. *is*] Inst. om. *si* et *ceciderit*. Eaedem *vel* descend. 61) *sit* Inst. *utilis in eum actio datur*. 62) Cod. *itemp* Inst. rectius *Sed* exhibent: sequens enim species a praecedentibus longe diversa est. 63) Inst. *deiecerit*. 64) *hunc* Cod. **u*(vel *q*)*hic* [Malim *tum hic*] Inst. verba *eo quod proiecerit* huc revocant. 65) Vid. §. 1. I. de iniur. 66) Inst.: pugno *puta* (alii *pulsatus*) aut *fustibus caesus* vel c. v. e., sed *etiam*. 67) [Cod. *ipsi* Ed. 2. omittit.] 68) Inst. sive *cuius* bona, q. d., *possessa fuerint ab eo, qui intellegebat, nihil eum sibi debere; vel si* quis 69) Inst.: scripserit, *composuerit, ediderit, dolove malo fecerit quo quid eorum fieret*. 70) Inst.: praetextatum *praetextatamve*. In iisdem hic alia addita. 71) Vid. §. 2. I. t. c., ubi est *Patitur* autem *quis* iniuriam non solum per *semetipsum*, et cetera consequenter. 72) *uxores* etc. Inst. *uxorem suam*; *id enim magis praevaluit*. Pro *sunt* Cod. *sint*. [Res exigere videtur ut scribamus: ux. n., *quamvis* in m. *non sint*.] 73) Cod.: si *veliiae* sive *veltiae*. Inst., hoc omisso, *si filiae alicuius*. [Est sane incommodum *si vel Titiae*, vel *sive L. Titiae*, nec multo aptius Huschkianum *si Meviae*. Librarius mentem correctoris non percepit, qui cum male scriptum esset *si titiae*, adiecerat *vel filiae*.] (Immo: itaque si *verbi gratia* Gaius scripsisse putandus est, ut III. 112. IV. 152. Böcking.) 74) Inst.: tecum *iniur. agi* potest, *sed* etiam *patris* q. et *mariti* nomine. 75) Vid. §. 3. I. t. c., ubi legitur *Servis* autem *ipsis*; et mox *fieri intellegitur*; tum *per eos*. 76) *nostros* et mox *iniuriam pati videmur* omittunt Inst. 77) *quod* etc. Inst. *et* quod ap. *ad* cont. dom. *respicit* 78) Inst. *actio*. 79) [Ed. 2. et Inst.: si quis] 80) *non prop*. etc. Inst. *nulla in eum actio domino competit*. 81) *Poena ... fractum*. Vid. §. 7. I. t. c. 82) Inst. *ossum*. 83) [Scribendum *scilicet*, vel *utique*.] 84) Cod. *pecuniae penae ne* [Huschk. *pecuniae poenae esse*.] 85) *ipsis* Cod. *ses* Cf. c. §. 7. I. t. c. ubi haec leguntur: *Sed postea praetores* permitte*bant* ipsis, *qui iniuriam passi sunt, eam* aestimare, *ut* iudex vel tanti *condemnet*, quanti *iniuriam passus aestimaverit*, vel minoris, prout *ei* visum fuerit. 86) Vid. §. 9. I. t. c., ubi deest *autem*. 87) Inst.: vulneratus *fuerit vel fustibus* caesus. 88) Inst.: *vel* in foro, *vel in conspectu praetoris*. 89) Inst.: vel *si senatori* ab humili *iniuria facta sit* etc. 90) In Cod. versus finem huius paginae maioribus litteris scriptum extat: *l̄ib m̄ explic* 91) Pagina 188. vacua.

GAII INSTITVTIONVM

COMMENTARIVS QVARTVS.

——————— ———————[1]|

189. 52a. §. 1. quot genera actionum sint, verius videtur, duo esse: in | rem, et in personam. nam qui IIII esse dixe*runt* ex sponsionum | generibus, non animadverterunt, quasdam species actio|num inter genera se rettulisse. §. 2. In personam actio est, qua agimus, | quotiens cum aliquo[2], qui nobis vel ex contractu, vel ex delicto obli|gatus est, (*contendimus*), id est, cum intendimus, dare, facere, praestare oporte|re. §. 3. In re*m* actio est, cum aut corporalem rem intendimus no|stram esse, '*aut* i'us aliquod nobis conpetere, velut utendi, aut uten|di fruendi, *eu*ndi, agendi, aquamve ducendi, vel altius | tollendi, '*vel pr*'ospiciendi. item actio ex diverso adversario| est neg*ati*va. [3] §. 4. Sic itaque discretis actionibus certum est, | '*non pos*'se nos rem nostram ab alio ita [4] petere: SI PARET | EUM DARE OPORTERE. nec enim, quod nostrum est, nobis dari potest: cum solum | id dari nobis intellegatur, quod (*ita datur, ut*) nostrum fiat; nec res, | quae nostra (*est*), amplius (*nostra*) fieri potest[5]. plane odio furum, quo magis | pluribus actionibus teneantur, effectum est, ut extra poe|nam dupli aut quadrupli, rei recipiendae nomine fu|res ex hac actione etiam[6] teneantur: SI PARET EOS DARE OPORTERE: | quamvis sit etiam adversus eos haec actio, qua rem nostram | esse petimus. | §. 5. Appellantur[7] autem in rem quidem actiones vindicationes, | in personam vero actiones, quibus dare fierive[8] oportere inten|dimus, condictiones.

§. 6. Agimus autem interdum, ut rem tantum con||-
190. 52b. sequamur; interdum ut poenam tantum; alias ut rem et poe|nam. §. 7. Rem tantum persequimur; velut actionibus[9] ex contractu agimus. | §. 8. Poenam tantum consequimur velut actione furti, et ini|uriarum, et secundum quorundam opinionem a*ctio*ne vi bono|rum raptorum: nam ipsius rei et vindicatio et condictio no|bis competit. §. 9. Rem vero et poenam persequimur velut ex his | causis, ex quibus adversus infitiantem in duplum agi|mus: quod accidit per actionem iudicat*i*, depensi, damni | in'*iuriae*' — — * reru*m* legat*a*rum nomine, quae per damna|tionem certae relictae sunt[10].

§. 10. Quaedam praeterea sunt actio|nes, quae ad legis actionem exprimuntur; quaedam sua vi ac po|testate constant. quod ut manifestum fiat, opus est, ut | prius de legis actionibus loquamur. |

§. 11. Actiones, quas in usu veteres habuerunt, legis actio|nes appellabantur, vel ideo quod legibus proditae erant, qui|ppe tunc edicta Praetoris, quibus conplures actiones introductae | sunt, nondum in usu habebantur; vel ideo quia ipsarum | legum verbis accommodatae erant, et ideo inmu|tabiles proinde atque leges observa*b*antur. unde eum[11] qui de | vitibus succisis ita egisset, ut in actione vites nomi|naret, responsum est, eum rem perdidisse[12], quia de|buisset arbores nominare eo, quod lex XII tabularum, ex qua | de vitibus succisis actio conpeteret, generaliter de ar|boribus succisis loqueretur. §. 12. Lege autem agebatur modis|| quin- 191. 78b. t. s.
que: sacramento; per iudic*i*s postulationem; per con|dictionem; per manus iniectionem; per pignoris ca|ptionem.|

§. 13. Sacramenti actio generalis erat: *de* quibus enim rebus | ut aliter ageretur lege cautum non erat, de *his* sacra|mento agebatur. eaque actio perinde periculos*a* erat | falsi — —[13] atque hoc tempore periculosa est actio cer|tae creditae pecuniae propter sponsionem,

---

1) Versus primus et secundi principium nihil scripti continent. Praeter rubricam, si quam Gaius apposuit, tale quid deperditum esse crediderim: *Superest, ut de actionibus loquamur.* (Conf. pr. I. de act.) *Si quaeritur.* 2) [Ed. 2.: actio est, quotiens cum aliquo agimus Restitui quod habet Cod., addito ubi facile excidere potuit *contendimus.*] 3) §§. 4. 5. Vid. §§. 14. 15. I. de act. 4) *nos* etc. Inst. *actorem* r. *suam ita* ab *aliquo* 5) Inst.: nec en. quod *actoris* est, *id ei* dari *oportet, quia scilicet* dari *cuiquam id intellegitur*, q. i. d., ut *eius* fiat; n. r., q. *iam actoris* est, *magis eius* fieri potest. 6) Inst.: fures *etiam hac* actione; et mox: q. *sit* adv. eos *etiam* haec actio, *per quam* rem *suam quis* esse *petit.* 7) Inst. *Appellamus* 8) [Ed. 2.: dar*i* fieriue] Inst.: dare *facere.* [9) Addendum *quibus.* Diversum dicendi genus est in IV, 17. 54. 66.] 10) [Ex Add. Ed. 2., quae habet in contexto: in*iur*iae — — — — legatorum etc. cert*a* relict*a* sunt.] (Fortasse pro: — — * rerum legat*a*rum etc. legas: a*dstipulationis* causa, legatorumve ... cert*a* relicta sunt. Cf. III. 126. Bg.) 11) [*cum* Ita Heff. Sched. et Ed.: eum] 12) [Ed. 2. omittit *eum.*] Cod.: responsum cum *rem* perdidisse *e'* (est) 13) [*falsi* etc. Ed. 2. habet 13 asteriscos. Savin. *falsiloquis* Huschk. *falsi convictis* Ego *falsi no-*

qua periclita|tur reus si temere neget, *et* restipulationem, qua pe|riclitatur actor si non debitum petat: nam qui victus erat | summam sacramenti praestabat poenae nomine; *eaque* | i*n publicum cedeb*at, *praedes*que eo nomine Praetor*i* dab*an*|*tur*, non ut nunc sponsionis et restipulationis poe|na lucro cedi*t* adv*e*rsari*o*, qui vicerit. §. 14. Poena autem sa|cramenti aut quingenaria erat, aut quinquagenaria. *nam* | de rebus mille aeris plurisve quingentis assibus, | de minoris[14] '*vero*' quinquaginta assibus sacramento con|tendeb*atur:* nam '*ita*' lege xii tabularum cautum erat. *sed si de libertat*|e hominis *controv*ersia erat, etsi pretiosissimus homo esset, | tamen ut L assibus sacramento contendere*tur* e*adem* lege cau|tum est favoris *causa*, *ne* s*a*tisd*a*tione o*n*erarentur[15] adserto-

192\. res || ——————— ỳ. 10. ——————— | — — —

78ª. t. s. — — — — — — — — — — — ** i|stae omnes actiones — — — — — — — — * | ——————— ỳ. 5. ——————— | — — — — — — — — — — — captus — — | ——————— ỳ. 5. ——————— | — —

193\. — — — — — — §. 15. ad iudicem accipiundum || venirent.

107ª. postea vero reversis dabatur —* xxx.[16] iu|dex: *idque* per legem Pinariam factum est; ante eam autem | legem — —*[17] dabatur iudex. illud ex superioribus[18] in|tellegimus, si de re minoris quam (*m*) aeris agebatur, quin|quagenario sacramento, non quingenario eos con|tendere solitos fuisse. postea tamen quam iudex datus esset,| comperendinum diem, ut ad iudicem venirent, | denuntiabant. deinde cum ad iudicem venerant, antequam aput| eum *causam*[19] perorarent, solebant breviter ei et quasi per | indicem rem exponere: quae dicebatur causae col|le|ctio[20], quasi causae suae in breve coactio.| §. 16. Si in rem agebatur, mobilia quidem et moventia, quae modo in | ius adferri adducive possent, in iure vindicaban|tur ad hunc modum. qui vindicabat, festucam te|nebat. deinde ipsam rem adprehendebat, velut hominem, | et ita dicebat: NUNC EGO HOMINEM EX IURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO| SECUNDUM SUAM CAUSAM, SICUT DIXI. ECCE TIBI VINDICTAM| INPOSUI. et simul homini festucam inponebat. ad|versarius eadem similiter dicebat et faciebat. cum | uterque vindicasset, Praetor dicebat: MIT*T*ITE AMBO HOMI|NEM. illi mittebant. qui prior vindica(*verat, ita alterum interroga*)bat: POSTULO, ANNE | DICAS, QUA EX CAUSA VINDICAVERIS. ille respondebat: IUS PEREGI SICUT VIN|DICTAM INPOSUI. deinde qui prior vindicaverat, dicebat: | QUANDO

194\. TU INIURIA VINDICAVISTI, || D AERIS SACRAMENTO TE PRO-

107ᵇ. VOCO. adversarius quoque dicebat: SIMILITER EGO TE; *seu* L[21] asses sacramenti nomina|bant. deinde eadem sequebantur quae cum[22] in personam ageretur. postea | Praetor secundum alterum eorum vindicias dicebat, id est, in|terim aliquem possessorem constituebat, eumque in|bebat praedes adversario dare litis et vindiciarum,| id est, rei et fructuum: alios autem praedes ipse Praetor ab utro|que accipiebat sacramenti, quod id in publicum cede|bat. festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo | quodam iusti dominii; *maxime* (*enim*)[23] sua esse credebant, | quae ex hostibus cepissent: unde in centumviralibus iudici|is hasta praeponitur. §. 17. Si qua res talis erat, | ut (*non*) sine incommodo posset in ius adferri vel addu|ci, velut si columna, aut grex alicuius pecoris esset, pars a|liqua inde sumebatur: deinde in eam partem, quasi in | totam rem praesentem, fiebat vindicatio. itaque ex gre|*g*e vel una *o*vis aut capra in ius adducebatur, vel *etiam* pilus | inde sumebatur et in ius adferebatur. ex nave vero et | columna aliqua pars defringebatur. similiter si de | fundo, vel de aedibus, sive de hereditate controversia erat, | pars aliqua inde sumebatur et in ius adferebatur, | et in eam partem perinde atque in totam rem praesentem | fiebat vindicatio: velut ex fundo gleba sumebatur, et e|x aedibus tegula, et si de hereditate controversia erat, aeque ||[24]

— — — — — — qualem — — — — — — — * | 195.

——————— ỳ. 2. ——————— | 96ᵇ.

§. 18. Et haec quidem actio proprie *con*dictio vocabatur: nam actor adver|sario denunti*a*bat, ut ad iudicem capiendum die x|xx. adesset. |[25] nunc vero non proprie condictionem dicimus actionem in personam (*esse*, *qua*)[26] | intendimus, dare no*bis*[27] oportere: nulla enim hoc tempore eo | nomine denuntiatio fit. §. 19. Haec autem legis actio constituta | est per legem Siliam et Calpurniam: lege quidem Silia cer|tae pecuniae, lege vero Calpurnia de omni certa re. | §. 20. Quare autem haec actio desiderata sit, cum de eo, quod nobis da|ri oportet, potuerimus sacramento, aut per iudicis postulationem | agere, valde quaeritur.

§. 21. Per manus iniectionem aeque (*de*) | his rebus agebatur, de quibus ut ita ageretur, lege *aliqua*[28] | cautum est; velut iudicati lege xii tabularum. quae actio talis erat: qui | agebat, sic dicebat: QUOD TU MIHI IUDICATUS SIVE DAMNATUS | ES SESTERTIUM X MILIA, QUAE DOLO *MALO* NON SOLVISTI, OB EAM REM EGO TIBI SESTERTIUM | X MILIUM IUDICATI MANUS INICIO; et simul aliquam partem | corporis eius prendebat. nec licebat iudicato

---

mine. Hollw. *kal.niosis* (calumniosis).] 14) [Ed. 2.: minori*bus*] 15) *causa* etc. Ita Sav. e vestigiis scripturae. [Hefft. *pluris datione*, vel *praedis datione.*] 16) Sententiae convenire crederes: *post diem* trigesimum. Vid. Ascon. in Verrin. Lib. I, cap. 9, p. 164. ed. Bait. [Hefft. *a* $\overline{xii}$ (decemviris) *xxx* (die trigesimo). Huschk. *is* (iis) *ex xii xxx.* Sched. *u.ūt.* $\overline{xxx}$. vel *uear xxx* vel *qcxii xxx*] 17) Buttm. *confestim,* Hollw. *statim.* [Hefft. *nondum.*] 18) §. 14. 19) Sched. *q*; pro c̄. 20) An *coniectio*? Cf. Ascon. l. c., Gellius V, 10, item L. 1. D. de R. I. 21) [*seu L* ex not. Ed. 2., monstratum a Savinio.] 22) [Ed. 2.: deinde sequebantur quaecumque (*si*)] Sched. *dd.* (deinde) *adseq̄bantur qc'q* (quaecumque) In quibus Baumb. ultimam *q* spuriam esse suspicatur. [*ead.* debetur Klenzio.] 23) *maxime enim* Sic Savin. Sched. *oxxım*(?)*e* 24) Folium, quod hanc olim excipiebat paginam, deperditum esse constat. Cuius folii argumentum triplex fuisse mihi persuadeo: tractatus de sacramenti actione continuatio et finis; deinde actionis, quae per iudicis postulationem fieri dicebatur, descriptio; denique illius articuli, in quo condictionis indolem Gaius noster exposuit, pars prior: posteriorem exhibet pag. 195. 25) *nunc vero* etc. Vid. §. 15. I. de act., ubi est *abusive* pro *non proprie.* 26) Ex Inst. [*esse* om. Ed. 2., non Latine.] 27) Sched.: intendimus *ıd* (debuit esse *d*) *no**** Inst. *actor intendit, dari sibi* [Ed. 2.: dari Scripsi *dare* cum Hefft. et hic et ubicumque Cod. habebat *d̄*] 28) Cod.

ma|num sibi depellere, et pro se lege agere; set vin-
di|cem dabat, qui pro se causam agere solebat: qui vin-
di|cem non dabat, domum ducebatur ab actore et vin|-
ciebatur. §. 22. Postea quaedam leges ex aliis qui-
196. busdam causis || pro iudicato manus iniectionem in quosdam
96a. dederunt: | sicut lex Publilia in eum, pro quo sponsor
dependis|set, *si* in sex mensibus proximis, quam pro eo
depensum | esset, non solvisset sponsori pecuniam: item
lex Fu|ria de sponsu adversus eum, qui a sponsore plus|
quam virilem partem exegisset: et denique conplu|res
aliae leges in multis causis talem actionem de|derunt.
§. 23. Set aliae leges ex quibusdam *causis*[29] | consti-
tuerunt quasdam actiones per manus iniecti|onem, sed
puram, id est, non pro iudicato: velut le*x* (*Furia*) testa-
mentaria | advers*us* e*um*, qui legatorum nomine mortisve
causa plus | *M*[30] assibus cepisset, cum ea lege non esset
exceptus, ut ei | plus capere liceret: item lex Marcia
adversus faenera|tores, ut si usuras exegissent, de his
reddendis | per manus iniectionem cum eis ageretur.
§. 24. Ex quibus le|gibus, et si quae aliae similes es-
sent, cum agebatur, manum | sibi depellere et pro se
lege agere (*licebat*). nam et actor in ipsa | legis actione
non adiciebat hoc verbum PRO IUDICATO, | sed nominata
causa, ex qua agebat, ita dicebat[31]: OB EAM REM | EGO
TIBI MANUM INICIO: cum hi, quibus pro iudicato actio
da|ta erat, nominata causa, ex qua agebant, ita infere-
bant: | OB EAM REM EGO TIBI PRO IUDICATO MANUM INICIO.
nec | me praeterit, in forma legis Furiae testamentariae
PRO IUDICA|TO verbum inseri, cum in ipsa lege non sit:
197. quod videtur || nulla ratione factum. §. 25. Sed post-
110a. ea lege — —[32], exce|pto iudicato et eo, pro quo de-
pensum est, ceteris omnibus, | cum quibus per manus
iniectionem agebatur, permissum est, | sibi manum de-
pellere et pro se agere. itaque indica|tus et is, pro quo
depensum est, etiam[33] post hanc legem vindicem | dare
debebant: et nisi darent, domum ducebantur. | idque[34]
quamdiu legis actiones in usu erant, semper ita ob|ser-
vabatur: unde nostris temporibus is, cum quo | indicati
depensive agitur, iudicat*um* solvi satisda|re cogitur. |
§. 26. Per pignoris capionem lege agebatur de qui-
busdam re|bus moribus, (*de quibusdam*) lege. §. 27. In-
troducta est moribus rei mili|taris. nam[35] propter stipen-
dium *l*icebat militi, ab eo, qui dis|*tri*buebat[36], nisi daret,
pignus capere: dicebatur autem | ea pecunia, quae sti-
pendii nomine dabatur, aes milita|re. item propter eam
pecuniam licebat pignus capere, ex | qua *equus* emendus
erat: quae pecunia dicebatur aes e|questre. item propter
eam pecuniam, ex qua hordeum equis erat | comparan-
dum: quae pecunia dicebatur aes hordiarium. §. 28. Lege
autem | introducta est pignoris capio velut lege XII ta-
bularum ad|versus eum, qui hostiam emisset, nec pretium
red|deret: item adversus eum, qui mercedem non red-
de|ret pro eo iumento, quod quis ideo *l*ocasset, ut inde
pecuniam | acceptam in da*p*em, id est, in sacrificium
inpenderet. || item lege — — —[37] data est pignoris ca- 198.
ptio publicanis | vectigal*ium* pu*b*licorum populi Romani 110b.
adversus eos, qui aliqua | lege *vectigalia* deberent.
§. 29. Ex omnibus autem istis cau|sis certis verbis pi-
gnus capiebatur; et ob id plerisque | placebat, hanc
quoque actionem legis actionem esse. quibusdam | autem
(*non*) placebat[38]: primum quod pignoris captio extra
ius | peragebatur, id est, non aput Praetorem, plerum-
que etiam absente | adversario, cum alioquin ceteris acti-
onibus non aliter uti | poss*ent*[39], quam aput Praetorem,
praesente adversario: praeterea nefa|sto quoque d*i*e, id
est, quo non licebat lege agere, pignus capi | poterat. |
§. 30. Set istae omnes legis actiones paulatim in
odium ve|nerunt. namque ex nimia subtilitate veterum,
qui tunc iura con|diderunt, eo res perducta est, ut vel
qui minimum errasset, *l*|*item* perderet. itaque per legem
Aebutiam et duas Iulias subla|tae sunt istae legis actio-
nes, effectumque est, ut per concepta ver|ba, id est, per
formulas litigaremus. §. 31. Tantum ex du|abus cau-
sis permissum est lege[40] | agere: damni infecti, et si
centumvirale iudicium fit — | — — ⁎⁎[41] cum ad cen-
tumviros itur, ante lege agitur sacra|mento aput Praeto-
rem urbanum vel peregrinum. propter damn*um* ve|ro in-
fect*um* nemo vult lege agere; set potius *stipula*|*tione*,
quae in edicto proposita est, obligat adversarium| — —[42]
quod *et* commodius ius *et* p*l*enius est. per pignoris ||
———————————————————————————————— 199.
———————————————————————————————— || 77b t. s.
apparet. §. 32. Item[42*] in ea forma, quae publicano 200.
proponitur, talis | fictio est, ut quanta pecunia olim, si 77a t. s.
pignus captum | esset, id pignus is, a quo captum erat,
luere deberet,| tantam pecuniam condemnetur. §. 33. Nulla
autem formula ad con|dictionis fictionem exprimitur. sive
enim pecuniam, sive rem | aliquam certam debitam nobis
petamus, eam ipsam | dari nobis oportere intendimus,
nec ullam adiungimus | condictionis fictionem. itaque si-
mul intellegimus, e|as formulas, quibus pecuniam aut rem
aliquam nobis dare[43] oportere in|tendimus, sua vi ac po-
testate valere. eiusdem na|turae sunt actiones commodati,
fiduciae, negotiorum ge|storum et aliae innumerabiles. |

---

agl̓ia, quod Savin. et Hugo immutari nolebant.
29) Cod.: set aliae leges *in multis causis* ex qbdam *si*
30) Cod. perperam *c* Vid. supra Comm. II, §. 225.
31) [Ed. 2. adiiciebat, errore Göschenii.] 32) Cod. *uallia*, aut certe *uania* vel *ualeia*. An *Villia*? an *Velleia*? Huschk. *Valgia*. [Hefft. *Varia*.] Savin. *Aquilia* Cf. supra not. 28. 33) *est' etiam* Sched. *ēet*. (esset.); pro *ē. ēt*. 34) [Sched. et Ed. 2.: itaque] Mox Cod. *obseruabantur*. 35) Cod. *ñ* (nam) *et* 36) Cod. *q̓distruebat* [Niebuhr. *qui aes tribuebat*. Legendum puto vel *qui id is* (iis) *tribuere debebat*, vel *qui* (i. e. cui) *id tribuebatur* s. *adtribuebatur*.] 37) Sched. ⁎⁎⁎⁎*toria* An *Plaetoria*? [Dirks. *censoria*, Klenz. *quoque Thoria*.] 38) [Hoc nimis breviter dictum. Gösch. temptabat: quibusdam autem *legis actionem non esse* placebat. Hollw.: quib. aut. *contrarium* placebat.] 39) [Cod. et Ed. 2. *possit*, haec quidem addito post *alioquin* verbo (*aliquis*).]
40) Cod.: *p̄missum ē. id legis āonem facere* lege
41) [Huschk. temptat *proinde* (vel *propterea*) *hodieque*. Sed hoc de plebe vocabulum Gaio adscribere non audeo.]
42) Sched. Blum. ⁎*e*⁎*mɔg* Hefft. *per magistratum*.
42*) [Ed. 2.: §. 32. apparet ⁎⁎ Cod. post *apparet* videtur interductum habere et litteras *ꝑt* i. e. *item*.]
43) [Ed. 2.: dar*i* Cod. *dare* omnibus litteris.]

§. 34. Habemus adhuc alterius generis [44] fictiones in quibus|dam formulis: velut cum is, qui ex *edicto* bonorum possessionem *petiit*, ficto | se herede agit. cum enim praetorio iure *et* non legitimo suc|cedat in locum defuncti, non habet directas actio|nes, et neque id, quod defuncti fuit, potest intendere suum | *esse*, *neque id, quod defuncto* debebatur, potest intendere *dare* [45] *sibi* oportere: *ita*|que *ficto* se herede intendit, veluti *hoc modo*: IUDEX ESTO. SI AUL|US AGERIUS, id est, ipse actor, *LUCIO TITIO* HERES *ESSET*, TUM *SI* FUNDUM [46], | DE QUO AGITUR, EX IURE QUIRITIUM *EIUS ESSE OPORTERET*. vel si in *personam* agatur [47], | praeposita simili *fictione* — * [48] ita subicitur: TUM SI PA|RET NUMERIUM NEGIDIUM AULO (*AGERIO*) SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE. §. 35. Similiter et bonorum emptor | ficto se herede agit. sed
201. interdum et alio modo agere solet. || nam ex persona
55a. eius, cuius bona emerit, sumpta inten|tione, convertit condemnationem in suam personam, | id est, ut quod illius esset, vel illi dare [49] oporteret, eo nomine adver|sarius huic condemnetur: quae species actionis ap|pellatur Rutiliana, quia a Praetore Publio Rutilio, qui et bono|rum venditionem introduxisse dicitur, conparata *est*.| superior autem species actionis, qua ficto se herede bonorum emptor | *agit*, Serviana vocatur. §. 36. (*Eiusdem generis est quae Publiciana vocatur*). [50] datur autem haec actio ei, qui ex iusta causa | traditam sibi rem nondum usucepit, eamque amis|sa possessione petit. nam quia non potest eam ex iure Quiritium suam esse in|tendere, fingitur rem usucepisse, et ita quasi ex iure Quiritium do|minus factus esset, inten*dit* hoc modo: IUDEX ESTO. SI QUEM| HO*M*INEM AULUS AGERIUS EMIT, *ET IS* [51] EI TRADITUS EST, ANNO POSSEDIS|*SET*, TUM SI EUM HOMINEM, DE QUO AGITUR, EIUS EX IURE QUIRITIUM ESSE OPORTERET | *et reliqua*. §. 37. Item civitas Romana peregrino fingitur, si eo | nomine agat, aut cum eo agatur, quo nomine nostris le|gibus actio constituta est, si modo iustum sit, eam actionem | etiam ad peregrinum extendi: velut si furti | agat peregrinus, aut cum eo agatur. in (*peregrinum*) [52] formula ita concipitur: IUDEX ESTO. SI PA|RET (*OPE*) CONSILIOVE DIONIS HERMAEI FILI*I* [53] FURTUM FA|CTUM ESSE PATERAE AUREAE, QUAM OB REM EUM, SI CIVIS ROMANUS ESSET, | PRO FURE DAMNUM DECIDERE OPORTERET et reliqua. | item si peregrinus furti agat, civitas ei Romana fin|gitur. similiter si ex lege Aquilia pere-
202. grinus damni || iniuriae agat, aut cum eo agatur, ficta
55b. civitate Romana indici|um datur. §. 38. Praeterea *aliquando* fingimus, adversarium | nostrum *capite* deminutum [54] non esse. nam si ex contractu nobis obligatus obli|gatave sit, et capite deminutus deminutave fuerit, velut mulier | per coemptionem, masculus per adrogationem, desinit iure | civili debere nobis, nec directo intendere — [55], dare | eum eamve oportere: sed ne in potestate eius sit, ius nostrum cor|rumpere, introducta est contra eum eamve actio *utilis*, | rescissa capitis deminutione, id est, in qua fingitur capite deminutus deminutave | non esse.

§. 39. Partes autem formularum hae sunt: demonstratio, in|tentio, adiudicatio, condemnatio. §. 40. Demonstratio | est ea pars formulae, quae praecipue id*eo* inseritur, ut demon|stretur res, de qua agitur. velut haec pars formulae: | QUOD AULUS AGERIUS NUMERIO NEGIDIO HOMINEM VENDIDIT. item haec: QUOD AULUS AGERIUS (*APUT*) NUMERIUM NEGIDIUM | *HOMINEM* DEPOSUIT. §. 41. Intentio est ea pars formulae, | qua actor desiderium suum concludit. velut haec pars | formulae [56]: SI PARET, NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE. item haec: | QUIDQUID PARET NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE (*OPORTERE*). item haec: SI PARET, HOMINEM | EX IURE QUIRITIUM AULI AGERII ESSE. §. 42. Adiudicatio est ea pars formulae, qua | permittitur iudici rem alicui ex litigatoribus adiudi|care: velut si inter coheredes familiae erciscundae agatur, aut inter socios communi dividundo, | aut inter vicinos finium regundorum. nam illic *ita est*: QUAN*TUM* | ADIUDICARI OPORTET, IUDEX TITIO ADIUDICATO. §. 43. Condemna|tio est ea pars formulae, qua iud*ici* condemnandi ||
absolvendive potestas permittitur. velut haec pars | for- 203.
mulae: IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTER- 51a.
TIUM X MILIA CONDEMNA: SI NON PARET,| ABSOLVE. item haec: IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DUMTAXAT (*X MILIA*) CONDEMNA: S|I NON PARRET, ABSOLVITO. item haec: IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO [57] CONDEMNA|TO et reliqua, ut non adiciatur * *. §. 44. Non *tamen* [58] istae omnes par|tes simul inveniuntur, sed quaedam inveniuntur, quaedam | non inveniuntur. certe intentio aliquando sola inve|nitur, sicut in praeiudicialibus formulis: qualis est, qua *qua*|eritur, aliquis libertus sit, vel quanta dos sit, et ali|ae complures. demonstratio autem et adiudicatio et | condemnatio num*quam* solae inveniuntur: nihil (*enim*) omni|no sine intentione vel condemnatione valet (*demonstratio*); item condemnatio sine demonstratione vel intentione vel | adiudicatione

---

44) Cod., ut videtur, *ageneris* [Huschk. *et*. (etiam) generis] 45) [Ed. 2. *dari*.] 46) [*Lucio Titio* etc. Ex Add. Ed. 2. de coniectura Blumii, qui tamen non recte scripsit *Lucii Titii*. et ante *fundum* addidit *eum*, quod Huschk. omittendum esse vidit.] 47) [*eius esse* etc. Haec quoque Blumius ita restituit. Ed. 2.: FUISSE — — — — — —] 48) [Ed. 2.: proposita simili *formula* Blumio quod recepimus debetur. Idem litteris incertis quattuor censebat significari *formula*. Heffterus *intentio*, Hollw. *tunc* vel *deinde*.] 49) [Ed. 2.: dari Cod. *dare*] 50) [Ed. 2. *est Publ. actio* Heffterum secutus sum.]
51) [*et is* Huschk. Ed. 2. * *] Cod. *ts* vel *us*
52) Cod. *agat in* [Ed. 2. agatur.] 53) [Ed. 2.: DIONIS * * FILI*I* Cod. *dihonis er.mei filio* (sic). Blumius temptabat *Dionis Hermetis filii* De nomine Hermaeo v. C. Keilii specimen onomatologi Graeci cap. I.]
54) Cod. *ad7trarium* (ad contrarium) nostrum *o.d* (debebat esse $\bar{k}$.d.) 55) Sched. *un* vel *un* Sententiae conveniret *licet*. [Huschk. *possumus*; bene, nisi quod id in Cod. scriptum extare frustra contendit. Blumio placebat *intenderemus*.] 56) Sched.: formulae ē
57) [Ed. 2. add.: X MILIA, atque ita Cod. Delevi de sententia virorum doctorum tantum non omnium, qui de h. l. scripserunt.] 58) [*adiciatur* etc. Ed. 2.: adiiciatur: *SI NON PARET, ABSOLVITO*. §. 44. (*Neque tamen semper*) de coniectura Sav. et Gösch. Sched. *ti* (vel *oi*)

nullas vires habet[59]: ob id[60] numquam so|lae inveniuntur. |

§. 45. Sed eas quidem formulas, in quibus de iure quaeritur, *in ius* conce|ptas vocamus. quales sunt, quibus intendimus nostrum esse a|liquid ex iure Quiritium, aut nobis dare[61] oportere, aut pro fure damnum (*decidere oportere: in*) quibus iu|ris civilis intentio est. §. 46. Ceteras vero in factum conceptas | vocamus, id est, in quibus nulla talis intentionis concept*io*[62] | est; (*sed*) initio formulae nominat*o* eo, quod factum *est*, adi*ciun*|tur ea verba, per quae iudici damnandi absolvendive po|testas datur. qualis est formula, qua utitur patronus contra | libertum, qui eum contra edictum Praetoris in 204. 51b. ius vocat: || nam in ea ita est: RECUPERATORE*S* SUNT*O*. SI PARET, ILLUM PATRONUM | AB ILLO LIBERTO CONTRA EDICTUM ILLIUS PRAETOR*IS* | IN IUS VOCATUM ESSE, RECUPERATORES ILLUM LIBERTUM | ILLI PATRONO SESTERTIUM X MILIA CONDEMNATE: SI NON PARET, ABSOLVITE[63]. ceterae quoque | formulae, quae sub titulo de in ius vocando propositae sunt, | in factum conceptae sunt: velut adversus eum, qui in ius | vocatus neque venerit, neque vindicem dederit; i|tem contra eum, qui vi[64] exemerit eum, qui in ius voca|tur. et denique innumerabiles eiusmodi aliae for|mulae in albo proponuntur. §. 47. Sed ex quibusdam causis Praetor | et in ius, et in factum conceptas formulas proponit, vel|*ut* depositi et commodati. illa enim formula, quae ita con|cepta est: IUDEX ESTO. QUOD AULUS AGERIUS APUT NUMERIUM NEGIDIUM MENSAM | ARGENTEAM DEPOSUIT[65], QUA DE RE AGITUR, QUIDQUID OB E|AM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET EX FIDE BONA, EIUS[65*] IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM | AULO AGERIO CONDEMNATO, NISI RESTITUAT[66]: SI NON PARET, ABSOLVITO, in ius concepta est. at illa | formula, quae ita concepta est: IUDEX ESTO. SI PARET, AULUM AGERIUM A|PUT NUMERIUM NEGIDIUM MENSAM ARGENTEAM DEPOSUISSE, EAMQUE DOLO | MALO NUMERII NEGIDII AULO AGERIO REDDITAM NON ESSE, QUANTI EA RES ERIT, TANTAM | PECUNIAM IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO CONDEMNATO: SI NON PARET, ABSOLVITO, in factum | concepta est. similes etiam commodati formulae | sunt.

§. 48. Omnium autem formularum, quae condemna|tionem habent, ad pecuniariam aestimationem con|demnatio concepta est. itaque etsi corpus aliquod petamus, || 205. *velut* fundum, *hominem*, vest*em*, au*rum*, *argen*tum[67], iu|dex non ipsam rem condemnat eum, cum *quo* actum est,| 66a. t. s. sicut olim fieri solebat, (*sed*) aestimata re pecuniam eum| condemnat. §. 49. Condemnatio autem vel certae pecuniae in form*u*|la ponitur, vel incertae. §. 50. Certae pecuniae in ea formula, | qua certam *pecuniam petimus; n*am illic ima parte form*u*|lae ita *est*: IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO SESTERTIUM X MILIA CONDEMNA: SI NON | PARET, ABSOLVE. §. 51. Incertae vero condemnatio pecuniae dupli|cem significationem habet. est enim una *cum*[68] aliqua | praefinitione, quae vulgo dicitur cum taxatione; velut si incer|tum aliquid petamus. nam illic *ima parte fo*rmulae | ita *est*: EI*U*S[69] IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DU*MTAXAT X* MILIA CONDEMNA: SI NON | PARET, ABSOLVE[70]. *diversa* est, quae infini*ta est: velut* si rem aliquam a pos|sidente nostram esse petamus, id est, si in rem agamus, | vel ad exhibendum. nam illic i*ta* est: QUANTI *EA* R*ES* E*RIT*, | *TANTAM PECUNIAM IUDEX*[70*] NUMERIUM NEGIDIUM *AULO AGERIO* CONDEMNA: SI NON PARET, | ABSOLVITO. §. 52. Quid er*go* est?[71] iudex si condemnat, certam *pecuni*|am condemnare debet, etsi certa pecunia in conde|mnatione posita non sit. debet autem iudex attendere, | *ut cum* certae pecuniae condemnatio posita | sit, neque maioris, neque minoris summa petita | condemnet: alioquin litem suam facit. item si taxatio | posita sit, ne plu*ris* condemnet, quam taxat*um* sit: ali*as* enim | simili*ter* litem suam facit. minoris autem damnare || ei per*missum* est — 206.
— — — — — — — — — — ** | ———————— | 66b. t. s.
— — — — — ** intendere debent — — ** | — —
— —* condem*natione constringi —| ——————
ꝟ. 3. ———— |

§. 53. Si quis intentione p*lus* conplexus *fuerit*, *causa cadit, id* | *est*,[72] *rem* perd*it*, nec a Praetore in integrum resti*tuitur*, *praeterquam*[73] | *quibusdam* casibus, in *quibus* Praetor e*dicto succurrit*[74] — * | ——————
ꝟ. 2. ——————[75] | modis petitur: re * tempore —
— — — — — — * | — * * quae enim — — — — — —
— — —*[76] | ex parte res est, totam rem — — — —
— — | ———— ꝟ. 2. ———— | dari promissum — — — — — — — — — — *| ——————
——————[77] | DARE SPONDES? DARE SPONDEO — —
— — — | —————— —————— | dare *

---

n̄ m̄* Horum postrema primus Unterh. rectius interpretatus est, n̄ t̄m i. e. non tamen: quibus utrum *semper* subici debeat disputatur. Quae supersunt d̄, vel ō, Unterh. ita capit, *d̄t* (dum taxat), Blumius *d̄t* (*x̄* *m̄*) i. e. dum taxat decem milia, Puchta (*x̄*)*m̄* i. e. decem milia, Gösch. *q̄t*. i. e. quantum.] 59) Unterh.: item cond. *vel adiudicatio* (malim: item *adiudicatio* vel cond.) sine demonstrat. vel *intentione nullas* vires *habent* (malo *habet*). 60) [Böck. *et ob id*] 61) [Ed. 2.: dari; et mox *decidi*.] 62) Sched. *concepta* 63) [Ed. 2.: CONDEMNANT*O* — ABSOLVUNTO. Cod. *condemnate* ut Göschenio, vel *condemnate* ut Hollwegio visum, — *ā*] 64) [*qui vi* Ita Böcking. Cod. ambigue *qu*, quod potest esse *q ui*. Ed. 2.: qui] 65) Sched. *deposuisset* 65*) [Cod. et Ed. 2: EIUS, ID Correxit Huschkius de legis Rubriae formulis p. 34.] 66) Cod. *nr* [Huschk. *nisi restituat*. Ed. 2. **]

67) [petamus, velut fundum — — vestem ex Add. Ed. 2. Cetera supplevit Huschk. Ed. 2.: peta|tur ******************************] 68) Sched. *quae* 69) [*nam* etc. Ed. 2.: *********** *formulae ita* ** Secutus sum Huschkium.] 70) *absolve* Ita litteras *āū* explico; quamvis aliis locis vocem *absolve* a librario per solam litteram *a* expressam deprehendamus. 70*) [IUDEX, quod Huschk. addendum vidit, Ed. 2. non habet. Sched. **c*n* *m***c** i. e. *pecn iudex*.] 71) [*Quid* etc. Ed. 2. *******] 72) [*causa* etc. Ita Unterholzn. ex §. 33. I. de act. Hollw. *causa cadit et ob id* ex §. 68. Ed. 2. *********] 73) [*praeterquam* Ed. 2. ***** Unterh. *nisi in*] 74) [*in* etc. Ed. 2. haec non habet.] 75) §. 33. I. de act. *Plus autem quattuor* modis petitur: re, tempore, *loco*, *causa*. 76) c. §. 33. I. t. c. *aut si is*, *cuius* ex parte res est, totam *eam*, *vel maiore ex parte, suam esse intenderit.* 77) c. §. 33. I.

plus — — — — — — — — — — — — — | ——————
207. †. 2. —————— ||petere id *etiam*[78] non adiecto loco.
41a. Causa plus petitur velut si quis | in intentione tollat electionem debitoris, quam is ha|bet obligationis iure. velut si quis ita stipulatus sit: SESTERTIUM | X MILIA, AUT HOMINEM STICHUM DARE SPONDES? deinde alter|utrum ex his[79] petat: nam quamvis petat, quod minus est, plus tamen | petere videtur, quia potest adversarius interdum facilius | id praestare, quod non petitur. similiter si quis genus stipula|tus sit, deinde speciem petat. velut si quis *purpur*am stipu|latus sit generaliter, deinde | Tyriam specialiter petat: quinetiam *licet* vilissimam petat,| idem iuris est propter[80] eam rationem, quam proxime diximus. | idem iuris est si quis generaliter hominem stipula|tus sit, deinde nominatim aliquem petat, velut Stichum,| quamvis vilissimum. itaque sicut ipsa stipulatio concepta| est, ita et intentio formulae concipi debet. §. 54. Illud satis | apparet, in incertis formulis plus peti non posse, quia | cum certa quantitas non petatur, sed quidquid adversari|um dare facere oporte*at* intendatur[81], nemo potest plus intendere. idem | iuris est et si in rem incertae partis actio data sit; velut *potest*[82] | heres, quantam partem petat in eo fundo, quo de agitur, | *nescius* esse: quod genus actionis in paucissimis causis da|ri solet. §. 55.[83] Item palam est, si quis aliud pro alio intenderit, | nihil eum periclitari, eumque ex integro agere posse, quia | — — — — — — — — ** si[84] is, qui hominem
208. Stichum || petere deberet, Erotem petierit; aut si
44b. quis ex testamento dare[85] | sibi oportere intenderit, cui ex stipulatu debebatur[86]; | aut si cognitor, aut procurator intenderit, sibi dare[87] oportere. §. 56. Set | plus quidem intendere, sicut supra[88] diximus, periculosum | est: minus autem intendere licet; sed de reliquo intra eius|dem praeturam agere non permittitur. nam qui ita agit, per ex|ceptionem excluditur: quae exceptio appellatur litis dividuae. | §. 57. At si in condemnatione plus positum[89] sit, quam *oportet*, a|ctoris qui*dem* periculum nullum est, sed (*reus, cum*) iniquam formu|lam acceperit, in integrum restituitur, ut minuatur con|demnatio. si vero minus positum fuerit, quam oportet, hoc solum (*actor*) | consequitur, quod posuit: nam tota qui*dem* res in iudicium deducitur, | constringitur autem condemnationis fine, quam iudex egre|di non potest. nec ex ea parte Praetor in integrum restituit: facilius enim| reis Praetor succurrit, quam actoribus. loquimur autem exce|ptis minoribus xxv annorum; nam huius aetatis hominibus | in omnibus rebus lapsis Praetor succurrit. |

§. 58. Si in demonstratione plus aut minus positum sit,| nihil in iudicium deducitur, et ideo res in integro ma|net: et hoc est, quod dicitur, falsa demonstratione rem non | perimi. §. 59. Sed sunt, qui putant, minus recte comprehendi. nam | qui forte Stichum et Erotem e*merit*, recte videtur ita | demonstrare: QUOD EGO DE TE HOMINEM EROTEM EMI; et | si velit, de Sticho alia formula idem agat: quia verum est, eum, || qui duos emerit, sin- 209.
gulos *quoque* emisse: idque *ita* ma|x*ime* Labeoni visum 71a. t. s.
est. sed si is, qui unum emerit, | de duobus egerit, falsum demonstrat. idem et in | aliis actionibus est, velut commodati, depositi. §. 60. Sed *nos* | apud quosdam scriptum invenimus, in actione de|positi et denique in ceteris omnibus, quibus damnatus | unus*quis*que ignominia notatur, eum, qui plus, quam oporteret, de|monstraverit, litem perdere. velut si quis, una re de|posita, duas res deposuisse demonstraverit: | aut si is, cui pugno mala percussa est, in actione iniuria|rum, esse aliam partem corporis percussam sibi, de|monstraverit. quod an debeamus credere verius esse, | diligentius requiremus. certe cum du*ae* sint depo|siti formulae, alia in ius concepta, alia in factum, sicut | *supra*[90] quoque notavimus, et in ea *qui*dem formula, quae i|n *ius* concepta est, initio res, de *qua* agitur, demonstre|tur, tum designetur, deinde inferatur iuris conten|tio[90*] his verbis: QUIDQUID OB *EAM* REM ILLU*M* MIHI DARE | FACERE OPORTET; in ea vero, quae in factum concep*ta est*, — — — ** | — — — — — — — *[91] *res*, de *qua agitur*, designetur | his verbis: SI PARET, ILLUM APUT ILLUM DEPOSUISSE: du|bitare non debemus, quin si quis in formula, quae in | factum composita est, plures res designaverit, quam de|posuerit, *litem* perd*at*; quia in intentione pl*us* — *[92] ||

—————————————— 210. 71b.
—————————————— || t. s.
—————————————— 211. 68a.
—————————————— || t. s.

§. 61. contin*etur*, *ut*[93] *habita ratione eius*, quod i*nvicem* 212.
acto|rem *ex* eadem causa *praestare* oporte*ret*, *in reliquum* 68b. t. s.
eum, cum | quo actum est, condemnare[94]. §. 62.[95] Sunt autem bonae fidei iudicia haec: ex em|pto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, | mandati, depositi, fiduciae, pro socio, tutelae, co*mmo*dati.| §. 63. *Tamen* iudici[96] null*am* — — — — *[97] co*mpen*satio|nis *ra*tionem habere — — **[98] formulae ve*r*bis | praecipitur; sed quia id bonae fidei iudicio conveniens videtur, id*eo*[99] of|ficio eius contineri creditur. §. 64. Alia causa est

t. e. *verbi gratia*, *si is*, *qui ita stipulatus est*, *Ephesi* dare spondes? *Romae pure intendat dari sibi oportere.*
78) Sched. *id ẽt* (pro *et.*, ut opinor.) [Hollw. *pure* | petere, id *est*] 79) *ex his* Sched. *eor'* (eorum) ex his 80) *propter* Sched. *papp* (pro *p̄p̄.* i. e. propter). 81) Sched. *dſ ōteret* (oporteret) *intendat* [*Oporteret* hic non ausim reicere.] 82) Sched. *ũuti* vel *ũur*, [Hefft. velut *si*, et mox nescius *esset*.] 83) *Item — debebatur*. Cf. §. 35. I. t. c. 84) [Unterh. et Hollw. *nihil in iudicium deducitur*, *velut* si Huschk. *cum re etiam antiqua actio remanet*, *velut* si] 85) [Ed. 2. et Inst.: dari Cod. *dare*] 86) Inst. *quod* ex stip. *debetur* Sched.: c. ex st. *deberedebat'*
87) [Ed. 2.: dari Cod. *d̄*] 88) §. 53. 89) Sic Hollw. Sched. *petitum* 90) §. 47. [90*) Malim *intentio* Böck.] 91) Legendum videtur: *sine demonstratione in* [Huschk. *et*. Böck. *quasi*] *intentione* 92) Sched. Bl. *po*** Fuerit *posu|it*; vel simile quid. [Huschk. *posuisse quodammodo videtur.* Gösch. Blum. Hefft. *posuisse videtur.*] 93) §. 30. I. t. c. *In quo et illud* continetur, ut. 94) *habita ... condemnare*, *sicut iam dictum est.* §. 39. I. t. c. [De anacolutho Gaiano v. ad Comm. III. n. 306.] 95) Cf. §. 28. I. t. c. 96) [Ed. 2.: tutelae ********** §. 63. indici] 97) [*nullam* non habet Ed. 2. Desunt fere haec, *etiam interdum*] 98) [*licet*; *neque enim*] 99) [Cod.

illius actionis, | qua argentarius experitur: nam is cogitur cum compen|satione agere, *'id est, ut'* [100] conpensatio *verbis* formu|lao *conprehendatur. itaque* argentarius, ab initio conpensatio|ne facta, minus intendit sibi dare [1] oportere. ecce | enim si *sestertium* x milia debeat Titio, atque *ei* xx debeat *Titius, ita in*|tendit [2], si paret Titium sibi x milia dare oportere amplius, quam *ipse* | *Titio* debet. §. 65. Item * * bonorum emptor cum deductione agere *debet,*| *id est, 'ut'* [3] in hoc solum adversarius *condemnetur,* quod su|perest, deducto eo, quod invicem sibi defraudatoris no|mine debetur [4]. §. 66. Inter conpensationem autem, quae argentario inter|ponitur [5], et deductionem, quae obicitur *bonorum emptori,* illa *differen*|tia est, quod in conpensationem hoc solum vocatur, quod eiusdem | generis et naturae est. veluti pecunia cum pecunia conpen|*satur,* triticum cum tritico, vinum cum
213. 47a. vino: adeo, || ut quibusdam placeat, non omnimodo vinum cum vino, aut | triticum cum tritico conpensandum, sed ita si eius|dem naturae qualitatisque sit. in deductionem autem | vocatur et quod non est eiusdem generis. itaque si pecuniam | petat bonorum emptor, et invicem frumentum, aut vinum *ipse* [6] || debeat, deducto [7], quanti id erit, in reliquum ex|*p*eritur. §. 67. Item vocatur in deductionem et id, quod in diem de|betur: conpensatur autem hoc solum, quod praesenti die debe|tur. §. 68. Praeterea conpensationis quidem ratio in intentio|ne ponitur: | quo fit, ut si facta conpensatione plus nummo uno | intendat argentarius, causa cadat et ob id rem perdat. | deductio vero ad condemnationem ponitur, quo loco plus | petenti periculum non intervenit; utique bonorum *emptore* agente, qui, | licet de certa pecunia agat, incerti tamen condemnatio|nem concipit.

§. 69. [8] Quia tamen superius [9] mentionem habui|mus de actione, qua [10] in peculium filiorum familias servorum|que agatur [11], opus est, ut de hac actione et de ceteris, quae eorun|dem nomine in parentes dominosve dari solent, | diligentius admoneamus. [12] §. 70. Inprimis itaque si iussu pa|tris dominive negotium gestum erit, in solidum | Praetor actionem in patrem dominumve conparavit: | et recte, quia qui ita negotium gerit, magis patris domi|nive, quam filii servive fidem sequitur. §. 71.
214. 47b. Eadem ratione || comparavit duas alias actiones, exercitoriam *'et'* | institoriam. tunc autem exercitoria locum habet, cum | pater dominusvo filium servumve magistrum| navi [13] praeposuerit, et quid cum eo eius rei gratia, cui praepo|situs fuit, negotiorum [14] gestum erit. cum enim ea quoque res | ex voluntate patris dominive contrahi videatur, | aequissimum *'Praetori'* visum est, in solidum actionem dari. quin|etiam, licet extraneum quis quem*'cumque magistrum* [15] *na'vi* | praeposuerit, sive servum sive liberum, tamen ea Praeto|ria actio in eum redditur. ideo autem exercitoria actio ap|pellatur, quia exercitor vocatur is, ad quem cotti|dianus navis quaestus pervenit [16]. institoria *vero* for|mula tum locum habet, cum quis tabernae, aut cuili|bet negotiationi filium servumve *'suum* [17], *aut'* quem|libet extraneum, sive servum, sive liberum praeposuerit, | et quid cum eo eius rei gratia, cui praepositus est, con|tractum fuerit. ideo autem institoria *'appellatur, quia, qui'* | tabernae praeponitur, institor appellatur. quae *et ipsa* | formula in solidum est. §. 72. Praeterea tributoria *'quoque actio'*| in patrem dominumve *Praetoris edicto* — — — — — — | — * * [18] constituta est, cum filius servusve *'in peculi'*|ari [19] *'merce sciente patre dominove negotiatur. nam si quid* [20] *eum eo eius rei causa contractum erit: ita Praetor ius dicit, ut quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter patrem dominumve, si quid ei debebitur, et ceteros* 215. 73a. t. s. *creditores pro rata portione distribuatur. et quia ipsi patri dominove distributionem permittit, si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommodat, quae tributoria appellatur.* §. 73. *Praeterea introducta est actio de peculio deque eo, quod in rem patris dominive versum erit: ut, quamvis sine voluntate patris dominive negotium gestum erit, tamen, sive quid in rem eius versum fuerit, id totum praestare debeat, sive quid non sit in rem eius versum, id eatenus praestare debeat, quatenus peculium patitur. in rem autem patris dominive versum intellegitur, quidquid necessario in rem eius impenderit filius servusve: veluti si mutuatus pecuniam creditoribus eius* [21] *solverit, aut aedificia ruentia fulserit, aut familiae frumentum emerit, vel etiam fundum aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit* [22]. *itaque si ex decem ut puta sestertiis, quae* [23] *servus tuus a Titio mutua accepit,*

---

et Ed. 2. *id*] 100) [Ed. 2. *cum.* Hefft. *ita ut*] 1) [Ed. 2.: dari] 2) [Cod. *defendit*] 3) [Ita Blumius in Add. Ed. 2. Codicis scripturam interpretatus est, nisi quod volebat *Itemqe*, et in fine *iubetur ut* Hollw. malebat *debet ita ut*, ego *debet i ē ut.* Ed. 2.: Item debet cum deductione agere *velut* bonorum emptor, *ita, ut*] 4) [*sibi ... debetur* ex Add. Ed. 2. Ed. 2.: tibi ... debet.] 5) Hugo *opponitur.* 6) [Ed. 2. *tibi*] Sched. *u* 7) [Ed. 2.: deduc*to eo*] Cod. videtur habere *deducitore* [Hoc *re* puto esse illud *rg*, de quo dictum est ad Comm. I. adn. 73.] 8) Vid. pr. I. quod cum eo. 9) Pag. 211. vel. 212. Conf. §. 36. I. de act. 10) Inst. *quae* 11) Inst. [item Ed. 2.] *agitur* 12) §. 70...72. Cf. §. 1...3. I. t. c. 13) Cod. et Inst. *navis.* 14) Cod. [et Ed. 2.] *negotium gestum erit.* [Potest etiam scribi *negotii.*] Inst. *contractum fuerit.* 15) [Ed. 2.: quisquam *'magistrum*] 16) Inst. *pertinet.* 17) [*suum* addidi, quia *aut* non explebat spatium.] 18) [Huschk. *praetoris edicto de eorum* (malim *de peculiaribus*) *mercibus* rebusve. Ex his vera puto ea quae recepi, *praetoris edicto.*] 19) In reliqua quidem hui. pag. parte, nec non in universa pag. seq. nihil legi potuit: sed cum, quae ibi evanuerint, non solum quantum ad sententiam attinet, verum etiam maximam partem verbis tenus servata esse videantur in §§. 3. 4. I. t. c., lacunam inde explere non dubitavi. Institutionum tamen auctores, ne verbosa fieret disputatio, in solam servi dominique personam direxerunt sermonem: quod cum a Gaii nostri instituto alienum esse animadverterem, filii patrisque mentionem suo loco adieci. Quae praeterea mutanda visa sint, sequentes notae indicabunt. 20) Inst.: *negotietur et* quid. 21) Inst. *eius eam.* 22) Inst. *fuerit* 23) Inst. *aureis, quos.* Et mox: *mutuos; aureos; reliquos; toti* decem *aurei; versi; totos* decem *aureos.* Quod aureis sestertia substitui, qui Commentar. III. §. 102. cum §. 5. I. de inutilib. stipulat., nec non eiusdem Commentar. §. 113. cum §. 5. I. de fideiussor.

creditori tuo quinque sestertia solverit, reliqua vero quinque quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes, pro ceteris vero quinque catenus, quatenus in peculio sit. ex quo scilicet apparet, si tota decem sestertia in rem tuam versa fuerint, tota decem sestertia Titium consequi posse. licet enim una est actio, qua de peculio, deque eo, quod in rem patris dominive versum sit, agitur; tamen duas habet condemnationes. itaque iudex, aput quem ea[124] *actione agitur, ante dispicere solet, an in rem patris dominive versum sit: nec aliter ad peculii aestimationem transit, quam si aut nihil in rem patris dominive versum*[25] *intellegatur, aut non totum. cum autem quaeritur, quantum in peculio sit, ante*
216. *de*'||ducitur, quod patri dominore, quique '*in potestate*
73b. *eius sit, a fi*|lio servove debetur: et quod superest, hoc
t. s. solum peculium '*esse*' | intellegitur. '*aliquando tamen id, quod ei*' debet filius ser|vusve, qui in potestate patris dominive '*est, non*' deduci|tur ex peculio: velut (*si*) is, cui debet, in huius ipsius peculio | *sit*. §. 74.[26] Ceterum '*dubium non est, quin is quoque, qui iussu patri*'s | dominive contrax'*erit*[27], *cuique institoria, vel exerci*'|toria formula competit, de peculio, aut de in rem verso[28] | agere possit. sed nemo tam stultus erit, ut qui aliqua | illarum actionum sine dubio solidum consequi possit, | in difficultatem se deducat[29], probandi, '*in rem patris dominive versum esse, vel habere filium servumve peculium, et tantum habere, ut solidum sibi s*'|*olvi possit*. Is quoque, cui tributoria actio competit, de pecu|lio, vel de in[30] rem verso agere potest. [31]sed huic sane plerumque| expedit, hac potius actione uti, quam tributoria. nam in tri|butoria eius solius peculii ratio habetur, quod in his mer|cibus '*continetur*', quibus negotiatur filius servusve, *quod*|que inde receptum erit: at in actione peculii, totius. | et potest quisque tertia forte, aut quarta, vel etiam minore par|te peculii negotiari, maximam vero partem '*in praediis, vel*' | in aliis rebus habere. iudici *autem si*[32] potest adprobari, id, quod | *debeatur, totum*[33] in rem patris dominive versum esse, ad | hanc actionem transire
217. debet. nam, ut supra[34] diximus, || eadem formula et de
56d. peculio et de in rem verso agit|ur.

§. 75.[35] Ex maleficiis filiorum familias servorumve, veluti | si furtum fecerint, aut iniuriam commiserint, no|xales actiones proditae sunt, uti liceret patri dominove aut | litis aestimationem sufferre, aut noxae dedere. e|*rat* enim iniquum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpo|ra parentibus dominisve damnosam esse. [36]§. 76. Consti|tutae sunt autem noxales actiones aut legibus, aut edicto. | legibus: velut furti lege XII tabularum; damni iniuriae[37] | lege Aquilia. edicto Praetoris: velut iniuriarum et vi bonorum ra|ptorum. §. 77. Omnes autem noxales actiones capu*t*[38] sequuntur. | nam si filius tuus servusve noxam commiserit, qu|amdiu in tua potestate est, tecum est actio: si in alteri|us potestatem pervenerit, cum illo incipit actio esse: si sui | iuris coeperit esse, directa actio cum ipso est, et noxae | deditio extinguitur. ex diverso quoque directa actio no|xalis esse incipit. nam si pater familias noxam commi|serit, et hic se in adrogationem tibi dederit, aut ser|vus tuus esse coeperit, (*quod*) quibusdam casibus accidere pri|mo commentario[39] tradidimus, incipit tecum no|xalis actio esse, quae ante directa fuit. §. 78. Sed si filius patri, | aut servus domino noxam commiserit, nulla actio | nascitur: nulla enim omnino inter me et eum, qui in pote|state mea est, obligatio nascitur. ideoque etsi in alienam || potestatem pervenerit, aut sui iuris esse coeperit, 218.
neque cum ipso, ne|que cum eo, cuius nunc in potestate est, agi potest. unde quaeritur, | si alienus servus 56b.
filiusve noxam commiserit mi|hi, et is postea in mea esse coeperit potestate, utrum interci|dat actio, an quiescat. nostri praeceptores intercidere pu|tant, quia in eum casum deducta sit, in quo actio consi|stere non potuerit: ideoque, licet exierit de mea potesta|te, agere me non posse. diversae scholae auctores, quamdiu in mea potestate sit, quiescere | actionem putant, cum ipse mecum agere non possum[40]: cum | vero exierit de mea potestate, tunc eam resuscita|ri. §. 79. Cum autem filius familias ex noxali causa mancipio datur, diversae scholae auctores | putant, ter eum mancipio dari debere, quia lege XII | tabularum cautum sit, (*ne aliter filius de potestate patris*) exeat, quam si ter fuerit mancipatus. Sabinus | et Cassius ceterique nostrae scholae auctores suffi|cere unam mancipationem (*putant*); crediderunt enim tres[41] | lege XII tabularum ad voluntarias mancipationes per|tinere. |

§. 80. Haec ita de his personis, quae in potestate (*sunt*), sive ex contra|ctu, sive ex *maleficio* earum *controversia* esset. quod vero ad eas | personas, quae in manu mancipiove sunt, *quotiens* aut *ex contractu*, *aut* | ex *maleficio* earum[42] ageretur, nisi ab eo, cuius iuri subi|ectae sint, *in solidum* defendantur, bona, quae earum *fu*|tura forent, *si eius* iuri subiectae non essent, *veneunt*.| sed cum *rescissa capitis deminutione*[43] imperio continenti
iudic||*io* ———————————————— 219.
v. 23. ———————————————— 125a.
— — — — — — — enim — — — — — || t. s.
— — — — — — §. 81. *quamquam* diximus — — 220.
125b.
t. s.

contulerit, non improbabit, spero. 124) Inst.: *de ea.* 25) [Ed. 2. *versum esse.*] 26) *Ceterum ... agere potest* Vid. §. 5. I. t. c., ubi tamen patris et filii nulla mentio. Ex Inst. hic quoque ea suppleta sunt, quae in Cod. legi non potuerunt. 27) [Ed. 2. *contraxit*] 28) *aut de* etc. Inst. *deque eo quod* in rem *domini versum est* 29) *sed* etc. Inst.: sed *erit stultissimus, si, omissa actione, qua facillime* solidum *ex contractu* consequi possit, *se ad* diffic. *perducat* 30) Inst.: competit, *aeque* de pec. *et* in 31) *sed huic* etc. Cf. c. §. 5. I. t. c., item Theoph. IV, 7, §. 5. 32) [*iudici* etc. Ed. 2. **********] 33) [*debeatur totum* Ed. 2. ************] 34) §. 73. 35) Cf. pr. §. 1. I. de noxal. act. 36) §§. 76. 77. 78. — *me non posse*. Cf. §§. 4. 5. 6. I. t. c. 37) Cod.: iniuriae *aut* (velut) 38) Cod. *capita* Sed cf. L. 1. §. 18. D. depositi. 39) §. 160. 40) [Ed. 2.: possim] 41) [*putant* vel *existimant* necessario addendum, quia Gaius certam in talibus consuetudinem sequitur, qua ne id quidem admittit quod habet Ed. 2.: mancipationem crediderunt; tres enim] 42) [*quotiens* etc. Ed. 2. ***************** ex *contractu* earum. Huschk. *sive ex maleficio sive ex contractu* earum.] 43) [*rescissa* etc. Sic Huschk. Ed. 2. ***********]

permis|sum fuisse, ei mortuos homines dedere [144], tamen etsi quis | *eum* dederit, qui [45] fato suo vita excesserit, aeque libera*tur*. |

§. 82.[46] '*Nunc admonendi sumus, agere posse quemlibet aut suo nomine, aut alieno*'[47].| alieno, veluti cognitorio [48], procuratorio, tutorio, | curatorio: cum olim, *quo tempore erant legis* actiones [49], in | usu fuisset [50], alter*ius* nomine agere non licere, '*nisi*' pro popu*l*|*o et libertat*is *causa* [51]. §. 83. Cognitor autem certis verb*is* in litem cora*m* | adversario substituitur. nam actor *ita* cognitorem | dat: QUOD EGO A TE verbi gratia FUNDUM PETO, IN EAM REM | LUCIUM TITIUM *TIBI* COGNITOREM DO; adver*sarius* | ita: QUANDO TU A ME FUNDUM PETIS, IN EAM REM PUBLIUM MAE|VIUM COGNITOREM DO. potest, ut actor ita dicat: QUOD EGO | TECUM AGERE VOLO, IN EAM REM COGNITOREM DO; ad|ver*sarius* ita: QUANDO TU MECUM AGERE *VIS, IN EAM REM* | COGNITOREM DO. nec interest, praesens an absens cognitor | detur. sed si absens datus fuerit, cognitor ita erit, si co|gnoverit *et susceperit* officium cognitoris. | §. 84. [52] Procurator vero *n*ullis certis verbis in litem *consti*|tuitur [53]; sed ex solo mandato, et absente, et ignorante adversa|rio, constituitur. quinetiam sunt, qui putant, *vel eum* procura|torem videri, cui non sit mandatum, si modo bona fide accedat a*d* | negotium, et caveat ratam rem dominum habiturum. | igitur ets*i non*
221. edat [54] mandatum pro*curator* — — *[55] || quia saepe manda-
89a. tum initio litis in obscuro est, et poste|a aput iudicem ostenditur. | §. 85. Tutores autem et curatores quemadmodum constituantur, | primo commentario [56] rettulimus. | §. 86. Qui autem alieno nomine agit, intentionem quidem ex persona domi|ni sumit, condemnationem autem in suam personam con|vertit. *nam* si verbi gratia Lucius Titius (*pro*) Publio Maevio agat, ita| formula concipitur: SI PARET NUMERIUM NEGIDIUM PUBLIO MAEVIO SESTERTIUM X MILIA DARE OPORTERE, IUDEX NUMERIUM NEGIDIUM LUCIO TITIO SESTERTIUM | X MILIA CONDEMNA; SI NON PARET, ABSOLVE. in rem quoque si agat, intendit, Publii *Maevii* rem | esse ex iure Quiritium, et condemnationem in suam personam | convertit. | §. 87. Ab adversarii quoque parte si interveniat aliquis, cum quo actio consti|tuitur, intenditur, dominum dare oportere; condemnati|o autem in eius personam convertitur, qui iudicium accepit. | sed cum in rem agitur, nihil (*in*) intentione facit eius persona, | cum quo agitur, sive suo nomine, sive alieno aliquis | iudicio interveniat: tantum enim intenditur, rem actoris esse. |

§. 88. Videamus nunc, quibus ex causis is, cum quo agitur, vel hic, qui a|(*git, co*)gatur satisdare [57]. §. 89. Igitur si verbi gratia in rem tecum a|g*am*, satis mihi dare debes. aequu*m* enim visum est, (*te*) de eo, quod | interea tibi rem, quae an a*d* te pertineat dubium (*est*), posside|re conceditur, cum satisdatione mihi cavere: [58] ut si victus | sis, nec rem [59] ipsam restituas, nec litis aestimationem suf|feras, sit mihi potestas, aut tecum agendi, aut cum sponsoribus || tuis. §. 90. Multoque magis 222.
debes satisdare mihi, si alieno nomine iudi|cium accipias.| 89b.
§. 91. Ceterum cum in rem actio duplex *sit*, aut enim per formulam petito|riam agitur, aut per sponsionem, siquidem per formulam petito|riam agitur, illa stipulatio locum habet, quae appellatur iu|dicatum solvi: si vero per sponsionem, illa, quae appellatur | pro praede litis et vindiciarum. §. 92. Petitoria autem formula haec est, | qua actor intendit, rem suam esse. §. 93. Per sponsionem vero | hoc modo agimus. provocamus adversarium tali spon|sione: SI HOMO, QUO DE AGITUR, EX IURE QUIRITIUM MEUS EST, SESTERTIOS XXV [60] NUMMO*S* DARE SPONDES? deinde formulam edimus, qua | intendimus, sponsionis summam nobis dare [61] oportere. | qua formula ita demum vincimus, si probaverimus, | rem nostram esse. | §. 94. Non [62] tamen haec summa sponsionis exigitur. nec [63] enim poenalis est, | sed praeiudicia*l*is, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iu|dicetur. unde etiam is, cum q*uo agitur*, '*non*' *restipulatur*. *ideo* | autem appellata est pro praede litis vindiciarum stipulatio, *quia* in lo|cum praedium successit, qu*ia* [64] olim, cum lege agebatur, pro lite et v*in*|diciis, id est. pro re et fructibus a possessore petitori daban|tur praedes. | §. 95. Ceterum si aput centumviros agitur, summam sponsionis non per | formulam petimus, sed per legis actionem: sacramento enim re|*um* provocamus; eaque sponsio sestertiorum cxxv nummorum fit, *scilicet* [65] || propter legem — — — [66].| 223.
§. 96. [67] Ipse autem, qui in rem agit, si suo nomine agit, 105a.
satis non dat. §. 97. Ac | nec si per cognitorem quidem agatur, ulla satisdatio vel ab ipso, | vel a do-

144) [Huschk. et Hollw. '*quamvis*, *ut su*'*pra* quoque diximus, re*o non permis*sum fuit (rectius Böck. *fuerit*) *de*mortuos (vel *emortuos*: nolim *et mortuos*) homines dedere Sed in his particula *non* locum alienum occupat.] 45) [Videndum an scribi possit: tamen et*iam* si quis *virum* dederi*t* isque] 46) Vid. pr. I. de his p. q. agere poss. 47) Ex Inst. praeterquam quod ibi est: quemlibet *hominem*. Ego vocem *hominem*, qua sane carere possumus, omisi, cum vix reliqua capiat unius versus spatium. [Gaium scripsisse puto: agere *licere* aut] 48) *cognitorio* deest in Inst. 49) [*quo* etc. Ed. 2. *quamdiu* ****** legis actiones] Haec desunt in Inst. 50) [Cod. et Ed. 2.: fuissent] 51) [Ed. 2.: non liceret, (*nisi*) etc.] Inst. non *posse*, nisi p. p., *pro* lib., *pro tutela*. 52) Cf. §. 1. I. t. c. 53) Sched. ***tuit* [Hollw. *substituitur*. Verum puto *datur*.] 54) [Hoc Hollw. probavit. Ed. 2.: etsi non *h*abeat] Sched. Bl. *etsn***edat* vel *etsnaueat* 55) [Ed. 2.: mandatum, *agere tamen posse*, de coniectura Niebuhrii. Sed si spatia accuratius taxabimus, haec in Cod. lecta esse dicemus, *plcr****sr* (i. e. *pcurator*) *c*(vel *e*)**nl*(vel *h* pro *il*)**a* (an *expiri p̄* i. e. experiri potest ?)] 56) §. 144. sq. 57) [Ed. 2.: ag*it*, satisdare (*cogitur*). Cod. *agat satisdare*] 58) *ut si victus* etc., item §§. 90. 91. Vid. pr. I. de satisdat. 59) *nec rem* Sic Inst. Cod. *rem n'* 60) [Hollw. *cxxv*.] 61) [Ed. 2.: dari] 62) [Ed. 2.: Nec, contra fidem Codicis.] 63) [Ed. 2.: non Cod. *n*] 64) [Cod. *q* Ed. 2.: qui, omisso in fine sententiae vocabulo *praedes*. Repetitio coniunctionis *quia* Gaiani moris est. Vid. II, 54. 84. et L. 78. D. ad legem Falcidiam] 65) [Cod. habet fere, *fit sole* vel *fit solet*, i. e. *fit sclc.* vel fit *sclct* Ed. 2.: fieri solet.] 66) Sched. *c*(vel *g*)*repertam* Bl. *crepu* vel *i*)*riam* Blum. Dirks. Unterh. *Papiriam*, Huschk. *Crepereiam* 67) Cf. c. pr. I. de satisdat.

mino desideratur. cum enim certis et quasi sollemni|bus verbis in locum domini substituatur cognitor, | merito domini loco habetur. | §. 98. Procurator vero si agat, satisdare iubetur, ratam rem domi|num habiturum. periculum *'enim est'* [168], ne iterum domi|*nus* de eadem re experiatur. quod periculum *(non)* intervenit, si | per cognitorem actum fuit. quia de *qua* re quisque per cogni|to|rem egerit, de ea non magis amplius actionem habet, quam si ipse | egerit. [69] §. 99. Tutores et curatores eo modo, quo et procu*ratores,* satis|dare debere, verba edicti faciunt. sed aliquando illis sa|tisdatio remittitur. | §. 100. Haec ita si in rem agatur: si vero in personam, ab actoris quidem | parte quando satisdari debeat quaerentes, eadem | repetemus, quae diximus in actione, qua in rem agitur. §. 101. Ab | eius vero parte, cum quo agitur, siquidem alieno nomi*ne* aliquis interveni|at, omnimodo satisdari debet [70], quia nemo alienae rei sine sa|tisdatione defensor idoneus intellegitur: sed siquidem cum *cogni|tore* agatur, dominus satisdare iubetur; si vero cum procu|ratore, ipse procurator. idem et de tutore et de curatore | iuris est. §. 102. Quodsi proprio no-
221. mine aliquis iudicium *accipiat* || in personam, certis ex
105b. causis satisdari solet, quas ipse Praetor | significat. quarum satisdationum duplex causa est: nam aut propter |
3.4. genus actionis satisdatur, aut pro*pter* persona*m* [71] quia suspe|cta sit. propter genus actionis: velut iudicati depensive, aut | cum de moribus mulieris agetur. propter personam: velut si cum | eo agitur, qui decoxerit, cuiusve bona *(a)* creditoribus pos|sessa proscriptave sunt; sive cum eo herede agatur, quem Praetor suspe|ctum aestimaverit. |

§. 103. Omnia autem iudicia aut legitimo iure consistunt, aut im|perio continentur. §. 104. Legitima sunt iudicia, quae in urbe Ro|ma, vel intra primum urbis Romae miliarium, inter omnes | cives Romanos, sub uno iudice accipiuntur: eaque lege Iulia iudicia*ria* [72], | nisi in anno et sex mensibus iudicata fuerint, expi|rant. et hoc est, quod vulgo dicitur, e lege Iulia litem anno | et sex mensibus mori. §. 105. Imperio vero continentur re|cuperatoria, et quae sub uno iudice accipiuntur interveni|ente peregrini persona iudicis aut litigatoris. in ea*dem* [73] | causa sunt, quaecumque extra primum urbis Romae miliarium | tam inter cives Romanos, quam inter peregrinos accipiuntur. ideo | autem imperio contineri iudicia dicuntur, quia tamdiu va|lent, quamdiu is, qui ea praecepit, imperium habebit. §. 106. Et | siquidem imperio continenti iudicio actum [74] fuerit, si|ve in rem,
225. sive in personam, sive ea formula, *(quae)* in fa||ctum con-
88a. cepta est, sive ea, quae in ius habet intentio|nem, postea nihilominus ipso iure de eadem re a|gi potest. et ideo necessaria est exceptio rei iudicatae, vel | in iudicium deductae. §. 107. At vero *(si)* legitimo iudicio in personam | actum sit ea formula, quae iuris civilis habet in|tentionem, postea ipso iure de eadem re agi non potest, et ob | id exceptio supervacua est. si vero vel in rem, vel in factum a|ctum fuerit, ipso iure nihilominus postea agi potest, et ob id ex|ceptio necessaria est rei iudicatae, vel in iudicium de|ductae. | §. 108. Alia causa fuit olim legis actionum. nam qua de re actum semel | erat, de ea postea ipso iure agi non poterat: nec omnino | ita, ut nunc, usus erat illis temporibus exceptio|num. §. 109. Ceterum potest ex lege quidem esse iudicium, sed legitimum | non esse; et contra ex lege non esse, sed legitimum esse. *(si)* verbi gratia [75] ex lege Aquilia, vel Ovinia [76], vel Furia in provin|ciis agatur, imperio continebitur iudicium: | idemque iuris est et si Romae apud recuperatores agamus, | vel apud unum iudicem interveniente peregrini persona. | et ex diverso si ex ea causa, ex qua nobis edicto Praetoris datur | actio, Romae sub uno iudice inter omnes cives Romanos | accipiatur iudicium, legitimum est.

[77] §. 110. Quo loco admonendi | *sumus*, eas quidem actiones, quae ex lege senatusve consul|tis proficiscuntur, perpetuo solere Praetorem accommodare: || eas vero, 226.
quae ex propria ipsius iurisdictione pendent, plerum|que 88b.
intra annum dare. §. 111. Aliquando tamen *'praetoriae actiones'* | imitantur ius legitimum: quales sunt eae, quas *'Praetor* [78] *bonorum posse's*|soribus ceterisque, *'qui'* heredis loco sunt, *'accommodat. fur'*|ti [79] quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius Praetoris iurisdictione| *pro*ficiscatur, perpetuo datur: et merito, cum pro capitali poena | pecuniaria constituta sit. |

§. 112. Non omnes actiones, quae in ali*'quem aut ipso iure com'*|petunt, aut a Praetore dantur, etiam in heredem *'aeque competunt, aut da'*|ri [80] solent. est enim certissima iuris regula, ex maleficii*s* | poenales actiones in heredem nec conpetere — — — * [81]; | velut furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriae: s*'ed* | *heredibus'* actoris huiusmodi [82] actiones compe*tunt,* | nec denegantur, excepta iniuriarum actione, et si qua alia | similis inveniatur actio. | §. 113. Aliquando tamen *(etiam)* [83] ex contractu actio neque heredi, neque in heredem | competit. nam adstipulatoris heres non habet actionem; *et* spon|soris et fidepromissoris heres non tenetur. |

§. 114. Superest, ut dispiciamus, si ante rem iudicatam is, cum quo agi|tur, post acceptum iudicium satisfaciat actori, quid officio | indicis conveniat: utrum ab-

168) Ex c. pr. I. t. c., ubi est *enim erat*
69) §§. 99...102. Cf. c. pr., item §. 1. I. t. c. 70) [Ex Add. Ed. 2., in cuius contexto est: satisdare debet. Cod. sd debet Inst. *satisdaret*, quod debebat esse *satisdabatur.*] 71) Cod. *satisdaret' ā ,p*(pro) *persona* 72) Cod. *iudicia* 73) Cod. *ea* 74) Cod. *,pactum* Librarius aliquoties, ubi *p*(per) scribendum erat, siglam *,p*(pro) adhibuit: itaque hoc loco vocem *peractum* significare voluisse videtur. Ipsum tamen Gaium verbo *peragi* ita usum esse, ut non exprimeret subiectum, dubito. 75) [Ed. 2.: verbi gratia *(si)* contra consuetudinem Gaii. Vid. Comm. II, §. 235. III, 36. 112. IV, 86. 89. 119. 126. 131. 152] 76) [*Atinia* Dirks. in Rhen. Museo I. p. 37. n. 122.] 77) §§. 110...114. Cf. tit. I. de perp. et temp. act. 78) [*Praetor* om. Ed. 2. Addidit Unterh.] 79) *qui* etc. Ex Inst. 80) *aut ipso* etc. Ex Inst. 81) An: nec compet. *nec dari solere?* [Rudorff. mavult: nec comp *nec praetorem dare*] Inst. *non competere.* 82) Inst. *sed heredibus* huiusmodi [In Cod. aliud quid inesse ostendunt litterarum vestigia.] 83) Ex Inst.

solvere, an ideo potius da|mnare, quia iudicii accipiendi tempore in ea causa fuit, | ut damnari debeat. nostri praeceptores absolvere eum | debere existimant: nec in-
227. 83a. teresse, cuius generis *fue*rit iudicium. et || hoc est, quod volgo dicitur, Sabino et Cassio placere, omni|a iudicia esse absolutoria. — — — — — — | — — — — — — idem sentiunt ⁎⁎ in — ⁎⁎ | ⁎ iudiciis liberum est officium iudicis. tantumdem | — — — rem actionibus putant — — — — — | ———— ———— | ad sol — — — — — — — — — — — — ⁎| quibus — — — — — — — — — — — — — ⁎| — — — — potentur et ad — — — — — — | ⁎⁎ in*ter*dum — — — — — — — — — ⁎⁎ | ———— ✝. 3. ———— | — — — — — — — nobis — — — — — | petimus his — — — — — — — — — —| actori quam — — — — — — — — — — ⁎ ⁎ | ———— ✝. 2. ———— | paratu — actori — — — — — — — — | ⁎ ex — — — — — — — — — — — — — —| ———— ———— | actum fuit. | |

§. 115.[184] Sequitur ut de exceptionibus dispiciamus.
228. 83b. §. 116. Comparatae [] sunt autem exceptiones defendendorum eorum[85] gratia, cum quibus | agitur. saepe enim accidit, *ut* quis iure civili tene|atur, sed iniquum sit, eum iudicio condemnari[86]. [87] velut (*si*) stipu|latus sim a te pecuniam tamquam credendi causa numera|turus, nec numeraverim: nam eam pecuniam a te pe|ti posse[88] certum est, dare enim te oportet[89], cum ex stipulatu te|neris[90]; sed quia iniquum est, te eo nomine[91] condemnari,| placet, per exceptionem doli mali[92] te defendi debe|re. item si pactus fuero tecum, ne id, quod mihi debeas, a| te petam, nihilominus id ipsum a te petere possum da|re mihi oportere, quia obligatio pacto convento non tollitur: | sed placet, debere me petentem per exceptionem pa|cti conventi repelli. §. 117. In his quoque actionibus, quae (*non*) in perso|nam sunt, exceptiones locum habent. velut si metu me coe|geris, aut dolo induxeris, ut tibi rem aliquam mancipio | dem[93] — ⁎ si ⁎ eam[94] rem a me petas, datur mihi exceptio, | per quam, si metus causa te fecisse vel dolo malo arguero, repelleris. | item si fundum litigiosum sciens a non possidente| emeris, eumque a possidente petas, opponitur tibi ex|ceptio, per quam omnimodo summoveris. | §. 118. Exceptiones autem alias in edicto Praetor habet propositas,| alias causa cognita accommodat. [95] quae omnes vel ex legibus, vel ex his, | quae legis vicem optinent, substantiam capiunt, | vel ex iurisdictione Praetoris proditae sunt. || §. 119. Omnes autem exceptiones in
229. 112a. contrarium concipiun|tur, qui*a* adfirmat is, cum quo agitur. nam si verbi gratia | re*us* dolo malo aliquid actorem facere dicat, qui for|te pecuniam petit, quam non numeravit, sic exceptio con|cipitur: SI IN EA RE NIHIL DOLO MALO AULI AGERII FACTUM SIT, NE|QUE FIAT. item si dicatur contra pactionem pecunia | peti, ita concipitur exceptio: SI INTER AULUM AGERIUM ET NUMERIUM NEGIDIUM NON CONVENIT, NE E|A PECUNIA PETERETUR. et denique in ceteris causis simi|liter concipi solet. ideo scilicet, quia omn*is* excepti|o obicitur quidem a reo, sed ita formulae inseritur, ut condici|onalem faciat condemnationem, id est, ne aliter iude*x* | eum, cum quo agitur, condemnet, quam si nihil in ea re, '*qua*' | de agitur, dolo actoris factum sit; item ne aliter iu|dex eum condemnet, quam si nullum pactum con|vent*um de* non petenda pecunia factum erit.

§. 120. Dicun|tur autem exceptiones aut peremptoriae, aut dilatoriae. §. 121. Per|emptoriae sunt, quae perpetuo valent, nec evitari pos|sunt: velut quod metus causa, aut dolo malo, aut quod contra legem se|natusve consult*um* factum est, aut quod res iudicata est, vel in | iudicium deducta est; item pacti conventi, quo pactum[96] | est, ne omnino pecunia peteretur. | §. 122. Dilatoriae sunt exceptiones, quae ad tempus nocent. | veluti illius pacti conventi, quod factum est verbi gratia, | ne intra quinquennium peteretur: finito enim eo tempore || non habet locum exceptio. cui similis exceptio 230. 112.
est litis di|viduae et rei residuae. nam si quis partem rei petierit, | et intra eiusdem praeturam reliquam partem petat, hac ex|ceptione summovetur, quae appellatur litis dividuae. | item si is, qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam | egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios iudices eant[97], | si intra eiusdem praeturam de his, quae ita distulerit, a|gat, per hanc exceptionem, quae appellatur rei residu|ae, summovetur.| §. 123. Observandum est autem ei, cui dilatoria obicitur exceptio,| ut differat actionem: alioquin si obiecta exceptione ege|rit, rem perdit. nec enim post illud tempus, quo integra re, e|vitare poterat, adhuc ei potestas agendi superest, re | in iudicium deducta et per exceptionem perempta[98].| §. 124. Non solum autem ex tempore, sed etiam ex persona dilatoriae | exceptiones intelleguntur. quales sunt cognitoriae: | velut si is, qui per edictum cognitorem dare non potest, | per cognitorem agat; vel[99] dandi quidem cognitoris ius ha|beat, sed eum det, cui non licet cognituram suscipere. nam si | obiciatur exceptio cognitoria, si ipse talis er*it*[200], ut ei non | liceat cognitorem dare, ipse agere potest: si vero cognito|ri non liceat cognituram suscipere, per alium cognitorem, | aut per semet ipsum liberam habet agendi potestatem, | et tam hoc, quam illo modo evitare (*potest*) exceptionem. quodsi dissi||mulaverit *eam* et per cognitorem eger*it*, *rem per-* 231. 82a.

---

184) *Sequitur ... iudicio condemnari.* Vid. pr. I. de except. 85) Cod. *reor'* 86) Inst.: ut, *licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit, tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur.* 87) *velut si ... defendi debere.* Vid. §. 2. I. t. c., ubi ita est: *Idem iuris est, si quis quasi* credendi causa *pecuniam* stipul. *fuerit, neque numeraverit.* 88) Inst. *petere* posse *eum* 89) Cod. *ōret*, i. e. *oporteret.* 90) [Ed. 2. et Inst. *teneuris*] 91) Inst. *eo nom.* te 92) *doli mali* Inst. *pecuniae non numeratae.* 93) [Ed. 2.: *darem*] 94) Cod. *mansin* eam. 95) *quae omnes* etc. Cf. §. 7. I. t. c. 96) *q pactum* Ita hoc loco Cod. Paulo post (§. 122.) dubitatur utrum habeat *q pactum* an *q factum* (quod factum). 97) [*eant* Sic Blumius. Cod. *egant* Ed. 2. ⁎⁎⁎⁎⁎] 98) Sched. *deductae* et *p* exc. *pemptae* 99) [Ed. 2.: uel (*si quis*)] 200) [Sic Heffter. Cod. *crat* Ed. 2. *sit*]

dit.| §. 125. Sed[201] peremptoria quidem exceptione cum *reus* — — ** | non fuit[2] usus, in integrum restitu*itur* — — — — |dae[3] exceptionis gratia: dilatoria vero si non *fuit*[4] usus, | an in integrum restitu*atur*[5], quaeritur.|

§. 126.[6] Interdum evenit, ut exceptio, quae prima facie iusta vide|atur, inique noceat actori[7]. quod cum accidat[8], alia adiecti|one[9] opus est adiuvandi actoris gratia: quae adiecti|o replicatio vocatur, quia per eam replicatur atque resolvi|tur vis[10] exceptionis. [11]nam si verbi gratia pactus sim te|cum, ne pecuniam, quam mihi debes, a te peterem, deinde postea | in contrarium pacti *s*imus, id est, ut 'petere mihi liceat, et, si | agam tecum, excipias tu, ut ita demum mihi condemneris, si | non convenerit, ne eam pecuniam peterem; nocet | mihi exceptio pacti conventi, namque nihilominus hoc verum | manet, etiamsi postea in contrarium pacti simus: sed | qu*ia* iniquum est, me excludi exceptione, replicatio mihi| datur ex posteriore pacto *hoc* modo: SI NON POSTEA CONVENERIT, UT | EAM PECUNIAM PETERE LICERET. | item si argentarius pretium rei, quae in auctione | ven*i*erit[12], persequatur, obicitur ei exceptio, ut ita demum | emptor damnetur, si ei res, quam emerit, tradita *e*'*sset; quae*'[13] *est* iusta exceptio: sed si in auctione praedictum est, ne ante | emptori traderetur res, quam si pretium solverit,
232. replicatione || tali argentarius adiuvatur: AUT SI[14] PRAE-
32b. DIC*T*UM EST, NE ALI|TER EMPTORI RES TRADERETUR, QUAM SI PRE'T'IUM EMPTOR SOL|VERIT. [15]§. 127. Interdum autem evenit, ut rursus replicatio, quae prima | facie iusta sit, inique reo noceat. quod cum accidat, adiecti|one[16] opus est adiuvandi rei gratia, quae duplicatio vo|catur. §. 128. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed | propter aliquam causam inique actori noceat, rursus adiectione[17] | opus est, qua actor adiuvetur, quae dicitur triplicatio. §. 129. Quarum | omnium adiectionum[18] usum interdum etiam ulterius, | quam diximus, varietas negotiorum introduxit[19]. |

§. 130. Videamus etiam de praescriptionibus, quae receptae sunt | pro actore. §. 131. Saepe enim ex una eademque obligatione | aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestati|one est. velut cum in singulos annos, vel menses certam | pecuniam stipulati fuerimus: nam finitis quibusdam | annis, aut mensibus, huius quidem temporis pecuni|am praestari oportet, futurorum autem annorum sane quidem o|bligatio contracta intellegitur, praestatio vero adhuc nul|la est. si ergo velimus id quidem, quod praestari oportet, petere et | in iudicium deducere, futuram vero obligatio|nis praestationem in incerto relinquere, necesse | est, ut cum hac praescriptione agamus: EA RES AGATUR, CUIUS | REI DIES FUIT. alioquin si sine hac praescriptione ege|rimus ea scilicet formula, qua incertum petimus, || *cuius* in*tentio* 233.
his verbis concepta est: QUID*QUID* PAR*E*T '*NUMERIUM NE*- 122a.
GIDIUM' | *AULO AGERIO* DARE FACERE OPORTERE[20], totam t. s.
obligationem, id est, *etiam* | *futurorum annorum*[21] in hoc iudicium *deducimus* et — — * | ——— | — — — — — — — — — — —
— —**[22] i|*tem* si verbi gratia ex empto agamus, *ut* no*bis* fund*us* | mancipio detur, debemus '*ita praescr*'ibe|re: EA RES AGATUR DE FUNDO MANCIP*ANDO*: *ut* postea, si ve*li*|*mus* vacuam possessionem nobis trad'*i*, *de*' trad*enda* | *ea* vel *ex stipulatu* ve'*l ex*' empto *agere possimus*. *alio*-*quin* | *protinus*[23] totius illius iuris obligatio ill*a* incer|ta[24] actione: QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM AULO AGERIO DARE FACERE OPORTE*T*, *per litis con*|*testationem*[25] consumitur: ut postea nobis agere volen|'*tibus de*' vacua possessione tradenda nulla supersit | actio. §. 132. Prae*scriptiones autem* appellatas | esse ab eo, '*quod a*'*nte* formulas praescrib*u*ntur, plus quam manife|stum est. §. 133. Sed *his*[26] quidem temporibus, sicut supra quoque | *indicavimus*[27], omnes praescriptiones ab actore pro|ficiscuntur. olim aut*em* quaedam et pro reo opponeban|tur. qualis illa er*at* praescriptio: EA RES AGATUR, *SI IN EA RE*[28] PRAEIU|DICIUM HEREDITATI NON FIAT: *qua*e nunc in speciem excepti|onis deducta est, et locum habet, cum petitor heredita|tis alio *g*en*ere* iudicii praeiudicium *hereditati* faciat; velut | cum *res* sing*ulas* '*petat; esset*' enim[29] iniquum — — — — — || ——— 234.
v. 23. ——— | 122b.
— — — — — — — — — — — §. 134. *inten*||- t. s.
tione formulae de*terminatur* is, cui dare oportet; et | 235.
sane domino dare oportet, quod servus stipulatur. at in| Fol. extra
praescriptione de pacto[30] quaeritur, quod secundum natu- Cod., semel scr. a.

201) [*Sed* Huschk. Ed. 2.: Semper Cod. *Sem* 2) [Ed. 2.: exceptio *nocet*; i*deoque si reus* ea non fuerit Supplet Rudorff. *re integra*. 3) [Ed. 2.: restitu*itur recuperan*dae Sched. *restitut*ı *o n*ı(?) *s*(?)*****(?)*dae* Fortasse *restituitur a praetore obiciendae*] 4) [Ed. 2.: *fuerit*] 5) Cod. *restituitur* 6) *Interdum* ... *ex posteriore pacto*. Vid. pr. I. de replicat. 7) *actori* deest in Inst. 8) [Inst. et Ed. 2. *accidit*] 9) Inst. *allegatione*. Eaedem mox omittunt voc. *adiectio*. 10) [Sic Inst. Sched. et Ed. 2. *ius*] 11) *nam si* etc. Inst. *veluti cum* pactus *est aliquis cum debitore suo*, ne *ab eo* pecuniam *petat*, deinde postea in contr. p. *sunt*, i. e. ut p. *creditori* liceat; *si agat creditor, et excipiat debitor*, ut i. dem. *condemnetur*, si n. conv., ne eam pec. *creditor petat*, nocet *ei* exceptio (*convenit enim ita*: namque n. h. v. manet, *licet* postea in contr. pacti *sunt*): sed quia in. est, *creditorem excludi*, replic. *ei dabitur* ex post. pacto *convento*. 12) Sched.: in *auctionem uenerit* 13) [Ed. 2.: tradita *sit*; *quae quidem* Sched. *tradita e****]

14) [*aut si* Cod. secundum sched. Blum. Ed. 2.: *nisi*.] 15) §§. 127. 128. 129. Vid. §§. 1. 2. 3. I. t. c. Ibi est *Rursus* interdum *evenit*, ut replicatio, et mox omittitur *reo*. 16) [Ed. 2.: accidit, adiect.] Inst. *accidit*, *alia allegatione*. 17) Inst. *allegatione alia*. 18) Inst. *exceptionum*, mox omisso *etiam*. 19) Inst. *introducit*. 20) [Sic Hefft. Ed. 2.: quid*quid* (*ob*) *eam rem* *N. N.* etc. oport*et*.] 21) [Ed. 2.: etiam *futuram*] 22) [Hefft.: et *quantumvis in obligatione fuerit, tamen id solum consequimur, quod litis contestatae tempore praestari oportet, ideoque removemur postea agere volentes*.] 23) [*ea* etc. Ita refinxi Heffteri et Huschkii inventa. Ed. 2. horum nihil exhibet.] 24) [Sic Huschk. Ed. 2.: *ita concepta*] 25) [Sic Rudorff. Ed. 2.: *per* inten*tionem*] 26) Sched. *iis* 27) [Ed. 2.: dix*imus* Sched. **dixu***us*] §. 130. 28) [*si in ea re* scripsi ex L. 1. D. §. 1. fam. herc. Ed. 2. *QUOD*] 29) [*res* etc. Sic Hefft. Ed. 2. horum nihil habet.] 30) *facto* mavult Savin.

ra|lem significationem verum esse debet. §. 135. Quaecumque autem di|ximus de servis, eadem de ceteris quoque personis, quae | nostro iuri subiectae | sunt, dicta intellegemus. §. 136. Item admonendi sumus, | si cum ipso agamus, qui incertum promiserit, ita nobis | formulam esse propositam, ut praescriptio inserta sit for|mulae loco demonstrationis, hoc modo: IUDEX ESTO. QUOD AULUS AGERIUS DE NUMERIO NEGIDIO IN|CERTUM STIPULATUS EST, CUIUS REI DIES FUIT, QUIDQUID OB EAM REM NUMERIUM NEGIDIUM | AULO AGERIO DARE FACERE OPORTET et reliqua. §. 137. Si cum sponsore aut fideiussore agatur, | praescribi solet in persona quidem sponsoris | hoc modo: EA RES AGATUR, QUOD AULUS AGERIUS DE LUCIO TITIO INCERTUM STIPULATUS | EST, QUO NOMINE NUMERIUS NEGIDIUS SPONSOR EST, CUIUS REI DIES FUIT; in persona | vero fideiussoris: EA RES AGATUR, QUOD NUMERIUS NEGIDIUS PRO LUCIO TITIO INCERTUM | FIDE SUA ESSE IUSSIT, CUIUS REI DIES FUIT: deinde formula | subicitur. |

§. 138.[231] Superest, ut de interdictis dispiciamus.

§. 139. Certis igitur ex causis | Praetor aut Proconsul principaliter auctoritatem suam fi|niendis controversiis praeponit[32]. [33] quod tum maxime fa|cit, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos con|tenditur. et in summa aut iubet aliquid fieri, aut fieri prohi|bet.
236. formulae autem verborum et conceptiones, quibus in || ea re utitur, interdicta decretave vocantur. §. 140. (Vocantur) autem decreta, cum | fieri aliquid iubet, velut cum praecipit, ut aliquid exhibe|atur, aut restituatur: interdicta vero, cum prohibet fieri, velut cum praeci|pit, ne sine vitio possidenti vis fiat, neve in loco | sacro aliquid fiat. unde omnia interdicta aut restituto|ria, aut exhibitoria, aut prohibitoria vocantur. §. 141. Nec tamen cum | quid iusserit fieri, aut fieri prohibuerit, statim peractum | est negotium, sed ad iudicem recuperatoresve itur, et ibi | editis formulis quaeritur, an aliquid adversus Praetoris e|dictum factum sit, vel an factum non sit, quod is fieri iusserit. | et modo cum poena agitur, modo sine poena: cum poe|na, velut cum per sponsionem agetur[34]; sine poena, velut cum | arbiter petitur. et quidem ex prohibitoriis interdictis semper | per sponsionem agi solet; ex restitutoriis vero vel exhi|bitoriis modo per sponsionem, modo per formulam a|gitur, quae arbitraria vocatur. |

Fol. extra Cod., semel scr. b.

§. 142.[35] Principalis igitur divisio in eo est, quod aut prohibitoria sunt interdicta, | aut restitutoria, aut exhibitoria. [36]§. 143. Sequens in eo est divisio, | quod vel adipiscendae possessionis causa conparata sunt, vel | retinendae, vel reciperandae. | §. 144. Adipiscendae possessionis causa interdictum accommodatur | bonorum possessori, cuius principium est[37] QUORUM BONORUM: eius|que vis et potestas haec est, ut quod quisque ex his bonis[38], qu|orum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore || possideret[39], id ei, cui 237. 49a
bonorum possessio data est, restitu|atur[40]. pro herede autem possidere videtur tam is, qui heres est, quam is[41], qui pu|tat, se heredem esse: pro possessore is possidet, qui sine causa aliquam rem[42] | hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet.| ideo autem adipiscendae possessionis vocatur[43], quia ei tan|tum utile est, qui nunc primum conatur, adipisci rei posses|sionem. itaque si quis adeptus possessionem amiserit, de|sinit ei id interdictum utile esse[44]. §. 145. Bonorum quoque emptori simi|liter proponitur interdictum, quod quidam possessorium vo|cant. §. 146. Item ei, qui publica[45] bona emerit, eiusdem condi|cionis interdictum proponitur, quod appellatur sectorium, quod | sectores vocantur, qui publice bona mercantur. | [46]§. 147. Interdictum quoque, quod appella|tur Salvianum, apiscendae[47] possessionis (causa)[48] conpara|tum est, eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas | is pro mercedibus fundi pignori futuras pe|pigisset. | §. 148. Retinendae possessionis causa solet interdictum reddi[49], cum ab | utraque parte de proprietate alicuius rei controversia est[50].| et ante quaeritur, uter ex litigatoribus possidere, et u|ter petere debeat: cuius rei gratia comparata sunt UTI | POSSIDETIS et UTRUBI. §. 149. Et quidem UTI POSSIDETIS interdictum de fun|di vel aedium possessione redditur, UTRUBI vero de re|rum mobilium possessione. §. 150. Et siquidem de fundo vel aedibus || interdicitur, eum potiorem esse Praetor iu- 238.
bet, qui eo tempo|re, quo interdictum redditur, nec vi, 49b
nec clam, nec precario ab adversario | possideat: si vero de re mobili, tunc eum potiorem esse iu|bet, qui maiore parte eius anni nec vi, nec clam, nec precario ab adver|sario possedit[51]: idque satis ipsis verbis interdictorum si|gnificatur. §. 151. At in UTRUBI interdicto non solum sua cuique possessi|o prodest, sed etiam alterius, quam iustum est ei accedere: velut eius, | cui heres extiterit; eiusque, a quo emerit, | vel ex — — —[52] aut donatione acceperit. itaque si nostrae possessioni iun|cta alterius iusta possessio exsuperat adversarii pos|sessionem, nos eo interdicto vincimus. | nullam autem propriam possessionem habenti accessio tem|poris nec datur, nec dari potest: nam ei, quod nullum est, nihil

---

231) Cf. pr. I. de interd. 32) Cod. *pponit* Caplick. [probantib. Hollw. et Böcking.] *interponit.*
33) Vid. c. pr. I. t. c., ubi est q. *tunc* m. *faciebat . . . contendebatur.* 34) [Ed. 2.: agitur]
35) Cf. §. 1. I. t. c. 36) §§. 143. 144. Vid. §§. 2. 3. I. t. c., ubi est Seq. *divisio interdictorum haec* est, quod *quaedam* ad p. c. c. s., *quaedam* ret., *quaedam* recip. 37) *cuius* etc. Inst. *quod appellatur.*
38) Inst.: quod *ex his bonis* quisque 39) Inst. [et Ed. 2.] *possideat* 40) Inst. *restituere debeat.*
41) *tam is* etc. om. Inst. 42) Inst.: qui *nullo iure* rem 43) Inst.: vocatur *interdictum.* 44) Inst.: amiserit *eam, hoc* interdictum ei *inutile est.*
45) Baumbach. *publice* [quod probo. Bg.]
46) §§. 147. 148. ... *petere debeat.* Vid. c. §. 3. §. 4. I. t. c. 47) Inst. *adipiscendae.* 48) *causa* ex Inst. [Potest abesse.] 49) *solet* etc. Inst. *comparata sunt interdicta Uti possidetis et Utrubi.*
50) Inst. *sit.* 51) Ita Savin. Cod. *p'sidet* [(et *possidet* deder. Hefft. Klenz. et Böcking.) Hoc aliquo modo defendi posse idem Sav. ostendit R. d. Besitzes p. 500. n. 1. ed. sextae.] 52) [*vel ex* etc. omissa Ed. 2.] Cod. *u ex donatione* [Hefft. *traditione*, Unterh. *permutatione*, Huschk. *solutione*.]

accedere potest. | set et si vitiosam habeat possessionem, id est, aut vi, aut clam, aut preca|rio ab adversario adquisitam, '*non*' *datur*: '*nam ei possessio*' | sua nihil prodest. §. 152. Annus autem retrorsus numeratur. itaque si | tu verbi gratia anni mensibus possederis prioribus v, et | ego vii posterioribus, ego potior ero *quantitate* | mensium possessionis; *nec* tibi in hoc interdicto *prodest*, quod *prior* | *tua eius* an*ni* possessio *est* [253]. §. 153. [54] Possidere autem videmur non so'*lum si ip*'si | possideamus, sed etiam si nostro nomine aliquis in possessi|one [55] sit, licet is nostro iur*i* subiectus non sit, qualis est | colonus et inquilinus. per eos quoque, aput quos deposuerimus, | aut quibus commodaverimus [56], aut
239. quibus *gratuitam* habita||tionem *con*stituerimus [57], | ipsi
92a. possidere videmur [58]. et hoc est, quod volgo [59] dicitur, | retineri possessionem posse per quemlibet, qui nostro no|mine sit in possessione. [60] quinetiam plerique puta*nt*, animo '*quoque retine*'|ri possessionem, quod [61] nostrorum — — — — — — — * *| — — * * [62] animo solo, qu*ia* vol*uerimus, ex quo* d*iscessimus*, | *r*'*everti*' [63], retinere pos*sessionem* [64] videamur. apis'*ci vero possessionem*' *per* quos pos*simus*, | secundo commentario rettulimus [65]. nec ulla dubita|tio est, quin animo *possessionem* apisci '*non*' pos*simus* [66]. | §. 154. [67] Recuperandae possessionis causa solet interdictum dari, si quis vi | deiectus sit [68]. nam ei proponitur interdictum, cuius principium '*est*': | UNDE TU ILLUM VI DEIECISTI [69]: per quod is, qui deiecit, cogitur| *ei* restituere rei [70] possessionem; si modo is, qui deiectus est, nec vi, | nec '*clam*', nec precario (*ab adversario*) *posside*'*ret rem vel fund*'um, quo, si aut [71] vi, aut clam, aut precari|o possideret, '*esset inpun*'e d'*eiectus*' [72]. §. 155. Interdum tamen '*etiam*' ei, *quem vi* | *deiecerim*, quamvis *a* me [73] vi, aut clam, aut precario possideret, cogeret [74]| restituere possessionem: velut si armis cum vi deiecerim. nam Praetor | — — — — — — — — — — — — — — * * omni|modo — — — — — — — — — — — * * | ——— ✝. 2. ——— |

[75] §. 156. Tertia divisio interdictorum in hoc [76] '*est*, *quod aut*' simplic*ia* sunt, aut duplicia. | §. 157. Simplicia '*sunt*' velut in quibus alter actor, alter reus est. qua|lia sunt omnia restitutoria '*aut*' exhibitoria. nam [77] actor || est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui: reus is est, 210.
a | quo desideratur, ut exhibeat, aut restituat [78]. | 92b.
§. 158. Prohibitoriorum autem interdictorum alia duplicia, alia sim|plicia sunt [79]. §. 159. Simplicia sunt, quibus prohibet Praetor, in loco sacro, | aut [80] in flumine publico, ripave eius aliquid facere *reum* [81]. | nam actor *est*, qui desiderat, ne quid fiat: reus is [82], qui aliquid | facere conatur. §. 160. Duplicia sunt velut UTI POSSIDETIS interdictum | et UTRUBI. ideo autem duplicia vocantur, quia par utrius|que litigatoris in his condicio est, nec quisquam praecipue re|us vel actor intellegitur, sed unusquisque tam rei, quam actoris | partes [83] sustinet: quippe Praetor pari sermone cum utro|quo loquitur. nam summa conceptio eorum Interdictorum haec | est: UTI NUNC POSSIDETIS, QUOMINUS ITA POSSIDEATIS, VIM FIERI | VETO: item alterius: UTRUBI HIC HOMO, DE QUO AGITUR, A|PUD QUEM MAIORE PARTE HUIUS ANNI FUIT, QUOMINUS IS| EUM DUCAT, VIM FIERI VETO. |

§. 161. Expositis generibus interdictorum, sequitur, ut de | ordine et de exitu eorum dispiciamus. et incipiamus | a *simplicibus*. §. 162. Igitur (*cum*) restitutorium, vel exhibitori|um interdictum redditur, velut ut restituatur ei possessio, | qui vi deiectus est, aut exhibeatur libertus, cui patronus | operas indicere vellet [84], modo sine periculo res ad exi|tum perducitur, modo cum periculo. §. 163. Namque si arbitrum postula|verit is, cum quo agitur, accipit formulam, quae appellatur || *arbitraria*: nam iud*icis* arbitrio si quid restitui vel 241.
exhi|beri deb*eat*, i*d* sine *poena* exhibet *vel* restituit, | et 120a. t. s.
ita absolvitur: quodsi nec restituat, neque exhibeat, *quan*|ti ea res est condemnatur. set actor *quoque* sine poena expe|ritur cum eo, qui neque exhibere, neque restituere quicquam of|fert, *nisi* [85] calumniae *i*udicium ei oppositum

253) [*quantitate*, *nec*, *prodest* etc. Haec partim ab Huschkio monstrata posui ubi Ed. 2. habebat asteriscos.] 54) Vid. §. 5. I. t. c., ubi legitur Poss. autem *videtur quisque* non sol. si *ipse possideat*, sed *et* si *eius* nomine, et cetera consequenter. 55) Cod. *p'sessionem* 56) Inst. *deposuerit quis*, a. quib. *commodaverit*. 57) *aut quibus gratuitam* etc. Ita haec in Inst. omissa Savinius emendavit. Sched. *ā q̄b c*(vel *o*)*ca**ıant habitationem p*(vel *r*) *tituerimus ā quibus ıo*(vel *c*)*ıamnam habitationem* [Böcking.: aut quibus *ūfm ū usū* (usumfructum vel usum) aut habitationem *p̉stiterimus* (praestiterimus)] 58) Sched. *deuimur* [Ed. 2.: *uidebimur.*] Inst. *ipse* poss. *videtur*. 59) *volgo* om. Inst. Eaedem mox *retinere* possessionem posse *aliquem* per queml., qui *eius* nomine 60) Inst.: quinetiam *animo* q. r. poss. *placet*, *id est ut*, *quamvis neque ipse sit in possessione, neque eius nomine alius, tamen, si non relinquendae possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit*, retinere possessionem videtur. 61) [Cod. *q*. Ed. 2. * Huschk. *quae*] 62) [Huschk. *praeceptorum sententia est. diversae autem scholae auctoribus contrarium placet. ut* Mihi veriora videntur haec, *verbi gratia aestivorum* et *ibernorum saltuum* Cf. L. 1. §. 25. D. de vi.] 63) [*quia* etc. Ed. 2.: quamvis **************************** Huschk. *quamvis voluerimus ad rem reverti. tamen*] 64) [Ed. 2. *** Huschk. *possessionem non*] 65) Inst. *Adipisci* v. poss. p. quos *aliquis potest*, secundo *libro exposuimus*. Cf. Comm. II. §§. 89. 90. 94. 95. 66) Inst.: animo *solo* poss. *adipisci nemo potest*. [Ed. 2. animo *solo adipisci possessionem nemo possit.*] 67) *Recuperandae ... possessionem* Vid. §. 6. I. t. c. 68) Inst.: solet *interdici*, si quis *ex possessione fundi vel aedium* vi d. *fuerit*. 69) Inst.: interdictum *Unde vi*. 70) *rei* om. Inst. 71) [Ed. 2.: precario (cum 15 asteriscis, qui debebant esse 18) quodsi autem Haec postrema verba Sched. ita scripta exhibent, *q.si aute*] 72) [Ed. 2.: possederit eum 14 asteriscis, qui debebant esse 16. Heff. *possederit, impune deiicitur.*] 73) [*etiam* etc. Haec in locum 25 asteriscorum suffeci coniunctis Klenzii Heff. Gösch. meisque inventis.] (Scripserim: *a* me *aut* vi Bg.) 74) An *cogar*? [Mihi simplicissimum videtur *cogor*. Huschk. *cogar rei*. Klenz. et Blum. *cogor ei*. Hoc qui probabit, debebit in superioribus cum Heff. scribere *si quem*. non *ei quem*.] 75) §§. 156...160. *partes sustinet*. Vid. §. 7. I. t. c. 76) *in hoc* Inst. *haec* 77) Inst. *namque* 78) Inst. *is*. a. q. d., ut *restituat* aut *exhibeat*. 79) Inst.: alia *simplicia sunt*, alia *duplicia*. 80) Inst.: sunt, *veluti cum* prohib. pr., in l. s. *vel* 81) Cod. *facere eū* [Blumius correxit primus. Ed. 2. om. *reum*.] Inst. *fieri*. 82) *is* om. Inst. 83) Inst. *partem*. 84) [Ed. 2. *uult*] 85) *qui neque* etc. Sched.

fuerit. | —————— —————— |
— calumniae iudicio — — — — — — — — * | quasi
hoc ipso confessus videa*tur*, *restituer'e sc'* | vel exhibere
debere. sed alio iure utimur; et recte | — — — — —
— — — — * et arbitrum quisque | — — — — — |
§. 164. Observare debet is, qui *volet arbitrum petere*,
ut stat|im [286] petat, antequam ex *iure* exeat, id *est*, *ante-*
'quam a' Praetore dis|cedat: sero enim petentibus non
indulge*bitur*. §. 165. *Itaque* si *ar*|*bitrum* non *pe-*
tierit, sed *tacitus* de iure exi*erit*, cum periculo | res ad
exitum perducitur. nam actor provocat adversari|um
sponsione *si* [87] contra *'edictu'*m Praetoris non *exhibue*|rit
aut non *restituerit*: ille autem adversus sponsionem | ad-
versarii restipulatur. deinde actor quidem sponsionis |
formulam edit adversario; *ille huic* invicem re|stipulatio-
nis. sed actor sponsionis *formulae subicit* [88] | et aliud
iudicium de re restituenda vel exhibenda: | ut, si spon-
sione *vicerit*, nisi ei res exhibeatur aut restituatur [89] ||
242. ————————————————
120b. ————————————————
t. s. ———————————————— ||
243. —————— ⁊. 21. —————— |
81a. aut denegan*tur* — — — — — — — — — * * | ———
t. s. —————— ⁊. 2. —————— ||
244. — * * §. 166. res ab eo fructus licitando * tanti*sper*
81b. in — — * * | — — — * * adversario suo fructua-
† ria stip*ulatio*|ne — — * potestas haec — — — — —
— | — — — — — — — — — — — * * adver|sarios
qui — — — — * * contentio fructus licita|tionis *est*,
sci*licet* quia — — — — * esse — *tantisper* * | — —
— * * vendit — — — * * postea alter | alterum spon-
sione provocat: QUAE ADVERSUS EDICTUM PRAETORIS IN-
TER|*DI*CENTIS NOBIS FACTA ESSE*NT*, INVICEM *SI NON* [90] RE-
STITUA*N*|TUR. adversus sponsionem vel — — — — — *
cum | una inter eos sponsio — — — stipulatio — *| —
* * fit — — — — — — — — — — — — — * | fundo — —
— — — — — — — — — — — * | restitui — — — —
— — index, aput quem de ea | *re agitur*, illud scilicet
requirit, (*quod*) Praetor interdicto conplexus | est, id
est, uter eorum eum fundum casve aedes per id tempus,|
quo interdict*um* redditur [91], nec vi, nec clam, nec pre-
cario possideret. cum iudex | id exploraverit, et forte
secundum me iudicat*um* | sit, adversarium *quidem* et
sponsionis et restipulatio|nis summas, quas cum eo feci,
condemnat, et conve|nienter me sponsion*is* et restipula-
tionis, quae | mecum factae sunt, absolvit. et hoc am-
plius, si aput adversa|rium meum *possessio est*, quia is
fructus licitatione vi|ci*t*, nisi restituat mihi possessio-
nem, Cascelliano sive || secutorio iudicio condemnatur. 245.
§. 167. Ergo is, qui fru|ctus licitatione vicit, si non 74a.
probat, ad se pertinere possessio|nem, sponsionis et t. s.
restipu*lat*ionis et fructus | licitationis summam poenae
nomine solvere, *'et'* | praeterea possessionem restituere
iubetur: et hoc amplius | fructus, quos interea percepit,
reddi*t*. summa enim fructus | licitationis non pretium
est fructuum, sed poenae no|mine solvitur, quod quis
aliena*m* possessionem per hoc tem|pus retinere et facul-
tatem fruendi nancisci co|natus est. §. 168. Ille
autem, qui fructus licitatione victus est, si non | proba-
rit [92], ad se pertinere possessionem, tantum spon|sionis
et restipulationis summam poenae nomine | debet.
§. 169. Admonendi tamen sumus, liberum esse ei, qui
fru|ctus licitatione victus erit, omissa fructuaria sti|pu-
latione, sicut Cascelliano sive secutorio iudicio | de pos-
sessione reciperanda experitur, ita — — — [93] | fructus
licitatione a*gere*: *in* quam *rem* proprium iudicium | com-
paratum est, quod appellatur fructuarium, quo nomine |
actor iudicatum solvi satis accipit [94]. dicitur autem et hoc
iudicium secu|torium, quod sequitur sponsionis victoriam:
sed non aeque | Cascellianum vocatur. | §. 170. Sed
quia nonnulli, interdicto reddito, cetera ex interdicto fa-
ce|re nolebant, atque ob id non poterat res expediri,
Praetor || — — — — — — — * comparavit interdicta | 246.
—————— ⁊. 8. —————— | 74.
— — — — — — * et cetera ex interdicto — | ——— t. s.
—————— ⁊. 2. —————— |
* * sine causa — — — — — — — — — — * | ———
—————— | — — — — — — — —
— * fuerint — * | —————— ⁊. 9.
—————— || —————— 247.
⁊. 8. —————— | — sponsori — — — 113a.
— — — — — — — * | —————— ⁊. 12. t. s.
—————— | — — — * * etiam iuris — —
— — — — | —————— ⁊. 2. —————— ||
§. 171. — * dupli — — — — — [95] velut si iudica*ti*, 248.
aut depen|si, *aut* damni iniuriae, aut l*egatorum per da-* 113b.
mnationem | *relictorum nomine* agitur: ex quibusdam cau- t. s.
sis sponsionem | facere permittitur, velut de pecunia
certa credita et pecunia | constituta: sed certae quidem
creditae pecuniae tertiae partis; con|stitutae vero pecu-
niae partis dimidiae. §. 172. Quodsi *neque spon*|-
sionis, *neque* dupli *actionis* periculum ei, cum quo agitur,
con|iungatur [96], a*ut* [97] ne statim *qui*dem ab initio pluris
quam simpli sit | actio, permittit Praetor, iusiurandum
exigere, non calumni|ae causa [98] in*fitias ire*. unde quam-
vis [99] heredes, vel qui heredum loco *ha*|bentur, nu*m*quam

†) Versus 1...13. ter scripti sunt.
Blum. *q*.... offert *q̀si* (i. e. quasi) [Huschk. *quem ... oportet*, nisi Bene, nisi quod pronomeǔ *quem* in codice Veronensi singulari littera non notatur.] 286) [*statim* Sic Böckingius. Ed. 2. *ita eum*] 87) *si* Ita Hollw. et Savin. Sched. *m* [Huschk. *ni*]
88) [Sic Huschk. Ed. 2 *subiungit* ex coniectura Hollwegii.] 89) Hollw. in Cod. tale quid sequi existimat: *adversarius quanti ea res sit condemnetur.*
90) *essent* etc. Sched. Blum. *e͞et* inuicem *amS*(vel *b*)*o* (vel *u*) 91) [Ed. 2.: redderetur, et mox possederit.] 92) [Hefft. *probaverit*. Sched. Blum. *pbabaret* Ed. 2.: probat] 93) [Ed. 2. ******* de Mihi scribendum videtur *de fructuum pretio e*]
94) [Ed. 2.: actoris satis accipiatur. Correxit Huschkius, sed litteris *is* omissis, quas optime interpretatur Puchta. Valerius Probus in notis p. 1517. et 1539., item Putschius p. 1675. *i. s.*, *iudicatum solvi.*] 95) An: *reo infitiante, ex quibusdam* || *causis* dupli *actio constituitur?* Conf. §. 1. I. de poena temere litigant. e tsupra §. 9.
96) [Puto *iniungatur.*] 97) [Ed. 2.: ac]
98) [Ed. 2.: causa se Non recte. vid. §. 176. 186. Sched. *causae*(vel *e*) Fortasse addi debet *ad*. vid. L. 44. §. 4. D. fam. ercisc.] 99) [Ed. 2.: quamuis] Sched.

poenis[300] obligati sunt, item feminis pupillis|que *remitti* solet *poena* sponsionis, i*u*bet modo[1] eos i*u*rare. | §. 173.[2] Statim aut*em* ab initio pluris quam simpli actio est velut[3] furti ma|nifesti quadrupli, nec manifesti dupli, con|cepti et oblati tripli[4]. nam ex his causis et aliis quibusdam, sive | quis neget, sive fateatur, pluris quam simpli est actio. |

§. 174. Actoris quoque calumnia coercetur[5]: modo calumniae iudi|cio; modo contrario; modo iureiurando; modo restipulatione.| §. 175. Et quidem calumniae iudicium adversus omnes actiones lo|cum habet, et est decimae partis *causae*; adversus interdicta | aut*em* quartae partis causae. §. 176. Liberum est *illi*, cum quo agitur, aut | calumniae iudicium opponere, aut *iusiurandum* exigere, non calumni|ae causa agere. | §. 177. Contrarium autem iudicium ex certis causis constitu*itur*: ||
249. 93a. velut si iniuriarum agatur; et si cum muliere eo nomine agatur, | quod dicetur[6] ventris nomine in possessionem missa dolo malo | ad alium possessionem transtulisse; et si quis eo nomine | agat, quod dicat, se a Praetore in possessionem missum ab alio quo | admissum non esse. | sed adversus iniuriarum quidem actio*nem*[7] decimae partis datur: | adversus vero duas istas quintae. | §. 178. Severior autem coerc*i*tio est per contrarium iudicium. n*am*[8]| calumniae iudicio x. partis nemo damn*atur*, nisi qui in|tellegit, non recte se agere, sed vexandi adversarii gra|tia actionem instituit, potiusque ex iudicis errore, vel i|niquitate victoriam sperat, quam ex causa veritatis[9]: calu|mnia enim in adfectu[10] est, sicut *f*urti crimen. contra|rio vero iudicio omnimodo damnatur actor, si causam non tenu|erit; licet ali*qua*[11] opinione inductus crediderit, se recte a|gere. §. 179. Utique autem ex quibus causis contrario iudicio agere[12] potest, etiam | calumniae iudicium locum habet: sed alterutro *tantum*[13] in|dicio agere permittitur. qua ratione si iusiurandum | de calumnia exactum fuerit, quemadmodum calumni|ae iudicium non datur, ita et contrarium non dari[14] debet. | §. 180. Restipulationis quoque poena ex certis causis fieri solet. et que|madmodum contrario iudicio omnimodo condemnatur | actor, si causam non tenuerit, nec requiritur, an scierit, non | recte se agere; ita etiam restipulationis poena omni||modo damnatur actor. §. 181. — * 250.
93b. si ab actore — restipulatio|nis poena petatur, ei neque calumniae iudicium opponitur, neque | iurisiurandi religio in*i*ungitur. nam contrarium iudicium *'in'* | his causis locum non habere, palam est |

§. 182. [15]Quibusdam iudiciis damnati ignominiosi fiunt: velut | furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum; item *pro soc'io, fiduciae, tutelae, man'*|dati, depositi[16]. sed furti[17], aut vi bonorum *'raptorum, aut iniuriarum*[18] *non solum'* damna|ti notantur ignominia, sed et*'iam pacti'* — — — * * | scriptum est[19]. et recte: plurimum *'enim interest, utrum ex delicto'* | aliquis, an ex contractu debitor *'sit'* — * * illa parte | edicti id ipsum — — — — — — — — * * | ——— ——— | — — — — — — — — — — — — fide*iusso*|rio nomine iudicio convenitur[20]. etenim — — — — * * |

§. 183. In summa sciendum est, cum, qui — — — — — — * a|gere et cum, qui vocatus est, — — — — —| ——— v. 2. ——— | — — patrono et liberto — — — — — | — * *[21] et in e*um*, qui adversus ea egerit, *poena constituta est*. | §. 184. Qui autem in ius vocatus fuerit (*ab*) adversario, ni eo die fini|verit negotium, vadimonium ei faciendum est, id est, ut | promittat se certo die sisti. §. 185. Fiunt aut*em* vadimonia quibusdam | ex causis pura, id est, sine satisdatione; quibusdam cum satisdatione; || quibusdam 251.
42a. iureiurando; quibusdam recuperatoribus | suppositis, id est, *ut* qui non *steterit*, is protinus a recuperatori|bus in summam vadimonii condemnetur: eaque singula di|ligenter Praetoris edicto significantur. §. 186. Et siquidem iudi|cati depensive agetur, tanti fiet vadimonium, quanti ea | res erit: si vero ex ceteris causis, quanti actor iuraverit non *ca*|lumniae causa postulare sibi vadimonium promi*tti*; nec tamen[22] plu|ribus, quam sestertium c milibus fit vadimonium. | itaque si centum milium res erit, nec iudicati depensive | agetur, non plus quam sestertium quinquaginta mili*um* fit vadimonium. | §. 187. Q*uas* autem personas sine permissu Praetoris inpune in ius vocare | non possumus, easdem nec vadimonio invi*tas* obligare | possumus, praeterquam si Praetor aditus permittit.

---

qu, vel *qu*, vel *mi* [Debet esse *qa*.] 300) [Ed. 2. habentur, *du*pli non amplius] 1) [Ed. 2.: i*u*bet tamen] Sched. *iubctm̄* 2) Vid. c. §. 1. I. t. c. 3) Inst. *est* actio *veluti* 4) *concepti* etc. Haec in Inst. omissa sunt. 5) c. §. 1. I. t. c. *Item* act. quoque cal. coercetur. 6) [Ed. 2.: dic*a*tur.] 7) Cod. *ūonis* 8) Cod. *non*, et mox *damnet'* 9) Malim: *causae veritate.* 10) Cod. *adfectum* 11) [Cod. et Ed. 2. *alia* Cf. L. 36. D. de usurpationibus.] 12) [Malim *agi*.] 13) Cod. *tm̄* i. e. *tamen*. 14) [Ed. 2.: dari non] 15) *Quibusdam ... debitor sit*. Vid. §. 2. I. t. c., ubi est *Ex* quibusdam iudiciis 16) Inst.: iniuriarum, *de dolo*, item *tutelae*, mand., depositi etc., item pro socio etc. [Ceteris a Savin. ex L. 1. pr. D. de his q. not. infam. suppletis addidi *fiduciae*, quia supererat spatium.] 17) Inst.: furti *quidem* 18) Inst. addunt *aut de dolo*. Ex iisdem cetera suppleta. 19) Legendum videtur: *sicut in* (vel *idq̄. ita in*; vel, quod Heisio placet, *ita e⁄X in*) *ēd.* (edicto) *p̄r.* (praetoris)| scriptum est. In Inst. nihil eiusmodi legitur; ibi enim verbum *pacti* excipiunt verba *et recte*. 20) Locus eo pertinere videtur, quod infamia is tantum notatur, qui suo nomine damnatus est. 21) [Horum postrema Hollw. ita formanda censet, *quas sine permissu praetoris in ius vocare non licet, velut patronus*, patron*a*, *item* liberi *ac parentes patroni patronae*. Cf. §. 3. I. t. c.] 22) [Huschkius post minus firmas Gösch. et Heffteri suspiciones haec excidisse coniecit: *pluris quam partis dimidiae nec*]

DOMITII ULPIANI

F R A G M E N T A

UT VIDETUR

LIBRI SINGULARIS REGULARUM

QUAE DICUNTUR

TITULI EX CORPORE ULPIANI.

CURA

EDUARDI BÖCKING.

EDUARDUS BÖCKING LECTORI S.

Cum ab iuvene litteratissimo, I. C. Bluntschlio, Ulpiani fragmentorum recognitionem, hortatu amici collegaeque mihi coniunctissimi, Eduardi Puggaei, iam pridem elaboratam, antequam in lucem ea prodiret, denuo recognoscendi cura mihi demandaretur, eam in me lubens, quoniam Ulpianum unice diligo, suscepi. Eorum igitur subsidiorum ope, quae a viris doctis et maxime Fr. Ad. Schillingio [1] nuper parata erant, iunctis meis qualibuscumque emendationibus, aureum Ulpiani librum singularem regularum, quicquid eius nobis superest, emendaturus hanc mihi scripsi legem, ut evitato superstitionis vitio religiosissime Vaticanum codicem [2] sequerer, neque, quod quidem momentum haberet, quicquam mutarem, nisi monito per annotationem lectore. Ex meis autem curis profectam annotationem, quam instituti nostri ratio arctis finibus coercebat, uncis angulatis fere omnem inclusi, ut ab ea, quam Bluntschlius conscripserat, facilius dignosceretur [3]. De scriptura, quam textum vocant, in universum hoc praemonendum habeo, Bluntschlium per omnia v. ill. Hugonis quartam Ulpiani editionem secuturum fuisse, nisi ubi se aliter fecisse in subiectis commentariis moneret. Quod cum ita esset, aliam instituti mei rationem sequi visum est. Uncis [ ] inclusi aut quae codex habebat, cum omissa esse deberent, aut omittebat, cum habere deberet: sed haec quidem Italicis litteris, quas cursivas dicunt, erectis autem sive antiquis illa exprimi curavi. In lacunarum a librario non designatarum indicatione Hugonem, qui ad hanc rem pluribus asteriscis usus est, secutus sum; idem quod in distinguendis quoque aliquot capitibus, quorum rubricae interiisse videbantur, faciendum esse censui, ut iam appareat quid sibi velint lineolae, quae hic illic continuos paragraphorum numeros distinguunt. at ubi vel unam codicis litteram vel etiam plures aut addidi aut mutavi, ut uncis eam easve ne circumsepirem, simpliciter cursivis litterarum formis usus sum: quarum vero ne nimia varietate libellus deformaretur, neque omnes ubique, quas codex fere permutare solet litteras, (ut sunt *e* et *i*, *u* et *o*, *x* et *s* in voce dos, *dox*, aliaque id genus, quae nullius momenti sunt) variis figuris distinximus, neque lectorem de singulis eiusmodi emendationibus annotatione interpellavimus. Interpungendi meam mihi permisi rationem; in orthographia vero quam priores editores et ipse quidem Hugo, vir ceterum vel in iis rebus, quas non sine damno multo maxima pars hominum negligere consueverunt, accuratissimus, sibi sumpserant licentiam respuendam esse censui, ipsius codicis, quoad fieri potuit, scribendi rationem secutus.

Iam boni velim consulas, lector, conatus nostros et valeas.

---

[1]) Animadversionum criticarum ad Ulpiani fragmenta specimen I. II. Lips. 1830. 8°.

[2]) Codex ɔɔxxviii. bibliothecae reginae Christinae Vaticanae, qui a folii cxc. aversa pagina usque ad folii ccii. aversam paginam Ulpiani fragmenta continet.

[3]) Liceat hoc loco annotare Puggaeum edidisse commentariolum, quo vocem *Caesaris* in Ulp. I. §. 12. defendere conatus est; quae quidem defensio multo minus mihi probabilis esse videtur, quam eiusdem viri coniectura de loco Ulp. I. §. 7., quem ab initio ita habuisse putat: *apud magistratum potestatemve, velut* etc.

Scribebam Bonnae ad Rhenum a. d. IV. Kal. Febr.
anni cIɔIɔcccxxxi

NOTARUM EXPLICATIO.

Bg. = Böcking.
Bl. = Bluntschli.
C. = Codex Vaticanus. (Cf. praef. not. [2])
Cui. = Cuiacius.
H. = Hugo.
Hollw. = Bethmann-Hollweg.
Marez. = Marezoll.
Schill. = Frid. Ad. Schilling.
Schult. = Schulting.

Cetera signa per se satis nota sunt.

INDEX
TITULORUM.

---

[1]) C. *de statu liberū vel statu liberis.* Hugo: *de statu liberis;* sed idem infra restituit codicis lectionem. [Bl. codicis scripturam secuturus fuit; cum F. A. Schillingio (animadvv. critt. ad Ulp. spec. I. II. Lips. 1830. 8°.) scripsi *libero* pro *liberū.* Bg.] [[2]) Bl. veteres quosdam editores secutus scripserat *quae.* sed emendatione non opus est. Bg.] [3]) Cf. inferius p. 136. not. 65a. [4]) Cod. *Decele.*

INCIPIUNT*
TITULI
EX CORPORE ULPIANI.

Cod. fol. §. 1. * * * prohibet [4], exceptis quibusdam cognatis,
191. aα. et, si plus donatum sit, non rescindit. §. 2. Minus
vers. 23. quam perfecta lex est quae vetat aliquid fieri, et, si
factum sit, non rescindit, sed poenam iniungit ei,
qui contra legem fecit; qualis est lex Furia testamentaria, quae plus quam mille assium legatum mortisve causa prohibet capere, praeter exceptas personas, et adversus eum, qui plus ceperit, quadrupli poena*m* constituit.
191. aβ. §. 3. *L*ex aut rogatur, id est fertur; || aut abrogatur,
vers. 1. id est prior lex tollitur; aut derogatur, id est pars
prima [5] tollitur; aut subrogatur, id est adicitur aliquid primae legi; aut obrogat*ur*, id est mutatur aliquid ex prima lege.

* * *

190. bβ. §. 4. Mores sunt tacitus consensus populi longa con-
vers. 3. suetudine inveteratus.

* * *

TIT. I. DE LIBERTIS.

191. aα. §. 5. Libertorum [6] genera sunt tria, cives Romani,
vers. 10. Latini Iuniani, dediticiorum numero.

§. 6. Cives Romani sunt liberti, qui legitime [*liberati sunt, id est vindicta, aut*] censu, aut testamento, nullo iure inpediente [6a].

§. 7. Vindicta manumittuntur apud magistratum prae*side*mve, velut consulem, proconsulem [7]. §. 8. Censu manumittebantur olim qui lustrali censu Romae iussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur. §. 9. Ut testamento manumissi liberi sint, lex duodecim tabularum facit, quae confirmat * * * * * [8].
191. aβ. §. 10. * * * Hodie autem ipso iure liberi sunt ex le-
vers. 6. ge Iunia, qua lege Latini sunt nominati inter amicos
manumissi.

§. 11. Dediticiorum numero sunt qui poenae causa vincti sunt a domino, quibusve stig*mata* scripta [9] fuerunt, qui [9a] propter noxam torti nocentesque inventi sunt, quive traditi sunt, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, [*inve ludum*] vel custodiam [9b] coniecti fuerunt, deinde quoquo modo manumissi sunt [10]. idque lex A*elia* Sen*ti*a facit.

§. 12. Eadem lege cautum est, ut minor triginta annorum servus vindicta manumissus civis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit; ideo sine consilio manumissum [Caesaris [11]] servum manere putat. testamento vero manumissum perinde haberi iubet, atque si domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit. §. 13. Eadem lex eum dominum, qui minor viginti annorum est, prohibet servum manumittere, praeterquam si causam aput consilium probaverit. 13a. In consilio [11a] autem adhibentur Ro-
m*ae* [12] quinque senatores et quinque || equites Ro- 191. bα.
mani; in provincia viginti rec*u*peratores, cives Romani.
§. 14. Ab eo domino, qui solvend*o* [13] non est, servus testament*o* liber esse iussus et heres institutus, etsi minor sit triginta annis, vel in ea causa sit, ut dediticius fieri debeat, civis Romanus et heres fit; si tamen alius ex eo testamento nemo heres sit. quodsi duo pluresve liberi heredesque esse iussi sint, primo loco scriptus liber et heres fit, quod et ipsum lex A*elia* Sen*ti*a facit. §. 15. Eadem lex in fraude*m* creditoris et patroni manumittere prohibet.

§. 16. Qui tantum in bonis, non etiam ex iu*re* Quiritium [13a] servum habet, manumittendo Latinum facit. In bonis tantum alicuius servus est velut hoc modo: si civis Romanus a cive Romano servum emerit, isq*ue* traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. nam quamdiu horum quid fiat, is servus in bonis quidem emptoris est, e*x* iu*re* Quiritium aut*em* [13b] venditoris est.

§. 17. Mulier, quae in tutela est, item pupillus et pupilla manumittere non possunt.

§. 18. Communem servum unus ex dominis manumittendo partem suam amittit, eaque adcrescit socio; maxime si eo modo manumiserit, quo, si proprium ||
haberet, civem Romanum facturus esset. nam si in- 191. bβ.

[*) Codex hoc verbum, editionibus omissum, habet.]
4) Cuiacius supplevit: *Imperfecta lex est, veluti Cincia, quae supra certum modum donari proh.* Schultingius hanc coniecturam, etiam Savinio probatam, recepit. [F. A. Schilling. ita fere Ulpianum scripsisse putat: *Perfecta lex est, quae vetat aliquid fieri, et si factum sit, rescindit, qualis est. . . . . . . Imperfecta lex est, quae vetat aliquid fieri, et si factum sit, non* [*nec* Bg.] *rescindit, nec poenam iniungit ei, qui contra legem fecit; qualis est lex Cincia, quae plus quam . . . . . . donari* prohibet etc. 5) Codicis scripturam restitui: *pars* i e. partim *prima* lex *tollitur*. Cuiacius, quem editores secuti sunt et ipse Bluntschlj quoque secuturus fuit, scripserat *pars primae legis*. Böcking.]
6) Malim *Libertinorum*. Cf. Gai. I. 12. [6a) Schillingium sequi visum est. H., quem Bl. secuturus fuit: *legitime* vindicta, *censu aut test., n. i. imp.*, manumissi sunt. Schult. et Cannegieter: *qui* vind. *censu aut test., n. i. imp.*, manumissi sunt.] 7) Locus difficilis. dedi Hugonis emendationem, quamvis non valde placeat. Cod.: *ap. mag. praeturimve, v. c. p.* Schult. *ap. mag. velut Praetorem Cons. Proc.* Ingeniose coniecit Unterholzner: *ap. magistratum populi Romani* [quae verba *p. R.* omnino necessaria esse duco. Bg.], *apud quem est iurisdictio imperiumve, velut consulem, proconsulem* (P. R. A. q. E. IVR. IM. VE.). Addenda vero est praetoris mentio. [Schillingius omisso *praesidemve* scribi vult *praetoremve* post *proconsulem*.] 8) Cuiacius supplevit: *testamento datas libertates.* 9) Cf. Gai. I. 13. ubi *inscripta* est, quod malim. Cod. et edd. veteres: *quibus vestigia scripta.* [De Cuiacii coni. Hugo dedit quod secuti sumus. 9a) Schill. *quive.* 9b) Ex Gai. I. 13. inserui, Schillingium secutus, *inve ludum*, quod excidisse codicis quoque verba *vel custodiam*, cuius loco priores editores scripserant *vel* in *custodiam*, satis ostendere videntur. Bg.] 10) H. *sint.* 11) Ita Cod. Fortasse latet nomen Scaevolae vel Cassii, [quod iam aliis quoque visum erat. Ingeniose Hollw. in cod. olim fuisse CAE.SABIS (Caelius Sabinus) lusit. Sed vide Schill. animadvv. critt., ubi *censuve* pro vera Ulpiani scriptura docte defenditur. Bg.] [11a) C. II.; Vulgo: *in consilium.*] 12) C. *Romani.* 13) C. *solvendus.* [13a) C. *ex ius quiritium*, ut ubique. 13b) C. *et ius quiritium aut.*]

ter amicos eum manumiserit, plerisque placet eum nihil egisse. §. 19. Servus, in quo alterius est ususfructus, alterius proprietas, a proprietatis domino manumissus liber non fit, sed servus sine domino est.

§. 20. Post mortem heredis aut ante inst*itut*ionem [14] heredis testamento libertas dari non potest, excepto testamento militis. §. 21. Inter medias heredum institutiones libertas data utrisque adeuntibus non valet: solo autem priore adeunte iure antiquo valet; sed post legem Papiam Pop*pae*am, quae partem non adeuntis caducam facit, si*q*uidem primus heres [*liberos* [15]] vel ius antiquum habeat, v*al*ere [16] eam posse placuit; quodsi non habeat, non valere constat, quod loco non adeuntis legatarii patres heredes fiunt [17]. sunt tamen qui et hoc casu valere [eius [17a]] eam posse dicunt. §. 22. Qui testamento liber esse iussus est mox, quamvis [18] unus ex heredibus adierit hereditatem, liber fit. §. 23. Iusta libertas testamento potest dari his servis, qui testamenti faciendi et mortis tempore e*x* iure Quiritium testatoris [18a] fuerunt.

§. 24. Lex *Fu*ria [19] Caninia iubet testamento ex tribus servis non plures quam duos manumitti, et usque ad decem dimidiam partem manumittere concedit: a decimo [20] usque ad triginta tertiam partem,
192. ac. ut tamen adhuc quinque manumittere liceat, || aeque
ut ex priori numero: a triginta usque ad centum quartam partem, aeque ut decem ex superiori numer*o* liberari possint: a centum usque ad quingentos partem quintam, similiter ut ex ant*e*cedenti numer*o* viginti quinque possint fieri liberi. et denique prae*ci*pit [20a], ne plures omnino quam centum ex cuiusquam testamento liberi fiant. §. 25. Eadem lex cavet, ut libertates servis testamento nominatim dentur.

TIT. II. DE STATU LIBERO [VEL STATU LIBERIS] [20b].

§. 1. Qui sub conditione testamento liber esse iussus est statu liber appellatur. §. 2. Statu liber, quamdiu pendet conditio, servus heredis [*est*]. §. 3. Statu liber seu [20c] alienetur ab herede, sive us*uca*piatur [21] ab aliquo, libertatis conditionem secum trahit. §. 4. Sub hac conditione liber esse iussus: SI DECEM MILIA HEREDI DEDERIT, etsi ab herede abalienatus sit, emptori dando pecuniam ad libertatem perveniet [22]; idque lex duodecim tabularum iubet. §. 5. Si per herede*m* factum sit, quo minus statu liber conditioni pareat, proinde fit liber, atque si condicio expleta fuisset. §. 6. Extraneo pecuniam dare iussus, ut liber esse*t* [23], si paratus sit dare, et is, cui iussus est dare, aut nollet accipere, aut antequam acceperit moriatur, proinde fit liber, ac si pecuniam dedisset.

§. 7. Libertas et directo potest dari hoc modo: LIBER ESTO, LIBER SIT, LIBERUM ESSE IUBEO, et per fidei
commissum, ut puta: ROGO, FIDEI COMMIT||TO HEREDIS 192. aβ
MEI, UT ISTE *STICH*UM [24] SERVUM MANUMITTAT. §. 8. Is, qui directo liber esse iussus est, horcinus [25] fit libert*us*: is autem, cui per fidei commissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus. §. 9. Cuius fidei committi potest ad rem aliquam praestandam, eiusdem etiam libertas fidei committi potest. §. 10. Per fidei commissum libertas dari potest tam proprio servo testatoris, quam heredis aut legatarii, vel cuiuslibet extranei servo. §. 11. Alieno servo per fidei commiss*um* data libertate si dominus cum iusto pretio non vendat, extinguitur libertas, quoniam nec pretii computatio pro libertate fieri potest. §. 12. Libertas sicut dari, ita et adimi tam testamento, quam codic*i*llis [25a] testamento confirmatis potest; ut tamen eodem modo adimatur, quo et data est.

TIT. III. DE LATINIS.

§. 1. Latin*i* ius Quiritium consequuntur his modis: beneficio principali, liberis, iteratione, militia, nave, aedificio, pist*r*ino; praeterea e*x* [26] senatus consulto vulgo quae sit ter [27] enixa. §. 2. Beneficio principali Latinus civitatem Romanam accipit, si ab imperatore ius Quiritium impetraverit. §. 3. Liberis ius Quiritium consequitur Latinus, qui minor triginta annorum manumissionis tempore fuit. nam lege Iunia [27a] cautum est,
ut si cive*m* Romanam vel Latinam uxorem || duxerit, 192. ba.
testatione interposita, quod liberorum quaerendorum causa uxorem dux*erit* [28], postea filio filiave nat*o* nat*a*ve et an*ni*culo facto possit apud praetorem vel praesidem provinciae causa*m* probare, et fieri civ*is* Roman*us* [29], tam ipse quam filius filiave eius et uxor; scilicet si et ipsa Latina sit; nam si uxor civis Romana sit, partus quoque civis Romanus est, ex senatus consult*o*, quod auctore divo A*d*rian*o* [29a] factum est. §. 4. Iteratione fit civis Romanus qui post Latinitatem, quam acceperat maior triginta annorum, iterum iuste manumissus est ab eo, cuius ex i*ure* Quiritium servus fuit. sed huic concessum est [ut] ex senatus consult*o* etiam liberi*s* ius Quiritium consequi [29b]. §. 5. Militia ius Quiritium acc*i*pit Latinus, [*si*] inter vigil*es* Romae sex annis [29c] militaverit, ex lege Vis*e*llia [30]. Praeterea ex senatus consult*o* concessum

---

14) C. *instructionem.* 15) Ex coni. Schultingii; Cod. et edd. omitt. vocem *liberos.* [Rudorffio placet *heres vel ius cadeci* vel ius ant. Cf. Schill. animadvv. p. 50.] 16) C. *videre.* 17) Alii olim: *ea lege aerarium partis heres fiat.* Veram Cod. lectionem servavit H. Cf. Gai. II. 206. [17a) Placet Schill. coni. *aequius.* Bg.] 18) Ita C.; H. Marezollii coni. *quam vel* recepit. Ceteri: *quam.* [18a) C. *et ius quiritiū testa : : : : : : tores.*] 19) C. *Fufia* (Fusia). [20) Ita C. Sed H., quem sequi voluit Bl., *a decem.* Cf. Gai. I. 43. 20a) C. *praecepit.*

20b) Cf. supra not. 1. 20c) Lege *sive.* Bg.] 21) Coni. Cuiacii prob. Schult. et H.; in C. est *suscipiatur.* 22) H. *pervenit.* 23) C. *ut liber. eē.* (esse). Edd: *et liber esse.* [24) C. *cum.* H.: EUM, quod prob. Bl.] 25) Edd. *orcinus.* [25a) C. *codicellis*, ut fere ubique.]

26) C. *et.* 27) Ita C. habet. Schult. *veluti q. s. t. e.* H. *vulgo quaesitum ter*, quae emendatio probabilis videtur. [sed magis placebit Schillingii emendatio: *virgo*, quae sit t. e. Bg.] [27a) Cf. inscripptt. L. 132. L. 134. D. de V. S.] 28) C. *duxit.* 29) Ita edd.; C. H. *civem Romanum.* [29a) C. *auctore divi atriani.* Fortasse *auctoritate divi Hadriani* legendum est. 29b) Malim retenta vocala *ut* legere *consequi possit.* 29c) Malim *annos* et paullo inferius *triennium.* Bg.] 30) C. Edd. *Visillia.* Iam Schult. maluit: *Visellia.* Cf. tit. C. ad leg. Visell. Saepissime C. noster litteras *e* et *i* permutat.

est ei, ut, si triennio inter vigiles militaverit, ius Quiritium consequatur. §. 6. Navi [30a] Latinus civitate*m* Romana*m* accipit, si non minore*m* quam decem milium modiorum navem fabricaverit, et Roma*m* sex annis frumentum portaverit, ex edicto divi Claudi*i*.

* * *

TIT. IV. DE HIS QUI SUI IURIS SUNT.

§. 1. Sui iuris sunt familiarum suarum principes, id est pater familiae, itemque mater familiae.

192. bβ. §. 2. Qui ma||tre quidem [*certa*], patre autem incerto nati sunt, spuri*i* adpellantur.

TIT. V. DE HIS QUI IN POTESTATE SUNT.

§. 1. In potestate sunt liberi parentum, *ex* [30b] iusto matrimonio nati.

§. 2. Iust*um* matrimonium est si inter eos, qui nuptias contrahunt, conubium sit, et tam mascul*us* pubes, quam femina potens sit, et utrique consentiant, si sui iuris sunt [31], aut etiam parentes eorum, si in potestate sunt [31]. §. 3. Conubium est uxoris iure ducendae facultas. §. 4. Conubium habent cives Romani cum civibus Romanis; cum Latinis autem et peregrinis ita, si concessum sit. §. 5. Cum servis nullum est conubium. §. 6. Inter parentes et liberos infinite cuiuscumque gradus [32] conubium non est. inter cognatos autem ex transverso gradu olim quidem usque ad quartum gradum matrimonia contrahi non poterant: nunc autem etiam ex tertio gradu licet uxorem ducere; sed ta*ntum* [33] fratris filia*m*, non etiam sororis filia*m*, aut amita*m* vel materter*am*, quamvis eodem gradu si*nt* [34]. ea*m* de*ni*que, *quae* noverca vel privigna vel n*u*rus vel socrus nostra fuit, uxore*m* ducere [35] non possumus. § 7. Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit. ideoque liberi in potestate eius non fiunt, sed quasi vulgo concepti sp*urii* [36] sunt.

§. 8. Conubi*o* interveniente liberi semper patrem ||
193. aα. se*qu*untur: non interveniente conubio matris condition*i* accedunt; excepto *eo*, qui ex peregrino et cive Romana peregrinus nascitur, quoniam lex Mensia ex alterutro peregrino nat*um* deterioris parentis condicione*m* sequi iubet. §. 9. Ex cive Romano et Latina Latinus nascitur, et ex libero et ancilla servus; quoniam, cum his casibus conubia non sint, partus sequi*tur* matrem. §. 10. In his, qui iure contract*o* matrimoni*o* nascuntur, conceptionis tempu*s* spectatur [37]; in his autem, qui non legitime concipiuntur, editionis: veluti si ancilla conceperit, deinde manumissa pariat, liberum parit; nam quoniam non legitime concepit, cum editionis tempore libera sit, partus quoque liber est.

TIT. VI. DE DOTIBUS.

§. 1. Dos aut datur, aut dicitur, aut promittitur. §. 2. Dotem dicere potest mulier, quae nuptura est, et debitor mulieris, si iussu eius dicat; i*tem* [38] parens mulieris virilis sexus, per virilem sexum cognatione iunctus, velut pater, avus paternus. Dare, promittere dotem omnes possunt.

§. 3. Dos aut profecticia dicitur, id est quam pater mulieris dedit; aut adventicia, id est ea, qu*ae* a quovis alio data est.

§. 4. Mortua in matrimonio muliere dos a patre profecta ad patrem revertitur, quintis in sin||gulos li- 193. aβ.
beros in infinitum relictis penes virum. quodsi pater non sit, apud maritum remanet. §. 5. Adventicia aute*m* dos semper penes maritum remanet, praeterquam si is, qui dedit, ut sibi redderetur stipulatus fuit [39]; quae dos specialiter recepticia dicitur.

§. 6. Divortio facto, siquidem sui iuris sit mulier, ipsa habet [40] actione*m* *ad* [41] dotis repetitionem. quodsi in potestate patris sit, pater adiuncta filiae persona habet actionem re*i* u*xoriae* [41]; nec interest adventitia sit dos, an profecticia. §. 7. Post divortium defuncta muliere heredi eius actio non aliter datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit.

§. 8. Dos si pondere, numer*o*, mensura contineatur, annua, bima, trima die redd*i*tur [42a]; nisi [43], ut praesens reddatur, convenerit. reliquae dotes statim redduntur.

§. 9. Retentiones ex dote fiunt [*aut propter liberos*], aut propter mores, aut propter inpensas, aut propter res donatas, aut propter res amotas. §. 10. Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris, cuius in potestate est, divortium factum sit. tunc enim singulorum liberorum nomine sext*ae* retine*n*tur ex dote: non plures tamen, quam tres sextae in retentione sunt; §. 11. n*am* in petitione [44] dos, quae semel functa est, amplius fungi non potest, nisi || ali- 193. bα.
u*d* [44a] matrimonium sit.

§. 12. Morum nomine, graviorum quidem sext*a* retinetur [45]; leviorum autem octava. graviores mores sunt adulteri*a* tantum; leviores omnes reliqui. §. 13. Mariti mores puniuntur in ea quidem dote, quae a [46] die reddi debet, ita [*ut*] propter maiores mores praesentem dotem reddat [46a]; propter minores senum mensum die.

[[30a]) Edd. *Nave*.
[30b]) C. *et*.] [31]) Ita C.; H. *sint*. [32]) Schillingius (diss. crit.) ex Coll. VI. 2. inseri vult: *sint*. [33]) C. *tamen*. [Cf. Coll. l. c.] [34]) Cui. Schult. Schill. Cf. Coll. l. c.; C. H. *sit*. [35]) Cf. Coll. l. c. et Gai. I. 63. C. *eadēq: uxore. nov. . . . fuit ducere.* Schult. *Eam quae nov.... fuit, uxorem ducere.* H. *Uxorem eam, quae nov... fuit, ducere.* Schilling. (diss. crit.) probat Hotomani lectionem, quam accepimus, sed tamen mavult: *eandem quae...* [36]) C. *spĕrei.* Schill. propos. *sine patre* (S. P.). [37]) C. *tempore exceptatur.* [Schill. *expectatur*, quod probabile videtur. Bg.]
[38]) C. et Edd. *institutus*. Schillingius sagaciter verum vidit: librarius enim notam ĪT̄ perperam intellexit. [39]) [Ita C. et edd. vett.; Bl. maluit *sit*.] H. *fuerit*. [40]) H. probante Schill. ins. *rei uxoriae*. [[41]) C. *Id.ē.*, inde edd. omnes: *id est*. Schill. secutus sum. Bg.] [42]) Ex Cui. coni; C. Edd: *revera*. Librarius in siglis: R. V. erravit. [42a]) *C. reddetur*. [43]) Ita C.; Edd: *nisi si*. In Cod. a recentiori manu *si* suprascriptum est. [44]) Ingeniosa Klenzii coni.; C. *sunt. non inpetitione dox*. Edd: *sunt, non in petitione*. §. 11. *Dos etc.* H. coni.: *In retentione, sed non in petitione dos etc.* [44a]) C. *alium*. [45]) Coni. Cui.; C. *sexte retinentur*. [46]) Ita C. et H.; sed Schult. Cuiacii coniecturam secutus: *annua bima trima*. [[46a]) Schill. suadente voculam *ut* inserui. H. prob. Bl.: *praesentem reddit*, omissa voce *dotem*. Bg.]

in ea autem, quae praesens reddi solet, tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote, quae *triennio* [47] redditur, re*praesent*atio [48] facit.

§. 14. *Im*pensarum [49] species sunt tres: aut enim necessariae dicuntur, aut utiles, aut voluptuosae. §. 15. Necessariae sunt impensae, quibus non factis dos deterior futura es*set* [50], velut si quis ruinosas aedes refecerit. §. 16. Utiles sunt, quibus non factis quidem deterior dos no*n* f*ieret* [51], factis autem fructuosior effecta est, veluti si vineta et oliveta fecerit. §. 17. Voluptuosae sunt, quibus neque omissis deterior dos fieret, neque factis fruct*uos*ior effecta est; qu*od* [52] evenit in viridiariis et pict*uri*s [53] similibusque rebus.

* * *

TIT. VII. DE IURE DONATIONUM INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. Inter virum et uxorem donatio non valet, nisi certis ex causis, id est mortis causa, divorti*i* causa, servi manumittendi gratia. Hoc amplius principalibus
193. bβ. con||stitutionibus concessum est mulieri in hoc donare viro suo, ut is ab imperatore lato clavo vel equo publico similive honore honoretur.

* * *

§. 2. Si maritus divorti*i* causa res moverit [53a] rerum quoque amotarum actione tenebitur.

§. 3. Si maritus pro muliere se obligaverit vel in rem eius inpenderit, divortio facto eo nomine cavere sibi solet [53b] stipulatione tribunicia.

§. 4. In potestate parentum sunt etiam hi liberi, quorum causa [54] probata est, per errorem contracto matrimonio inter dispar*i*s condic*io*nis personas [55]: nam seu [55a] civis Romanus Latinam aut peregrinam vel eam, quae dediticiorum numero est, quasi [*civem* [56]] per ignorantiam uxorem duxerit, sive civis Romana per errorem peregrino vel ei, qui dediticiorum numero est, [*quasi civi Romano*,] aut etiam quasi [57] Latino ex lege Ae*l*ia Sen*t*ia nubta fuerit, causa probata civitas R*omana* datur [58] tam liberis, quam parentibus, praeter eos, qui dediticiorum numero sunt; et ex eo fiunt in potestate parentum liberi.

TIT. VIII. DE ADOPTIONIBUS.

§. 1. Non tantum naturales liberi in potestate parentum sunt, sed etiam adoptivi. §. 2. Adoptio fit aut per populum, aut per praetorem vel praesidem provinciae. Illa adoptio, quae per populum fit, specialiter arrogatio dicitur. §. 3. Per populum qui sui iuris sunt arrogantur; per praetorem autem filii familiae || a parentibus dantur in adoptione*m*. §. 4. Arro- 194. aα.
gatio Romae *tantum* [59] fit; adoptio autem etiam in provincia apud praesid*es* [60]. §. 5. Per praetorem vel praesidem provin*c*iae adoptari tam masculi quam feminae, et tam puberes quam inpuberes possunt. per populum vero Romanum feminae [quidem [60a]] non arrogant*ur*. pupilli a*ntea* [61] quidem non poterant arrogari; nunc autem possunt ex constitutione divi Antonini. §. 6. Hi, qui generare non possunt, velut spado, utroque modo pos*sunt* [61a] adoptare. idem iuris est in persona coel*i*bis [62]. §. 7. Item is, qui filium non habet, in locum nepot*is* adoptare potest. §. 8. Si pater familiae arrogandum se dederit, liberi quoque eius quasi nepotes in potestate fiunt arrogatoris. §. 8a. Feminae vero neutro modo possunt adoptare; quoniam nec naturales liberos in potestate habent.

TIT. IX. DE HIS QUI [63] IN MANU SUNT.

* * *

Farreo [64] convenit u*xor* [65] in manum certis verbis et testibus X praesentibus, et sollemni sacrificio facto, in quo pan*i*s quoque farre*us* adhibetur.

* * *

TIT. X. QUI IN POTESTATE [65a] MANCIPIOVE SUNT QUEMADMODUM EO IURE LIBERENTUR.

§. 1. Liberi parentum potestate liberantur emancipatione, id est si, postea quam mancipati fuerint, manumissi sint. sed filius quidem ter mancipatus, ter [65b]
manumissus || sui iuris fit; id *enim* [66] lex duodecim 194. aβ.
tabularum iubet his verbis: SI PATER FILIUM TER VENUNDAVIT [67], FILIUS A PATRE LIBER ESTO [67a]. ceteri autem liberi praeter filium, tam masculi quam feminae, una mancipatione manumissioneque sui iuris fiunt. §. 2. Morte patris filius et filia sui iuris fiunt: morte autem avi nepotes ita demum sui iuris fiunt, si post mortem avi in potestate patris futuri non sunt, velut si moriente avo pater eorum aut etiam [68] decessit, aut de potestate dimissus est; nam si mortis av*i* [69] tempore pater eorum in potestate eius sit, mortuo avo in patris sui potestate fiunt. §. 3. Si patri vel filio aqua et igni interdictum sit, patria potestas tollitur; quia peregrinus fit is, cui aqua et igni interdictum est; neque autem peregrin*us* civem Romanum, neque civis Romanus peregrinum in potestate habere potest. §. 4. Si pater ab hostibus captus sit,

---

47) Optime Hug. coni. In C. et Edd. est *quadriennio.* 48) Ita [probante Schill.] edd. nonnullae Cuiacium secutae. sed C. et H. *repensatio.* 49) C. *Repensarum.* 50) Ita H.; C. et Edd. vett. *est.* 51) H. ex Marezollii coni.; C. et ceteri: *fuerit.* 52) C. *quae.* 53) Cui. H.; C. *pictoris;* reliquae edd: *pictoriis.*

[53a) Legerim quod Schult. proposuit, Schill. probavit, *amoverit.* Bg. 53b) C. *solent.*] 54) Hollweg. vult: *quorum nomine causa.* Cf. Coll. XVI. 2. 55) Coni. Cui. H. Est in C. *dispares condignis personarū.* Vulgo: *dispares conditione personas.* [55a) Lege *sive.* Bg.] 56) Coni. P. Faber, Cui. prob. [addiderimus *Romanam.* Bg. quod prob. Schill.] C. et Edd. omittunt *civem.* 57) Cf. Gai. I. 68. Vulgo: *est, aut etiam si;* C. *est aut etiam quasi.* [Hollwegium, prob. Schill., secutus sum. Bg.] Goeschen. *tanquam e. R.* proposuerat.] 58) C. *civitas reddatur.* [Edd. *redditur,* quod Bl. retineri voluit; sed non dubitavi *civitas R. datur* scribere. Bg.] 59) C. *data.* 60) C. *praesidis.* edd.: *praesidem.* Cf. Gai. I. 100. [60a) In C. *quidem* supra versus lacunam alia manu scriptum ex sequenti versu transsumptum, legendum autem esse videtur *omnino.* Edd. retinent illud *quidem.* Bg. Malim *nunquam,* omissa vocula *non.* Puggé. 61) C. *autem.* Schill. prop. *autem olim.* 61a) C. *potest.*] 62) H.; Ceteri: *coelibe.*

63) Cf. supra not. 2. 64) C. H.; Vulgo: *farre.* 65) H.; C. et edd. rell. *convenitur.*

[65a) Schill. inseri vult MANU. 65b) Schill. prop. *terque.*] 66) C. et edd. nonnullae: *idem.* 67) C.; H. *venumdavit.* Vulgo VENVM DVIT. 67a) C. *ē* (est). 68) C. H.; Vulgo: *aut iam.* 69) C. *aut.*

quamvis servus hostium fiat, tamen, cum reversus fuerit, omnia pristina iura recipit iure postliminii. sed quamdiu aput hostes est, patria potestas in filio eius interim pendebit, et cum reversus fuerit ab hostibus, in potestate filium habebit; si vero ibi deces-
194. bα. serit, sui iuris filius erit. Filius quoque || si captus fuerit ab hostibus, similiter propter ius postliminii patria potestas interim pendebit. §. 5. In potestate parentum esse desinunt et hi, qui flamines Diales [70] inaugurantur, et quae virgines Vest*ae* capiuntur.

TIT. XI. DE TUTELIS.

§. 1. Tutores constituuntur tam masculis quam feminis. sed masculis quidem inpuberibus dumtaxat, propter aetatis infirmitatem: feminis autem [*tam*] inpuberibus quam puberibus, et propter sexus infirmitatem et propter forensium rerum ignora*ntiam*.

§. 2. Tutores aut [71] legitimi sunt, aut senatus consultis constituti, aut moribus introducti.

§. 3. Legitimi tutores sunt [*qui*] ex lege aliqua descendunt; per eminentiam autem legitimi dicuntur qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, seu propalam, quales sunt agn*a*ti, seu per consequentiam, quales sunt patroni. §. 4. Agn*a*ti sunt a patre cognati virilis sexus, per virilem sexum descendentes, eiusdem familiae, veluti patrui, fratres, filii fratris, patrueles [72]. §. 5. Qui liberum *c*aput, mancipatum sibi vel a parente vel a *c*oemptio*n*atore [73], manumisit, per similitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius tutor appellatur. §. 6. Legitimi tutores alii tutel*am* [73a] in iure cedere possunt. §. 7. Is, cui tutela in iure cessa [74] est, cessic*i*us [75] tutor appellatur. qui sive
194. bβ. mortuus fuerit, sive capite minutus, || sive alii tutel*am* [73a] po*r*ro cesserit [76], redit ad legitimum tutorem tutela. sed et si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessicia quoque tutela extinguitur. §. 8. Quantum ad agnatos pertinet, *h*odie cessic*i*a tutela non procedit; quoniam permissum erat in iure cedere tutel*am* [73a] feminarum tantum, non etiam masculorum; feminarum autem legitimas tutelas lex Claudia sust*uli*t [77], excepta tutela patronorum.

§. 9. Legitima tutela capitis diminutione amittitur. §. 10. Capitis minutionis [77a] species sunt tres, maxima, media, minima. §. 11. Maxima capitis diminutio est per quam et civitas et libertas amittitur: veluti cum incensus aliquis ven*i*erit [78], aut quod [79] mulier alieno servo se iunxerit, denuntiante domino, et ancilla facta fuerit ex senatus consulto Claudiano. §. 12. Media capitis diminutio dicitur per quam, sola civitate amissa, libertas retinetur; quod fit in eo, cui aqua et igni interdicitur. §. 13. Minima capitis diminutio est per quam, et civitate et libertate salva, status dumtaxat hominis mutatur; quod fit adoptione et in manu*m* con*ven*tione [80].

§. 14. Testamento quoque nominatim tutores dati confirmantur eadem lege duodecim tabularum, his verbis: UTI LEGASSIT SUPER PECUNIA TUTELA*V*E [80a] SUAE REI, ITA IUS ESTO: qui tutores dati*v*i [81] appellantur. §. 15. Dari testamento tutores possunt liberis, qui in potestate sunt. §. 16. Testamento tutores dari possunt hi, cum quibus testamenti faciendi ius est, praeter || La- 195. aα.
tinum Iunianum; nam Latinus habet quidem testamenti factione*m*, sed tamen tutor dari non potest; id enim lex Iunia prohibet. §. 17. Si capite diminutus fuerit tutor testamento datus, non amittit tutelam; sed si abdicaverit se tutela, desinit esse tutor: abdicare autem est dicere nolle se tutorem esse: in iure cedere autem tutel*am* [81a] testamento datus non potest; nam et legitimus in iure cedere potest, abdicare se non potest.

§. 18. Lex Atilia iubet mulieribus pupillisve non habentibus tutores dari a praetore et maiore parte tribunorum plebis, quos tutores Atilianos appellamus. sed quia lex Atilia Romae tantum locum habet, lege Iulia et Titia prospectum est, ut in provincia quoque [82] similiter a praesidibus earum dentur tutores. §. 19. Lex Iunia tutore*m* fieri iubet Latinae [83] vel Latinis inpuberibus eum, cuius [84] etiam ante manumissionem *ex iure* [85] Quiritium fuit. §. 20. Ex lege Iulia de maritandis ordinibus tutor datur a praetore urbis ei mulieri virginive, quam ex hac ipsa lege nubere oportet, ad dotem dandam, dicendam promittendamve, si legitimum tutorem pupillum habeat. sed postea senatus censuit, ut etiam in provincia qu*a*que [86] similiter a praesidibus earum ex eadem causa tutores dentur. §. 21. Praeterea etiam in locum muti furiosive tutoris al||terum [87] dandum esse tuto- 195. aβ.
rem ad dotem constituendam senatus censuit. §. 22. Item ex senatus consulto tutor datur mulieri ei, cuius tutor abest, praeterquam si patronus sit qui abest: nam in locum patroni absentis alter [88] peti non potest, nisi ad hereditatem adeundam et nuptias contra*h*endas. idemque permisit in pupillo patroni filio. §. 23. Hoc amplius senatus censuit, ut, si tutor pupilli pupil*la*eve suspectus a tutela submotus fuerit, vel etiam iusta de causa excusatus, in locum eius *d*et*u*r alius [89].

§. 24. Moribus tutor datur mulieri pupillove, qui cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere vult, ut auctore eo agat (ipse enim tutor in rem suam

---

70) C. *divalis.* H. *Divales.*

71) C. H.; Vulgo: *autem.* 72) C. H.; Alii: *fratres, filii fratris, patrui, patrueles.* 73) H.; C. *aquo emptia natore.* Cf. Gai. I. 166. Vulgo: *coemptore.* [73a) C. & edd vett. *tutela.*] 74) C. *concessa.* 75) Cf. Gai. I. 169.; C. et edd.: *cessicus.* [Paullo inferius recte *cessicia tut.*] 76) Heise coni. H.; C. *processerit.* Vulgo: *cesserit.* 77) Cui. verum divinavit. H. Cf. Gai. I. 171.; C. et Edd. pleraeque: *sustinet.* [77a) Ita C.; H.: *d*eminutionis.] 78) C. *venerit.* 79) C. H.; Ceteri: *cum.* [An *quando?*] 80) C. *conditione.* 80a) C. *pecuniā tutelabue.* 81) C. *dauiti.* [81a) C. H. & edd. vett. *tutela.* Paullo ante vulgo: *in iure autem c.*] 82) C. et Edd.; H. ex Marezollii coni.: *quaque.* 83) C. H.; Ceteri: *Latino.* 84) C. H. Cf. Gai. I. 167. Vulgo: *qui.* 85) C. *qui ius.* 86) Marezoll. coni. H.; C. et Edd. rell.: *quoque.* [Malim *qua*cum*que.* Bg.] 87) C. Edd.; H. recte [?] proponit: *alium.* Cf. §. 23. 88) C. *al*[i]*ter;* Fortasse: *alius aliter;* Edd. omnes: *alter.* 89) C. *eius tutor alius.* Edd. vett. *eius tutor alius detur.* [quod Gai. I. 182. confirmare videtur et Bl. in contextum recipere voluit. sed nos cum H. secuti sumus Marezollii coniecturam. Bg.]

auctor fieri non potest), qui praetorianus [90] tutor di*ca*tur, quia [*a*] praetore urbis dari consuevit.

§. 25. Pupillorum pupillarumque tutores et negotia gerunt, et auctoritatem interponunt; mulierum autem tutores auctoritatem dumtaxat interponunt. §. 26. Si plures sunt tutores, omnes in omni re debent auctoritate*m* accommodare, praeter eos, qui *testamento* [91] dati sunt: nam ex his vel unius auctoritas sufficit.

§. 27. Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus quidem in his rebus: si lege aut legitimo iudicio agant, si se obligent, si civile negotium gerant, si libertae suae permittant in contubernio alieni servi
195. bα. morari, ‖ si rem mancipi alienent. pupillis autem hoc amplius etiam in rerum nec mancipi alienatione tutoris auctoritate opus est.

§. 28. Liberantur tutela masculi quidem pubertate. puberem autem Cassia*ni* quidem eum esse dicunt, qui habit*u* corporis pubes apparet, id est qui generare possit [92]; Proc*u*liani [92a] autem eum, qui quatuordecim annos exple*v*it; verum [93] Priscus eum [93a] puberem esse, in quem utrumque concurrit, et habitus corporis, et numerus annorum. Feminae autem tutela liberantur * * *

TIT. XII. DE CURATORIBUS.

§. 1. Curatores aut legitimi sunt, id est qui ex lege duodecim tabularum dantur; aut honorarii, id est qui a praetore constituuntur. §. 2. Lex duodecim tabularum furiosum, itemque prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum. §. 3. A praetore constitu*i*tur curator, quem ipse praetor voluerit, libertinis prodigis, itemque ingenuis, qui ex testamento parentis heredes facti male dissipant bona: his enim ex lege curator dari non poterat, cum ingenuus quidem non ab intestato, sed ex testamento heres factus *sit* patri; libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui * nec patrem habuisse videtur, cum servilis cognati*o* nulla sit. §. 4. Praeterea [93b] dat curatorem ei etiam, qui nuper pub*es* factus idonee negotia sua tueri non potest.

* * *

195. bβ. TIT. XIII. DE COEL*IB*E ORBO ET SO‖LITARIO PATRE.

§. 1. Lege Iulia prohibentur uxores ducere senatores quidem liberique eorum libertinas et quae ipsae quarumve pater materve artem ludicram fecerit, item corpore qu*ae*stum facientem. §. 2. Ceteri autem ingenui prohibentur ducere lenam, et a lenone lenave manumissam, et in adulteri*o* deprehensa*m*, et indicio public*o* damnata*m*, et quae arte*m* ludicram fecerit: adicit Mauricia*nus* et a senatu damnatam.

* * *

TIT. XIV. DE POENA LEGIS IULIAE.

Feminis lex Iulia a morte viri anni tribuit vacationem, a divortio sex mens*ium* [94]: lex autem Papia a morte viri, biennii [95]; a repudio, anni [96] et sex mens*ium* [97].

* * *

TIT. XV. DE DECIMIS.

Vir et uxor inter se matrimonii nomine decimam capere possunt. quodsi ex alio matrimonio liberos superstites habeant, praeter decimam, quam matrimonii nomine capiunt, totidem decimas pro numero liberorum accipiunt. Item communis filius filiave post nominum [98] diem amissus amissave unam decimam adicit; duo autem post *nominum* [99] die*m* amissi duas decimas adiciunt. Praeter decimam etiam usumfructum tertiae partis bonorum [eius [99a]] capere possunt; et quandoque liberos habuerint, eiusdem partis proprietatem. hoc amplius mulier, praeter decimam, dotem potest [100] legatam sibi.

TIT. XVI. DE SOLIDI CAPACITATE ‖ INTER VIRUM ET UXOREM. 196. aα.

§. 1. Aliquando vir et uxor inter se solidum capere possunt, velut si uterque vel alteruter eorum nondum eius aetatis *si*nt, a qua [101] lex liberos ex*i*git, id est si vir minor annorum XXV sit, aut uxor annorum XX minor: item si utrique lege Papia finit*os* annos in matrimonio excesserint, id est vir LX annos, uxor L: item si cognati inter se *coi*eri*n*t [102] usque ad sextum gradum: aut si vir absit, et donec abes*t*, et [103] intra annum, postquam abesse desierit, libera inter eos testamenti factio est: si ius liberorum a principe inpetaverint: aut, si filium filiamve communem habeant: aut quattuordecim annorum filium vel filiam duodecim amiserint: vel si duos trim*os*, vel [104] tres post no*mi*num [105] diem amiserint: *at* intra annum tamen et sex menses etiam unus cuiuscumque aetatis inpub*es* amissus solidi capiendi ius praestat [106]. item si post mortem viri intra decem menses uxor ex eo peperit [107], solidum ex bonis eius capit.

---

§. 2. Aliquando nihil inter se capiunt, id est si contra legem Iuliam Papiamque Pop*pa*eam contraxerint matrimonium, verbi gratia si famosa*m* quis uxorem duxerit, aut libertinam senat*or*.

---

§. 3. Qui intra sexagesimum vel quae intra quinquagesimum annum neutri leg*i* paruerit, licet ipsis

---

90) Cf. Gai. I. 184., qui *praetorius* habet. 91) Edd. ex Cui. emend.; C. *tunc*. 92) Schult. & Canneg. *potest*, quod Gai. I. 196. confirmat. [92a) C. *Procoleiani*. Edd. *Proculeiani*. Delenda erat littera *e*. Bg.] 93) Fortasse legendum: *Neratius*. [93a) C. *cum*. *) Lege *quia*].

[93b) Vir quidam doctus *Lex Plaetoria* legendum prop.; sed praetor dat tutorem. Bg.]

94) C. H. *menses*; Ceteri: *mensium*. 95) C. et Edd. plurimae; H. *biennium*. 96) C. et Edd. plur.; H. *annum*. 97) C. H. *menses*. Ceteri: *mensium*.

98) C. H.; Alii *nonum*. 99) H.; C. *nono* Alii *nonum*.

[99a) Pro *eius*, quod in Cod. est, legendum videtur *vir et uxor*. Sed cf. etiam superius nota 17 a. Bg.] 100) C. H.; Alii *petet*. Fortasse: *proprietatem, hoc ampl. . . . dotem praelegatam sibi*.

101) Ita H.; C. *sunt. aut qua.* Cui. et Schult. *sunt, qua*. Alii: *sit, quae quidem*. 102) C. *cogerunt*. 103) Cui. coni. H.; C. et ceteri: *abesset*, omisso *et* 104) C. H.; Alii *vel si*. 105) Merillius et H.; sed C. ceterique: *nonum*. 106) Cui. *ut . . . praestet* [quod Bl. prob.; sed Schult. coni. H. et nos recepimus.]. C. *ut . . . . praestat*. 107) H. *pepererit*.

legibus post hanc aetate*m* liberatus esset, perpetuis
196. aβ. tamen poenis tene||bitur ex senatus consult*o* Perniciano: sed Claudia*n*o senatus consult*o* maior sexagenario si minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac si minor sexaginta annorum duxisset uxorem. §. 4. Quodsi maior quinquagenaria minori sexagenario nupserit, inpar matrimonium appellatur: *et* [107a] senatus consult*o* Calvitiano [108] iubetur non proficere ad capiendas hereditates et legata [*et*] dotes [109]. itaque mortua muliere dos caduca erit.

* * *

TIT. XVII. DE CADUCIS.

§. 1. Quod quis sibi testamento relict*um*, ita ut iure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, veluti ceciderit [110] ab eo: verbi gratia si coelibi vel Latino Iuniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel c*o*elebs legi paru*er*it [111], vel Latinus ius Quiritium consecutus sit: aut si ex parte heres scriptus vel legatarius ante apertas tabulas decesserit vel pereger [112] factus sit. §. 2. Hodie ex constitutione imperatoris Antonini omnia caduca fisco vindicantur; sed servato iure antiquo liberis et parentibus. §. 3. Caduca cum suo on*e*re fiunt: ideoque libertates et legat*a* [*et*] fidei co*m*missa ab eo data, ex cuius persona hereditas caduca facta est, salva sunt. scilicet [113] et legata et fidei commissa cum suo onere fiunt caduca.||

* * *

196. bα. TIT. XVIII. QUI HABEANT IUS ANTIQUUM IN CADUCIS.

Item liberis et parentibus testatoris usque ad tertium gradum lex Papia ius antiquum dedit, ut heredibus illis institutis, quod quis ex eo testamento non capit, ad hos pertineat aut totum aut ex parte, prout pertinere possit.

* * *

TIT. XIX. DE DOMINIIS ET ADQUISITIONIBUS RERUM.

§. 1. Omnes res aut manc*i*pi sunt, aut nec manc*i*pi. Manc*i*pi res sunt praedia in Italico solo, *tam* [114] rustica, qualis est fundus, quam urbana, qualis domus; item iura praediorum rusticorum, velut via, iter, actus, aquaeductus; item servi, et quadrupedes, quae dorso collove domantur, velut boves, muli, equi, asini. Ceterae res nec mancipi sunt. elefanti et cameli, quamvis collo dorsove domentur, nec manc*i*pi sunt, quoniam bestiarum numero sunt.

§. 2. Singularum rerum dominia nobis adquir*un*tur [114a] mancipatione, traditione, usucapione, in iure cessione [115], adiudicatione, lege.

§. 3. Mancipatio propria species alienationis est [et] rerum mancipi, eaque fit certis verbis, libripende et quinque test*ibus* praesent*ibus* [115a]. §. 4. Mancipatio locum habet inter cives Romanos et Latinos colonar*ios* [116] Latinosque Iunian*os* eosque peregrin*os*, quibus commercium datum est. §. 5. Commercium est [116a]
emendi vendendique invicem||ius. §. 6. Res mobiles non 196. bβ.
nisi praesentes mancipari possunt, et non plures, quam quo*t* [117] manu capi possunt. inmobiles autem etiam plures simul, et quae diversis locis sunt, mancipari possunt.

§. 7. Traditio propria est alienatio rerum nec mancipi. *h*arum rerum dominia ipsa traditione adprehendimus, scilicet si ex iusta causa traditae sunt nobis.

§. 8. Usucapione dominia adipiscimur tam manc*i*pi rerum, quam nec manc*i*pi. usucapio est autem dominii adeptio per continuationem possessionis anni vel biennii: rerum mobilium anni, inmobilium biennii.

§. 9. In iure cessio quoque communis alienatio est et manc*i*pi rerum et nec manc*i*pi; quae fit per tres personas, in iure cedent*is*, vindicant*is*, addicent*is* [118]. §. 10. In iure cedit dominus; vindicat is, cui ced*i*tur; addicit praetor. §. 11. In iure cedi res etiam incorporales possunt, velut ususfructus et hereditas et tutela legitima libertae [119]. §. 12. Hereditas in iure ceditur vel antequam adeatur vel posteaquam adita fuerit. §. 13. Antequam adeatur in iure cedi potest legitim*o* ab herede [119a]; posteaquam adita est, tam a legitimo, quam ab eo, qui testamento heres scriptus est. §. 14. Si antequam adeatur hereditas in iure cessa *sit*, proinde [120] heres fit, cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. quodsi postea*quam* [120a] adita fuerit, in iure cessa sit, is qui cess*i*t permanet heres,
et ob id creditoribus defuncti manet || obligatus; de- 197. aα.
bita vero pereunt, id est debitores defuncti liberantur, [§. 15.] res [121] autem corporales, qu*asi* singul*ae* in iure cess*ae* s*i*nt [122], transeunt ad eum, cui cessa est hereditas.

§. 16. Adiudicatione dominia nanciscimur per formulam familiae herciscundae, quae locum habet inter *c*oheredes [122a]; et per formulam communi dividundo, cui locus est inter socios; et per formulam finium regundorum, quae [122b] est inter vicinos. nam si iudex uni ex heredibus aut sociis aut vicinis rem aliquam adiudicaverit, statim illi adquiritur, sive mancipi sive nec mancipi sit.

§. 17. Lege nobis adquiritur velut caducum vel

107a) C. *ex.* 108) Cuiacius de Claudiano cogitavit. 109) H.; C. *legata dotes.* Alii: *legatas dotes.* [Malim *legata dotesque.* Bg.]

110) Cui. H.; C. et edd. cett: *cecidit.* 111) C. *paruit.* 112) C. *decesserint v. p.* Cui. maluit *peregrinus.* 113) Cui. coni. *sed.*

114) C. *aut.* [114a) C. *domini a nob adquiritur.* Malim *dominium nobis adquiritur*, ut et inferius ubique *dominium* pro *dominia.* Bg.] 115) C. *in iure cessione usucapione.* 115a) C. *testes praesentes.* 116) Cf. Gai. I. 22. 29. ubi *coloniar.* est. 116a) Verbum *est* in codice supra *commertium* positum est, et quod sequitur *emendi* in C. scriptum est *emendi*². 117) H.; C. *quod.* Vulgo: *quae.* 118) Savinius emend. H.; C. et edd. cett. *cedentes, vindicantes, addicentes.* 119) C. Cui. H.; Vulgo: *et libertas.* 119a) C. *Legitime abherede.* Vulgo: *a legitimo herede.* 120) C. Cui. H.; Ceteri: *perinde*, ut Gai. II. 35. 120a) C. *postea cū.* 121) H.; Alii: *liberantur* §. 15. *Res* etc. 122) Ballhorn-Rosen coni.; C. Edd. *quoties . . . sunt.* Cf. Gai. II. 35. Schult. coni: *quamvis . . . cessae non sunt.* [Recte Huschkius: *quasi ei . . . essent.* 122a) C. *quos heredes.* 122b) Crediderim excidisse verba *locum habet, si* (s. *quotiens*) *de finibus iurgium* (s. *controversia*) aut similia. Bg.]

ereptorium [123] ex lege Papia Pop*pa*ea, item legatum ex lege duodecim tabularum, sive manc*i*pi res sint, sive nec manc*i*pi.

§. 18. Adquiritur autem nobis etiam per eas personas, quas in potestate, manu mancipiove habemus. itaque si quid [124], mancipio puta, acceperi*n*t, aut traditum eis sit, vel stipulati fuerint, ad nos pertinet. §. 19. Item si heredes instituti sint legatumve eis sit, et hereditatem, iussu nostro adeuntes, nobis adquirunt, et legatum ad nos pertinet. §. 20. Si servus alterius in bonis, alterius ex iu*re* Quiritium sit, ex omnibus causis adquir*i*t [125] ei, cuius in bonis est. §. 21. Is, que*m* [125a] bona fide possidemus, sive liber sive alienus servus sit, nobis adquirit ex duabus causis tantum, id est quod ex re nostra et quod ex operibus [126] suis adquirit. extra has autem causas aut s*ibi* adquirit, si liber sit, aut domino, si alienus servus sit. Eadem sunt ||
197. aβ. et in eo servo, in quo tantum usumfructum habemus.

TIT. XX. DE TESTAMENTIS.

§ 1. Testamentum est mentis nostrae iusta conte*sta*tio [127], in id sollemniter factu*m* [128], ut post *m*ortem nostram valeat. §. 2. Testamentorum genera fuerunt tria, unum, quod calatis comiti*is*, alterum, quod in procinctu, tertium, quod per *a*es *e*t libram appellatum est. his [129] duobus testamentis abolitis hodie solum in usu est quod per *a*es *e*t libram fit, id est per mancipationem imaginariam. in quo testamento libr*i*pens ad*hi*betur [130], et familiae emptor, et non minus quam quinque testes, cum quibus testamenti factio est. §. 3. Qui in potestate testatoris est aut familiae emptoris testis a*ut* libr*i*pens adhiberi non potest, quoniam familiae mancipatio inter testatorem et familiae empto*rem* fit, et ob id domestici testes adhibendi non sunt. §. 4. Filio familiae *e*mente pater eius testis esse non potest. §. 5. Ex duobus fratribus, qui in e*o*dem [131] patris potestate sunt, alter familiae emptor, alter testis esse non potest, quoniam quod unus ex his mancipi*o* acc*i*pit [132] adquirit patri, cui filius suus testis esse non debet. §. 6. Pater et [*filius* [133]], qui in potestate eius est, i*tem* [134] duo fratres, qui in eius*dem* patris potestate sunt, testes utrique, vel alter testis, alter libr*i*pens fieri possunt alio famili*am* emente, quoniam nihil nocet ex una domo plures testes alieno negotio adhiberi. §. 7. Mu-
197. bα. tus, || surdus, furiosus, pupillus, femina neque familiae emptor esse, neque testis libr*i*pensve fieri potest. §. 8. Latinus Iunianus et familiae emptor et testis et libr*i*pens fieri potest, quoniam cum eo testamenti factio est.

§. 9. In testamento, quod per *a*es *e*t libram fit, duae res aguntur, familiae mancipatio et nuncupatio testamenti. nuncupatur testamentum in hunc modum: tabulas testamenti test*at*or tenens ita dicit: HAEC UT IN HIS TABULIS CERISVE SCRIPTA SUNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR; ITAQUE VOS, QU*I*RITES, TESTIMONIUM PER*HI*BETOTE [135]. quae nuncupatio et testatio vocatur.

§. 10. Filius familiae testamentum facere non potest, quoniam nihil suum habet, ut testari de eo possit. sed divus Augustus [Marcus] constituit, ut filius familiae miles de eo peculio, quod in castris adquisivit, testamentum facere possit. §. 11. Qui de statu suo incertus est fact*us* [136], quod patre peregre mortuo ignorat se sui iuris esse, testamentum facere non potest. §. 12. Inpub*es*, licet sui iuris sit, facere testamentum non potest, quoniam nondum plenum iudicium animi habet. §. 13. Mutus, surdus, furiosus, itemque prodigus, cui lege *bo*nis [137] interdictum est, testamentum facere non possunt: mutus, quoniam verba nuncupationis loqui non potest; surdus, quoniam verba familiae emptoris exaudire || non 197. bβ.
potest; furiosus, quoniam mentem non habet, ut testari de *s*u*a* [138] re possit; prodigus, quoniam commercium [139] illi interdictum est, et ob id famili*am* mancipare non potest. §. 14. Latinus Iunianus, item is, qui dediticiorum numero est, testamentum facere non potest: Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est; is autem, qui dediticiorum numero est, quoniam nec quasi civis Romanus testari potest, cum sit peregrinus, nec quasi peregrinus, quoniam nullius certae civitatis ci*vis est* [140], ut adversus leges civitatis suae testetur. §. 15. Feminae post duodecimum annum *a*etatis testamenta facere possunt tutore auctore, donec in tutela s*unt* [141]. §. 16. Servus publicus p*opuli* Romani [142] part*is* dimidiae [143] testamenti faciendi hab*e*t ius.

TIT. XXI. QUEMADMODUM HERES INSTITUI DEBEAT [143a].

Heres institui recte potest his verbis: TITIUS HERES ESTO, TITIUS HERES SIT, TITIUM HEREDEM ESSE IUBEO. illa autem institutio: HEREDEM INSTITUO, HEREDEM FACIO plerisque inprobata est.

TIT. XXII. QUI HEREDES INSTITUI POSSUNT [144].

§. 1. Heredes institui possunt qui testamenti factione*m* cum testatore habent. §. 2. Dediticiorum numer*o* heres institui non potest, quia peregrinus est, cum quo testamenti factio non est. §. 3. [*Latinus Iunianus* [144a]] siquidem mortis testatoris tempore vel in||tra diem 198. aα.

---

[123]) Ita H.; C. *ercpturium.* Ceteri: *ereptitium.* [Coniecerunt alii *ereptum cui,* alii *caducum nuptorium,* vel *nuptarientium.* Forsitan *nuptiarum praemium* legendum esse quis dixerit pro isto *erepturium.* Bg.] [124]) H.; C. et vulgo: *siquidem.* [125]) H.; C. et edd.: *adquiret.* [125a]) C. *quā.* [126]) H. *operis.*

[127]) C. *contentio.* [[128]) H., quem Bl. sequi voluit, *facta.*] [[129]) Ita cum C. scripsi; edd. omnes temere *illis.* Bg.] [130]) C. *librae pensa debetur.* [131]) H.; C. *eodem.* Edd. *eiusdem.* [132]) C. *mancipium accepit.* [133]) Schilling. diss. crit. Cf. L. 17. D. de testibus. C. et edd. omittunt: *filius.* [134]) Schilling. diss. crit. coni. Cf. L. 17. D. cit. et supra not. 38. C. *institutus.* Edd. *constitutus.*

[135]) Cuiac. coni. H. Cf. Gai. II. 104. C. et edd. *praebitote.* [136]) C. *factio.* Ex Marezollii coni. H.: *inc. est,* (*fac ita . . . esse*) *test.* Vulgo: (*facito . . . esse*) *test.* [Non dubitavi meam in textum recipere coniecturam. Bg.] [137]) C. *nobis.* [138]) H.; C. et vulgo: *ea.* [139]) C. edd.; H. de Marezollii coni.: *commercio.* [140]) C. *sciens.* pro quo iam Cui. *civis est* proposuit, quod Schult. et H. probaverunt. [141]) Marez. emend. H.; C. et edd. *sint.* [142]) Cui. coni. H.; C. et edd. vett. *praetoriani.* Cf. infra not. 198. [143]) H.; C. *partes dimidiā.* Alii: *parte dimidia.*

[[143a]) Bis hanc rubr. cod. exhibet.]

[144]) H. *possint.* [[144a]) Ex Cui. omnes edd. hoc supplementum receperunt.]

cretionis civis Romanus sit, heres esse potest. quodsi Latinus manserit, lege Iunia capere hereditatem prohibetur. Idem iuris est in persona coelibis, propter legem Iulia*m*. §. 4. Incerta persona heres institui non potest, velut hoc modo: QUISQUIS PRIMUM [145] AD FUNUS MEUM VENERIT, HERES ESTO; quoniam certum consilium debet esse testantis. §. 5. Nec municipia, nec municipes heredes institui possunt; quoniam incertum corpus est, et neque cernere universi, neque pro herede gerere possunt [146], ut heredes fiant. senatus consulto tamen concessum est, ut a libertis suis heredes institui possint. sed [147] fidei commissa hereditas municipibus restitui potest; deque [148] hoc senatus consulto prospectum est. §. 6. Deos heredes instituere non possumus praeter eos, quos senatus consulto, constitutionibus [148a] principum instituere concessum est, sicuti Iovem T*a*rpeium, Apoll*i*nem Di*dy*maeum, sicuti Martem in Gallia, Minervam Iliensem [149], Herculem Gaditanum, Dianam Efesiam, Matrem Deorum Sipylensim [150], quae Smyrnae [151] colitur, et C*a*elestem Salinensem Carthaginis.

§. 7. Servos heredes instituere possumus, nostros cum libertate, alienos sine libertate, communes cum libertate vel sine libertate. §. 8. Eum servum, qui tantum in bonis noster [152] est, nec cum libertate he-
198. aβ. redem instituere || possumus, quia Latinitate*m* consequitur, quod non proficit ad hereditatem capiendam. §. 9. Alienos servos heredes instituere possumus eos ta*ntum* [153], quorum cum dominis testamenti factione*m* habemus. §. 10. Communis servus cum libertate recte quidem heres instituitur, quasi proprius pro parte nostra; sine libertate autem, quasi alienus, propter socii partem. §. 11. Proprius servus cum libertate heres institutus siquidem in eadem causa permanserit, ex testamento liber et heres fit, id est necessari*us*. §. 12. Quodsi ab ipso testatore vivente manumissus vel alienatus sit, suo arbitrio vel iussu emptoris hereditatem adire potest. sed si sine libertate sit institutus, omnino non consistit institutio. §. 13. Alienus servus heres institutus siquidem in ea causa permanserit, iussu domini debet hereditatem adire. quodsi vivo testatore manumissus aut alienatus a domino fuerit, aut suo arbitrio aut iussu emptoris poterit adire hereditatem.

---

§. 14. Sui heredes instituendi sunt vel exheredandi. sui autem heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales quam adoptivi; item uxor, quae in manu est, et nurus, quae in manu est fili*i*, quem in potestate habemus. §. 15. Postumi quo-
198. bα. que liberi, id est qui in utero sunt, || si tales sunt, ut nati in potestate nostra futuri sint, suorum heredum numero sunt. §. 16. Ex suis heredibus filius quidem neque heres institutus, neque nominati*m* [quo [153a]] exheredatus, non patitur valere testamentum. §. 17. Reliquae vero personae liberorum, velut filia, nepos, nept*is*, si praeteritae sint, valet testamentum; scriptis [153b] heredibus adcrescunt, suis quidem heredibus in partem virilem, extraneis autem in partem dimidiam. §. 18. Postumi quoque liberi cuiuscumque sexus omissi, quod valuit testamentum, agn*a*tione rumpunt [154]. §. 19. Eos, qui in utero sunt, si nati sui heredes nobis futuri sunt, possumus instituere heredes, siquidem post mortem nostram nascantur, ex iure civili; si vero viventibus nobis, ex lege Iulia. §. 20. Filius, qui in potestate est, si non instituatur heres, nominatim exheredari debet; reliqui sui heredes utriusque sexus aut nominatim aut inter ceteros. §. 21. Postumus filius nominatim exheredandus est; filia postuma ceteraeque postumae feminae vel nominatim vel inter ceteros; dummodo inter ceteros exheredatis aliquid legetur. §. 22. Nepotes et pronepotes ceterique masculi postumi praeter filium vel nominatim vel inter ceteros cum adiectione l*e*gati sunt exheredandi; sed tutius est tamen [154a] nominatim eos exheredari; et id observatur magis. ||

§. 23. *E*mancipatos [155] liberos, quamvi*s* i*u*re [156] 198. bβ.
civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse sit, tamen praetor iubet, si non instituantur heredes, exheredari, masculos omnes nominatim, feminas vel [157] inter ceteros; alioquin contra tabulas bonorum possessionem eis pollicetur.

§. 24. Inter necessarios heredes, id est serv*o*s cum libertate heredes scrip*t*os, et suos *et* [158] necessarios, id est liberos qui in potestate sunt, iure civili nihil interest: nam utrique etiam inviti heredes sunt [159]. sed iure praetorio suis et necessariis heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur; necessariis autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur.

§. 25. Extraneus heres, siquidem cum cretione sit heres institutus, cernendo fit heres: si v*er*o [160] sine cretione, pro herede gerendo. §. 26. Pro herede gerit qui rebus hereditariis tamquam dominus utitur; velut qui a*u*ctionem [161] rerum hereditariarum facit, aut servis hereditariis cibaria dat. §. 27. Cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, utrum exp*ed*iat ei adire hereditatem, nec ne, velut: TITIUS HERES ESTO CERNITOQUE IN DIEBUS CENTUM PROXIMIS, QUIBUS SCIERIS POTERISQUE. NISI ITA CREVERIS, EXHERES ESTO. §. 28. Cernere est verba cretionis dicere ad hunc modum: *QUOD ME MAEVIUS* [162]

---

[145]) C. H.; Ceteri: *primus*. [146]) Cui. coni. H. [et Bl.]: *ut ... possint*; Edd. vett.: *pro libito de herede cernere possint*. C. *ut ... pro hire .. de herede cernere possunt*. [147]) Cramerus vult: *sed et*. [148]) H.; C. et edd. *denique*. [[148a]) C. *constitutionib.*; legerim *constitutionibusve*. Bg.] [149]) Turnebus restituit. C. *miliensem*. [150]) C. et edd. *Sipelensim*. Cf. Schulting. ad h. l. [[151]) C. *hysmirne*, non *hysmirne*, ut ap. H. est.] [152]) Scripserim *nostris*. [153]) C. et edd. vett. *tamen*. [[153a]) Pro *quo*, om. Schult., fortasse legerit quis *quidem*. [153b]) Legerim *scriptisque*. Bg.] [154]) Cui. et H.; C. *rumpuntur*. Edd. vett.: *rumpitur*. [[154a]) Legerim *testamento*. Bg.] [155]) C. et edd., praeter H., *Mancipatos*. [156]) H.; C. *liberos .... qui in re*. Vulgo: *quum iure*. Cui. *quos .... est*. Schult. *quum*, vel potius *quamvis* maluit. [157]) [Ex Gai. II. 135. Bl. *vero* posuerat.] H. ex Marez. coni.: *vel nominatim vel*. [158]) Cui. H.; C. *sit*. Alii: *scilicet*. Fortasse *item*. [159]) Malim: *fiunt*. Cf. Gai. II. 157. [160]) Cui. H.; C. et edd. *sive*. [161]) Cui. coni. H.; C. et edd. *actionem*. [162]) C: *cum id* [quod] *medius* [*me Maevius*

HEREDEM INSTITUIT [163], EAM HEREDITATEM ADEO CERNO-
199. aα. QUE. §. 29. Sine cretione heres institut*us* || si constituerit nolle se heredem esse, statim excluditur ab hereditate, et amplius eam adire non potest. §. 30. Cum cretione vero heres institutus sicut cernendo fit heres, ita non aliter excluditur, quam si intra diem cretionis non creverit. ideoque etiamsi constituerit nolle se heredem esse, tamen, si supersint dies cretionis, p*ae*nitentia actus cernendo heres fieri potest.

§. 31. Cretio aut [164] vulgaris dicitur, aut continua: vulgaris, in qua adiciuntur haec verba: QUIBUS SCIERIS POTERISQUE; continua, in qua non adiciuntur. §. 32. Ei, qui vulgarem cretionem habet, dies illi *tan*tu*m* [165] computantur, quibus sci*vi*t [166] se heredem institutum esse, et potuit cernere. ei vero, qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignoravit se heredem institutum; aut scivit quidem, sed non potuit cernere.

§. 33. Heredes aut instituti dicuntur, aut substituti. [*instituti*,] qui primo gradu scripti sunt; substituti, qui secundo gradu vel sequentibus heredes scripti sunt, vel*ut*: TITIUS [167] HERES ESTO CERNITOQUE IN DIEBUS PROXIMIS CENTUM, QUIBUS SCIES [168] POTERISQUE: [*QUODNI* [169]] ITA CREVERIS, E*X*HERES ESTO. TUNC M*AE*-*V*IUS [170] HERES ESTO, CERNITOQUE IN DIEBUS, et reliqua. similiter et deinceps substitui potest.

§. 34. Si sub inperfecta cretione heres institutus sit, id est non adiectis his verbis: SI NON CREVERIS, EXHERES ESTO, sed si ita: SI NON CREVERIS, TUNC M*AE*-*V*IUS [170] HERES ESTO, cernendo quidem superior inferiorem
199. aβ. excludit; non || cernendo autem, sed pro herede gerendo, in partem admittit substitutum. sed postea divus Marcus constituit, ut et pro herede gerendo ex asse fiat heres. quodsi neque creverit, neque pro herede gesserit, ipse excluditur, et substitutus ex asse fit heres.

TIT. XXIII. QUEMADMODUM TESTAMENTA RUMPUNTUR [171].

§. 1. Testament*um* iure fact*um* [171a] infirmatur duobus modis, si ruptum aut irritum [171b] factum sit.

§. 2. Rumpitur testamentum mutatione, id est si postea ali*ud* [171c] testamentum iure factum sit. item agnatione, id est si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus, neque ut oportet exheredatus sit. §. 3. Agn*a*scitur suus heres aut agnascendo, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in locum sui heredis succedendo, velut nep*os* mortuo filio vel emancipato, aut manumissione, id est si filius ex prima secundave mancipatione manumissus reversus sit in patris potestate*m*.

§. 4. Irritum [171b] fit testamentum, si testator capite diminutus fuerit, aut si iure facto testamento nemo ex*s*titerit heres.

§. 5. Si is, qui testamentum fecit, ab hostibus captus sit, testamentum eius valet, siquidem reversus fuerit, iure postliminii; si vero [172] ibi decesserit, ex lege Cornelia, quae [173] perinde successionem eius confirmat, atque si in civitate decessisset.

§. 6. Si septem signis testium signatum sit testamentum, licet iure civili ruptum vel irritum fac||tum sit, 199. bα.
praetor scriptis heredibus iuxta tabulas bonorum possession*em* dat, si testator et civis Romanus et suae potestatis, cum moreretur, fuit; quam bon*orum* possessionem cum re, id est cum effect*u*, habet [174], si nemo alius iure heres sit.

---

§. 7. Liberis inpuberibus in potestate manentibus, tam natis quam postumis, heredes substituere parentes possunt duplici modo: id est aut eo, *quo* [175] extraneis, ut, si heredes non extiterint liberi, substitutus heres fiat; aut proprio iure, *ut* [176], si post mortem parentis heredes facti intra pubertate*m* decesserint, substitutus heres fiat. §. 8. Etiam exheredatis filiis substituere parentibus licet. §. 9. Non aliter inpuberi filio substituere quis he*re*dem potest, quam si sibi quis heredem institue*ri*t [177] vel ipsum filium vel quemlibet alium.

---

§. 10. Milites *qu*omodocumque fecerint testamenta, valent, id est etiam sine legitima observatione. nam principalibus constitutionibus permissum est illis quomodocumque vellent, quomodocumque possent, testari. idque testament*um*, *quod* *m*iles [178] contra iuri*s* regulam fecit, ita demum valet, si vel in castris mortuus sit, vel post missionem intra annum.

TIT. XXIV. DE LEGATIS.

§. 1. Legatum est quod legis modo, id est imperative, testamento relinquitur. nam ea, quae precativo modo relinquuntur, fidei commissa vocantur.

§. 2. Legamus autem quattuor modis: per || vindica- 199. bβ.
tionem, per damnationem, sinendi modo, per praeceptionem. §. 3. Per vindicationem his verbis legamus: DO, LEGO, CAPITO, SUMITO, SIB*I* [179] HABETO. §. 4. Per damnationem his verbis: HERES MEUS DAMNAS ESTO DARE, DATO, FACITO; HEREDEM MEUM DARE IUBEO. §. 5. Sinendi modo ita: HERES MEUS DAMNAS ESTO SINERE LUCIUM TITIUM SUMERE ILLAM REM SIBIQUE HABERE. §. 6. Per praeceptionem sic: LUCIUS TITIUS ILLAM REM PRAECIPITO.

§. 7. Per vindicationem legari possunt res, quae utroque tempore ex iu*re* Quiritium testatoris fuerunt,

---

vel *me Titius*]. Cf. Gai. II. 166. Edd.: *cum me Maevius.* [163]) C. H.; Edd. vett. *instituerit.* [164]) H.; C. et edd. vett. *autem.* [165]) C. *dantur.* [166]) H.; C. et edd. quaedam: *scit.* [167]) C. *vel totius.* [168]) C. H.; Ceteri: *scieris.* Cf. Gai. II. 174. [169]) Abest a Cod. Ex Gaii l. c. supplevi. Edd.: *Nisi.* [170]) C. *medius.* Cf. supra not. 162.

[171]) H. *rumpantur.* [[171a]) C. *Testamento iure facto*, quod retineri posse censeo. Bg. [171b]) C. *in irritum.* [171c]) C. *aliut.*] [172]) C. H.; Edd. vett. *si non.* [173]) C. *cornelia neq.*: Vulgo: *Corneliana, quae.* [174]) H. Cf. Gai. II. 148. C. *quam bonam possessionem . . . habetur.* Alii: *quae bonorum possessio . . . habetur.* [175]) C. *cum.* [176]) H.; C. *id* (idem). Alii: *id est.* [177]) Emendationem a Schultingio probatam recepit H.; C. *instituheret.* [178]) Schult.; C. *cum illis.* H. *cum miles.*

[179]) H.; C. et alii: *sive.*

mortis, et qu*and*o [180] testamentum faciebat, praeterquam si pondere, numero, mensura contineantur; in his enim satis est, si vel mortis dumtaxat tempore fuerint ex iu*re* Quiritium. §. 8. Per damnationem omnes res legari possunt, etiam quae non sunt testatoris, dummodo tales sint, quae dari possint. §. 9. liber homo, aut res populi aut sacra aut religiosa nec per damnationem legari potest; quoniam dari non potest. §. 10. Sinendi modo legari possunt res propriae testatoris, et heredis eius. §. 11. Per praeceptionem legari possunt res, quae etiam per vindicationem.

§. 11a. Si ea res, quae non fuit utroque tempore testatoris ex iu*re* Quiritium, per vindicationem legata sit, licet iure civili non valeat legatum, tamen senatus consulto Neroniano firmatur; quo cautum est, ut quod minus a*p*tis [181] verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum ess*et* [182]: optimum autem ius legati per damnationem est.

200. aα. §. 12. Si duobus eadem res per vindicationem || legata sit [*sive disiunctim, velut: TITIO HOMINEM STICHUM DO LEGO, SEIO EUNDEM HOMINEM DO LEGO*], sive coniunctim [183], velut TITIO ET SEIO HOMINEM STIC*HUM* [183a] DO LEGO, iure civili concursu partes fiebant, non *con*currente altero pars eius alteri adcrescebat; sed post legem Papiam Pop*pa*eam non capientis pars caduca fit. §. 13. Si per damnationem eadem res duobus legat*a* sit, siquidem coniunct*im*, singulis partes debentur et non capientis pars iure civili in hereditate remanebat; nunc autem caduca fit: quodsi disiunctim, singulis solidum [184] debetur.

§. 14. Optione autem legati per vindicationem data legatarii electio est, veluti: HOMINEM OPTATO, ELEGITO [184a]. idemque est, etsi *i*ta *cui* legaverim: TITIO HOMINEM [DO]. at *si* d*ixerim*: HERES MEUS DAMNAS ESTO HOMINEM DARE, heredis electio est, [*quem*] velit dare [185].

§. 15. Ante heredis institutionem legari non potest, quoniam et potestas testamenti ab heredis institutione incipit. §. 16. Post mortem heredis legari non potest, ne ab heredis herede legari videatur, quod iuris civilis ratio non patitur. *In* [186] mortis autem heredis tempus legari potest, velut: CUM HERES MORIATUR.

§. 17. Poen*ae* causa legari non potest. poenae autem causa legatur quod coercendi heredis [*causa* [187]] relinquitur, ut faciat quid [188] aut non faciat, non ut [*ad*] legatar*i*um [189] pertineat, ut puta hoc modo: SI FILIAM TUAM IN MATRIMONIO [189a] TITIO CONLOCAVERIS, DECEM MILIA [190] SEIO DATO.

§. 18. Incertae personae legari non potest, veluti: QUICUMQUE FILIO MEO FILIAM SUAM IN MATRIMONIO [189a] CONLOCAVERIT, EI *HERES MEUS* [191] TOT MILIA DATO. sub certa tamen demonstratione incertae personae || legari 200. aβ. potest, velut: EX COGNATIS MEIS, QUI NUNC SUNT, QUI PRIMO [191a] AD FUNUS MEUM VENERIT, EI HERES MEUS ILLUD DATO.

§. 19. Neque ex falsa demonstratione, neque ex falsa causa legatum infirmatur. falsa demonstratio est velut: TITIO FUNDUM, QUEM A TITIO EMI, DO LEGO, cum is fund*us* a Titio emptus non sit. falsa causa est velut: TITIO, QUONIAM NEGOTIA MEA CURAVIT, FUNDUM DO LEGO, ut [192] negotia eius numquam Titius curasset.

§. 20. A legatario legari non potest.

§. 21. Legatum [*ab*] eo [193] tantum dari potest, qui extraneus est; ideoque filio familiae herede instituto vel servo neque a patre neque a domino legari potest. §. 22. Heredi a semet ipso legari non potest. §. 23. Ei, qui in potestate, manu mancipiove est scripti heredis, sub conditione legari potest; ut requiratur [194] quo tempore dies legat*i* cedit in potestate heredis non sit. §. 24. Ei, cuius in potestate, manu mancipiove est heres scriptus, legari non potest.

§. 25. Sicut singulae res legari possunt, ita universarum quoque summa legari potest, ut puta [*hoc*] modo: HERES [195] MEUS CUM TITIO HEREDITATEM MEAM PARTITOR [196], DIVIDITO; quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. potest autem et alia pars, velut tertia vel quarta, legari. quae species partitio appellatur [196a].

§. 26. Ususfructus legari potest iure civili earum rerum, quarum salva substantia utendi fruendi potest esse facultas; et tam singularum rerum, quam plurium; *item* [197] partis. §. 27. Senat*us* consulto cautum est, ut etiamsi earum rerum, qu*ae* in abusu continentur, ut puta || vini, olei, tritici, ususfructus legat*us* 200. bα. sit, legatario res tradantur, cautionibus interpositis de restituendis eis, cum us*us*fructus ad legatarium pertinere desierit.

§. 28. Civitatibus omnibus, quae sub imperio p*opuli* R*om*ani *sunt* [198], legari potest; idque a divo Nerva in-

---

180) Edd.; C. *quomodo*. Fortasse: *quo*. 181) Ex Victorii coni. H.; C. et alii: *pactis*. [Mihi, quod aliis, placet *rectis*. Bg.]. 182) C. *ē* (est). 183) Gaii (II. 199.) ope Hugo ita restituit, nisi quod verba *legata sit* aptius ante hiatum collocari posse censui, post vocem *vindicationem*. nam librarius in voce *sive* in errorem lapsus esse videtur [propter *ὁμοιοτέλευτον*]. C. *vindicationem* || *legata sit. Si vero coniunctim.*; Schulting.: *per vind. legata sit, siquidem disiunctim, singulis in solidum debentur: si vero coni.*; Cui. proposuit: *singulis partes debentur*. 183a) C. *istico*. 184) C. Cui. H.; Alii *in solidum*. [184a) Ita C.; edd.: *eligito*.] 185) Goeschenii coniecturam recepi. Simile quid Cuiacius proposuerat: *et si tacite* (sive: *generaliter*) *legaverim Titio hominem. At si ita: Heres meus* etc. C. a recentiore manu restitutus, quem Hugo secutus est, habet: *etsi tacite legaverim: Titio hominem aut decem heres meus dato, hominem dare heredis electio est quem* [*quem* om. C.] *velit dare*. 186) C. & 187) C. om. *causa*. Cf. Gai. II. 235. 188) Cui. emend. H.; C. et alii: *quidem*. 189) Coniectura Savinio et Hugoni probata. C. *ut legatarum*. Alii: *ut legatum*. [189a) Malim *matrimonium*. Bg.] 190) Edd. vett.; C. *decé m* decen. [An *sestertiorum?*] H. *decem* ... Cf. Gai. II. 235. 191) Schult. coni. H.; C. *ei homini tot* centum *mi*. Alii: *ei homini tot millia*. [191a) Malim *primus*. Bg.] 192) C. et vett. edd.; H. *utut*. Cui. maluit: *cum*. 193) Edd. *Leg. ei*. Cui. proposuit: *ab eo t. d. p., qui ex sua persona heres est*. [Locus corruptus. τὸ *extraneus est* recens scriptum est.] 194) C. H.; Alii: *sed requiritur, ut*. 195) C. om. *hoc*. H. ex Erbii coniectura adiecit. Edd. vett. *ut puta: Maevius heres*. 196) H.; C. et vulg. *partito*. [196a) Verbum *appellatur* alia litterarum forma in cod. scriptum est.] 197) Heisii coni. H.; C. et alii: *id est*. 198) C. *praetorianis*. Cf. supra not. 142.

traductum, postea a senatu, auctore Adriano, diligentius constitutum est.

§. 29. Legatum, quod datum est, adimi potest, vel eodem testamento, vel codic*i*llis [198a] testamento confirmatis; dum tamen eodem modo adimatur, quo modo datum est.

§. 30. Ad heredem legatarii legata non aliter transeunt, nisi si iam die legatorum cedente legatarius decesserit. §. 31. Legat*o*rum, quae pure vel in diem certum relicta sunt, dies cedit antiquo quidem iure ex mortis testatoris tempore; per legem autem *Papi*am Pop*p*aeam ex apertis tabulis testamenti; eorum vero, quae sub condicione relicta sunt, cum conditio ext*i*terit.

§. 32. Lex Falcidia iubet non plus quam dodrantem totius patrimonii lega*r*i, ut omni modo quadrans integer apud heredem remaneat. §. 33. Legatorum perperam solutorum repetitio non est.

TIT. XXV. DE FIDEICOMMISSIS.

§. 1. Fidei commissum est quod non civilibus verbis, sed precative relinqu*i*tur, nec ex rigore iur*is* civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. §. 2. Verba fidei commissorum in usu *f*ere [198b] haec sunt:
200. bβ. FIDEI COMMITTO, PETO, || VOLO DARI, et similia. §. 3. Etiam nutu relinquere fideicommissum [in] usu receptum est. §. 4. Fideicommiss*um* relinquere possunt qui testamentum facere possunt, licet non fecerint. nam intestatu*s* quis moriturus fidei commissum relinquere potest. §. 5. Res per fidei commissum relinqui possunt quae etiam per damnationem legari possunt. §. 6. Fideicommissa dari possunt his, qui*bus* [199] legari potest. §. 7. Latini Iuniani fidei commissum capere possunt, licet legatum capere non possint. §. 8. Fidei commissum et ante heredis institutionem, et post mortem heredis, et codic*i*llis etiam non confirmatis testamento dari potest, licet legari non possit. §. 9. Item Graece fidei commissum scriptum valet, licet legatum Gr*a*ece scriptum non valeat. §. 10. Filio, qui in potestate est, servove heredibus institutis, seu his [200] legatum sit, patris vel domini fidei committi potest, quamvis ab eo legari non possit. §. 11. Qui testamento heres institutus est, codic*i*llis etiam non confirmatis rogari potest, vel ut hereditatem totam vel ex parte alii restituat; quamvis directo [201] heres institui ne quidem confirmatis codic*i*llis possit. §. 12. Fidei commissa non per formulam petuntur, ut legata; sed cognitio est Romae quidem consulum, aut praetoris, qui fideicommiss*arius* [202] vocatur; in provinciis vero praesid*um* [202a] provinciarum. §. 13. Poenae causa vel incertae [203] personae ne quidem fidei commissa dari possunt.
201. aα. §. 14. Is, qui || rogatus est alii restituere hereditatem, lege quidem Falcidia [*locum*] non habente, quoniam non plus puta quam dodrantem restituere rogatus est, ex Trebelliano senatus consulto restituit, ut ei et in eum dentur actiones, cui restituta est hereditas. lege autem Falcidia interveniente, quoniam plus [*quam*] dodrantem vel etiam totam hereditatem restituere rogatus sit, ex Pe*g*asiano senatus consult*o* restituit, ut [204] deducta parte quarta ips*i*, qui scriptus est heres, [*et*] in [205] ipsum actiones conserventur, is autem, qui recipit hereditatem, legatarii loc*o* habeatur. §. 15. Ex Pe*g*asiano senatus consult*o* restituta hereditate commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem et eum, cui reliquae partes restitutae sunt, interpositis stipulationibus ad exemplum partis et pro parte stipulationum. partis autem et pro parte stipulatione*s* proprie [206] dicuntur quae de lucro et damno communicando solent interponi inter heredem et legatarium partiar*i*um, id est cum quo partitus est here*s*. §. 16. Si here*s* damnosam hereditatem dicat, cogetur a praetore adire et restituere totam, ita ut ei et in *eum*, qui recipit hereditatem, actiones dentur, proinde atque si ex Trebelliano senatus consult*o* restituta fuisset. idque ut ita fiat, Pegasiano senatus consulto cautum [207].

§. 17. Si quis in fraudem tacitam fidem adcommodaverit, ut non capienti fidei commissum restituat, || nec 201. aβ.
quadrantem eum deducere senatus censuit, nec caducum vindicare ex eo testamento, si liberos habeat.

§. 18. Libertas dari potest per fidei commissum.

TIT. XXVI. DE LEGITIMIS HEREDIBUS.

§. 1. Intestatorum ingenuorum hereditates pertine*n*t primum ad suos herede*s*, id est liberos, qui in potestate sunt, ceterosque, qui [in [208]] liberorum loco sunt; si sui heredes non sunt, ad consanguineos, id est fratres et sorores ex eodem patre; si nec hi sunt, ad reliquos agnatos proximos, id est cognatos virilis sexus, per mares descendentes, eiusdem familiae. id enim cautum est lege duodecim tabularum hac [209]: SI INTESTATO [210] MORITUR, CUI SUUS HERES NEC *ESCIT* [211], AGNATUS PROXIMUS FAMILIA*M* HABETO.

§. 2. Si defunct*o* [212] sit filius, [*et*] ex altero filio mortuo iam nepos unus vel etiam plures, ad omnes hereditas pertinet, non ut in capita dividatur, sed in stirpe*s*, id est ut filius solu*s* mediam partem habeat et nepotes quotquot sunt alteram dimidiam: *ae*quum est enim nepotes in patris sui loc*um* [213] succedere et eam partem habere, quam pater eorum, si viveret, habiturus esset.

§. 3. Quamdiu suus heres speratur here*s* fieri posse, tamdiu locus agnatis non est; velut si uxor defuncti pr*a*eguans sit, aut filius aput hostes sit.

[198a) C. *codicellis*, ut solet.
198b) C. *Uere.*] 199) C. *Hi qui.* 200) C. H.; Alii: *seu si.* [Malim *sive iis.*] 201) C. H.; Alii: *ex directo.* 202) Edd. vett.; C. H. *fidei commisso.* [202a) C. *praesidib:*] 203) H.; Alii: *certae vel incertae.* C. *paene causa . . . . . . vel incertae.* 204) C. H.; Alii: *vel.* 205) Hugo locum sanavit. C.: *ipse qui scriptus ē heres in.* Vulgo: *ipse, qui scriptus est heres, hereditatem restituat, et in* etc. 206) C. *propriae.* 207) C. H.; Alii: *cautum est* [quod magis placet. Bg.].
208) H. uncis inclusit. Cf. Coll. XVI. 4. [quae omittit praepositionem, cuius loco scriptum esse potuit *mihi* aut *nobis*. sed melius omitti videtur. Bg.] 209) Alii: *tabularum:* AC [Malim *hoc modo*. Bg.]. 210) C. H.; Alii: *intestatus* [quod placet. Bg.]. 211) Schilling.; H. *sit.* In Cod. lacuna est. Alii: *exstabit.* 212) H.; Cuiacio placuit *defuncti.* C. et edd. vett. *defunctus.* 213) H. et Gai. III. 8.; C. *in ... loco.* Alii: *loco*, omissa voce *in*.

§. 4. Agnatorum hereditates dividuntur in capita: velut si sit frat*ris* [214] filius et alterius fratris duo
201. bα. pluresve || liberi, quotquot sunt ab utraque parte personae, tot fiunt portiones, ut singuli singulas capiant.

§. 5. Si plures eodem gradu sunt [215] agnati, et quidam eorum hereditatem ad se pertinere noluerint, vel antequam adierint decesserint, eorum pars adcrescit his, qui adier*unt* [216]. quodsi nemo eorum adierit, ad insequentem gradum ex lege hereditas non transmittitur, quoniam in legitimis hereditatibus successio non est.

§. 6. Ad feminas ultra consanguineorum gradu*m* legitima hereditas non pertinet; itaque soror fratri sororive legitima heres fit.

§. 7. Ad liberos matr*is* intestatae hereditas ex lege duodecim tabularum non pertinebat; quia feminae suos heredes non habent: sed postea Imp*p*. Antoni*ni* et Commodi oratione in senatu recitata id actum est, ut sine in manum conventione matrum legitimae hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis et reliquis agnatis. §. 8. Intestati filii hereditas ad matrem ex lege duodecim tabularum non pertinet; sed si ius liberorum habeat, ingenua trium, libertina quatuor, legitima heres fit ex senatus consulto Tertulliano; si tamen ei filio neque suus heres sit, quive inter suos heredes ad bonorum possessione*m* a praetore vocatur, neque pater, ad quem lege hereditas bonorumve possessio cum re pertinet, neque frater consanguineus. quodsi soror consanguinea sit, ad utrasque pertinere iubetur hereditas.

201. bβ. TIT. XXVII. DE LIBERTORUM SUCCES||SIONIBUS [VEL BONIS].

§. 1. Libertorum intestatorum hereditas primum ad suos heredes pertinet; deinde ad eos, quorum liberti sunt, velut patronum, patronam, liberosve patroni. §. 2. Si sit patronus et alterius patroni filius, ad solum patr*on*um hereditas pertinet. §. 3. Item patroni filius patroni nepotibus obstat. §. 4. Ad liberos patronorum hereditas defuncti pertinet, ut in capita, non in stirpes, dividatur.

---

§. 5. Legitimae hereditatis ius, quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitis minutione amittitur.

TIT. XXVIII. DE POSSESSIONIBUS DANDIS.

§. 1. Bonorum possessio datur aut contra tabulas testamenti, aut adversus [217] tabulas, [*aut* [218]] intestati.

§. 2. Contra tabulas bonorum possessio datur liberis emancipatis, testamento praeteritis, licet legitim*a* non ad eos [218a] pertineat hereditas. §. 3. Bonorum possessio contra tabulas liberis, tam naturalibus quam adoptivis, datur; sed naturalibus quidem emancipatis, non tamen et illis, qui in adoptiva familia sunt; adoptivis autem his tantum, qui in potestate manserunt. §. 4. Emancipatis liberis ex edicto datur bonorum possessio, si parati sunt cavere *fr*atribus [219] suis, qui in potestate manserunt, bona, quae moriente patre habuerint [220], se conlaturos.

§. 5. Secundum tabulas bonorum possessio datur scriptis heredibus, scilicet si eorum, quibus contra tabulas competit, nemo sit, aut petere nol*int* [220a]. §. 6.
Etiam||si iure civili non valeat testament*um*, forte quod 202. aα.
familiae mancipatio vel nuncupatio defuit, si signatum testamentum sit non minus quam septem testium civium Romanorum signis, bonorum possessio datur.

§. 7. Intes*ta*ti datur bonorum possessio per septem gradus: primo gradu liberis; secundo legitimis heredibus; tertio proximis cognatis; quarto familiae patroni; [*quinto* [220b]] patrono, patronae, item liber*is* [*parentibus*]ve [220c] patroni patronaeve; sexto viro, uxori; septimo cognatis manumissoris, quibus per legem Furiam plus mille asses capere licet: et si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed ius suum omiserit, populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria. §. 8. Liberis bonorum possessio datur, tam his, qui in potestate usque in mortis tempus fuerunt, quam emancipatis; item adoptivis, non tamen etiam in adoptione*m* datis. §. 9. Proximi cognati bonorum possessione*m* accipiunt, non solum per feminini sexus personam cognati, sed etiam agnati capite diminuti: nam, licet legitimum ius agnationis capitis minutione amiserint, natura tamen cognati manent.

§. 10. Bonorum possessio datur parentibus et liberis intra annum, ex quo petere potuerunt; ceteris intra centum dies. §. 11. Qui omnes intra id tempus si non
petierint bonorum [221] possessionem, sequens gradus
admittitur, perinde atque [222a] si superiores non || es- 202. aβ.
sent; idque per septem gradus fit.

§. 12. Hi, quibus ex successorio edicto bonorum possessio datur, heredes quidem non sunt, sed heredis loco constituuntur beneficio praetoris. ideoque seu ipsi agant, seu cum his agatur, ficticiis actionibus opus est, in quibus heredes esse finguntur.

§. 13. Bonorum possessio aut [*cum*] re datur [222b], aut sine re: cum re, [*si* [222]] is, qui accepit, cum effectu bona retineat; sine re, cum alius iure civili evincere hereditatem possit; veluti si suus heres intestati [223] [*sit*], bonorum possessio sine re [*est*], quoniam [224] suus heres evincere hereditatem iure legitimo possit.

TIT. XXIX. DE BONIS LIBERTORUM.

§. 1. Civis Romani liberti hereditatem lex duodecim tabularum patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit: ideoque, sive testamento facto de-

---

214) C. *frater*. 215) H. *sint*. 216) H.; C. et vulgo: *adierint*.

217) Ita C. et edd. Librarius siglas *adū* (adversus) et *sdū* sive *sedū* (secundum) confudisse videtur. 218) Cui. inseruit. [218a) Vulgo: *ad eos non*.] 219) C. *patrib:* 220) H.; C. *habuer*. Ceteri: *habuerunt*. 220a) C. *nollent*. [220b) Cui. inseruit. 220c) C. *liberosve*. Inserui, probantibus Cui. et Huschkio, *parentibus*. Cf. Coll. XVI. 9. Bg.] 221) C. H.; Edd. vett. *petierint, ad bonorum*. [222a) C. *atque*. Edd.: *ac*, nescio qua de causa. Bg. 222b) C. *aut reddat?*.] 222) Edd. vett.; H. *cum*; C. om. *si*. 223) C. Cui. H.; Alii: *intestato*. 224) Cui. H.; C. *qm*. Alii: *quum*. [Malim *q*. (quod) Bg.]

cedat, licet suus heres ei non sit; seu [224a] intestato, et suus heres ei sit, quam*vis* non naturalis, sed uxor puta, quae in manu fuit, vel adoptivus filius, lex patrono nihil praestat. sed ex edicto praetoris, *sive* [225] testamento [*facto*] libertus moriatur, ut aut [226] nihil aut minus quam partem dimidiam bonorum patrono relinquat, contra tabulas testamenti partis dimidia*e* bonorum possessio illi datur, nisi libertus aliquem ex naturalibus liberis successorem sibi relin-
202. bα. quat; || sive intestato decedat, et uxorem forte in manu [226a] vel adoptivum filium relinquat, aeque partis mediae bonorum possessio contra suos heredes patrono datur.

§. 2. In bonis libertae patrono nihil iuris ex edicto datur: itaque seu [227] intestata moriatur liberta, semper ad eum hereditas pertinet, licet liberi sint libertae, quoniam non sunt sui heredes matri ** §. 3. *** obst*at* [228] patrono. Lex Papia Pop*p*aea postea libertas quatuor liberorum iure tutela patronorum liberavit; et cum intulerit iam posse eas sine auctoritate patronorum testari, prospexit, ut pro numero liberorum libertae super*s*titum virilis pars patrono debeatur. §. 4. Liberi patroni virilis sexus eadem iura in bonis libertorum parentum suorum habent, quae et ipse patronus. §. 5. Feminae vero ex lege quidem duodecim tabularum perinde ius habent, atque masculi patronorum liberi. (§. 5.) contra tabulas autem testamenti liberti, aut ab intestato contra suos heredes non naturales, bonorum possessio eis non competit: sed si ius trium liberorum habuerunt [229], etiam haec iura ex lege Papia Pop*p*aea nanciscuntur. §. 6. Patronae *in* [230] bonis libertorum illud ius tantum habent [230a], quod lex duodecim tabularum introduxit: sed postea lex Papia [*ingenuae*] patronae [231] || duobus liberis honoratae, libertinae tribus, id [231a] iuris dedit, quod patronus habet ex edicto. §. 7. Item ingenu*ae* [232] trium liberorum iure honoratae eadem lex id ius dedit, quod ipsi patrono [233] tribuit. 202. bβ.

[224a]) Lege *sive*. Bg. [225]) C. H., probante Bl., *seu*.] Cf. Gai. III. 41. [226]) Cui.: *et aut*; Schult. *aut ut*; H. *aut*. [Bl. *si aut*.] Cf. Gai. l. c. [226a]) C. *in manum*. Cf. Klenzii L. Servil. p. XIX. ad pag. 123. not. 8. et adde Gösch. not. 5. ad Gai. I. 57. Bg.] [227]) C. H.; Vulgo: *si*. [228]) C. *obstit*. H. *obstat*. Cui. proposuit: *nam licet liberi . . . matri, non obstant patrono. Lex etc.* Cf. Gai. III. 43. Ulpianus vero de eo quoque casu tractavit, cum libertina, auctore tutore, testamentum fecerat. Alii: *Licet liberi . . matri, obstat patrono lex P. P. Postea.* [229]) C. et alii: *habuerunt*. H. *habuerint*. [230]) H.; Cf. Gai. III. 49.; C. et vulgo: *ex*. [230a]) C. *habeant*. Forsitan legendum est *habebant*. Bg. Cf. Gai. III. 49.] [231]) Cf. Gai. III. 50. Vulgo: *patronae ingenuae*; H. C. *patronae*, omissa voce *ingenuae*. [231a]) Malim *idem*. Bg.] [232]) H.; C. *ingenui*. Vulgo: *liberis ingenuae*. [233]) Goeschenius ad Gai. III. 50. *ipsa patrono*. Vulgo: *ipsi patronae*.

EXPLICIT.

FRAGMENTA

VETERIS IURISCONSULTI

UT QUIBUSDAM VIDETUR

IULII PAULLI

DE IURE FISCI.

ACCEDUNT

FRAGMENTA DUO

UNUM

SEXTI POMPONII

ALTERUM

HERENNII MODESTINI.

ITEM

GRADUUM AGNATIONIS VETUS DESCRIPTIO

SIVE

STEMMA LEGE QUEMADMODUM HEREDITATES REDEANT.

CURA

EDUARDI BÖCKING.

EDUARDUS BÖCKING LECTORI S.

Praemonituro de fragmentis de iure fisci otium mihi fecit qui post incomparabilis viri (heu nobis recens eius funus vehementer lugentibus!), quem una cum genuinis Gaii commentariis in bibliotheca capitulari Veronensi fragmenta nostra repperisse iam neminem eiusmodi rerum curiosum fugit, Niebuhrii, ex Veronensi codice transscriptum eorumdem exemplum [1] primus idemque diligentius ea edidit, Io. Fr. Lud. Göschenius. nam is pagg. LXI. . . LXIII. ad Gaium a se editum praefationis ita de duobus foliis [2], quae fragmenta nostra de iure fisci exhibent, tractavit: „*Duo illa folia, quibus inest hoc fragmentum, lacera sunt atque corrugata admo-„dum: forma est quadrata maior: paginae in binas dividuntur columnas vicenis quaternis versibus compo-„sitas: singuli versus ternas denas ad vicenas litteras complectuntur, ita tamen, ut plerumque constent lit-„teris septenis denis: litterarum forma uncialis est. Duobus locis versum omisit librarius, ut, opere ali-„quando cetera absoluto, rubricis diligentiore manu exarandis impleret* [3]. *Praeterea horum foliorum cum „codice XIII.* [Gaiano] *haec est convenientia, quod quidam versus prae ceteris prominent, et in quibusdam „aliis vacua deprehenduntur spatiola, quibus antecedentis articuli exitus a sequentis principio separatur: ac-„cedit, quod in his quoque membranis nulla reperitur neque interpunctio, neque verborum distinctio, quodque „frequenter siglis librarius usus est. Illud autem diversum est, quod hujus fragmenti litterae illis, quibus „Gaji Institutiones scriptae sunt, aliquanto grandiores sunt: quin quaedam in ipsa litterarum figura animadver-„titur varietas, quae maxime apparet in litteris A et R; quo etiam illud referendum est, quod litterae F, „P, R plerumque totae supra lineam positae sunt, cum in Gaji codice infra lineam decurrant. Neque quod „dixi, in Gaji codice paginarum initiales litteras reliquis maiores esse, idem de hoc fragmento dicendum „est: in posteriore enim folio initiales primae quartaeque columnae litterae, quamvis in verbi alicuius prin-„cipio positae sint, ejusdem atque reliquae litterae magnitudinis nobis visae sunt; ceterarum columnarum ini-„tia deperdita sunt. At prominentis cujusque versus prima littera paulo grandior esse solet. Ceterum in his „membranis, quamvis non rescriptis, vetustate tamen ita evanidam factam repperimus scripturam, ut in iis „quoque gallae infusum adhibendum fuerit. Quod autem earum contextum singulari numero fragmentum „dixi, id si quis reprehendat, lubens concedo, duo proprie esse fragmenta: nam quae in extremo priore fo-„lio leguntur, cum posterioris folii principio minime cohaerent* [4]; *ita ut folia quaedam intermedia deper-„dita esse evidenter appareat. De auctore nihil habeo, quod asseverare possim, praeterquam quod eum e „classicorum Iurisconsultorum numero fuisse ipsa fragmentorum materia docet, quippe quae magnam partem „sit e jure antiquo* [5]. *Ex qua materia illud quoque colligit Niebuhrius, membranas nostras ante occiden-*

---

[1]) De Niebuhrii exemplo Gösch. praef. ad Gai. p. XV. (ed. I. p. XIII.) „*Tandem eius quoque fragmen-„ti, quod ad tractatum de iure fisci pertinet, transcribendi fecit periculum: et licet temporis angustiis im-„pediretur, quominus harum membranarum, quarum pessima est condicio, accuratum exemplum absolveret, ma-„gni tamen aestimandum erat vel minus absolutum earum apographum; omni enim antea destituebamur certa „atque definita huius fragmenti notitia. Quae omnia biduo, eoque ne integro quidem, Niebuhrium perfe-„cisse, ei, qui difficultatum in eiusmodi rebus superandarum gnarus est, incredibile videri possit. Operae „fructum Niebuhrius cum Illustrissimo Savinio communicavit. Qui, ut typis mandarentur, quae Niebuhrius „transcripserat, sedulo curavit.*“ Praeter hoc Niebuhrii apographum (in *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch.* tom. III. p. 150. . . 158) et a Göschenio post utriusque Gaianorum commentariorum editionis exempla (Berol. 1820. p. 341. . . 348. Edit. 1824. p. 403. . . 410.) curata fragmenta nostra nemo, quod sciam, eadem repeti curavit.

[2]) De quibus duobus foliis idem Gösch. l. c. pag. X. (ed. I. p. VIII.) „*parvulo*“ inquit „*insunt volumini, „varii argumenti fragmenta complexo, cui titulus inscriptus legitur hic:* „Vetera Paralipomena Mss. Codicum „Capituli Veronensis, a Joh. Jacobo de Dionisiis Veronensi canonico in unum collecta. 1758.“

[3]) Verba *ut opere. . . impleret* ex eiusdem praefationis p. XXVI. (ed. I. p. XXV.) transsumpsi.

[4]) Id quod asteriscis inter §. 9. et §. 10. interpositis indicare volui. Bg.

[5]) Göschenius ad h. l. „*Ne nunc quidem*, ait, *quicquam affirmo: probabilis tamen videtur eorum senten-„tia, qui haec fragmenta Paulo tribuenda esse opinantur. Quam sententiam primus protulit cel. Gott-„schalkius, qui eam cum Savinio communicavit. Posthac ipse a doctissimo Caplickio admonitus sum, ea, „quae fragmentorum* §. 19. *contineantur, iisdem fere verbis exprimi loco quodam Digestorum e Pauli Libro „V. Sententiarum desumpto, videlicet L. 45. §. 3. de iure fisci.*“ Sed recte admonet v. cl. Pernice (in lineamentis institt., quae Halis 1824. iterum edidit, p. 30.) nondum exploratum esse utrum fragmenta nostra, vel si Paullum auctorem habeant, ad eiusdem receptas sententias (cf. §. 19. fragmm. nostrorum), an ad libros, quos

„talis imperii exitium exaratas esse; neque enim verisimile videri, ut quis posterioribus temporibus talis „argumenti librum transcribi curaverit: Koppius ex litterarum forma de aetate membranarum nihil statuere „ausus est [6]."

Cum ipse quidem duorum illorum foliorum exemplo, quod ad proprios usus v. cl. Hollwegius, iam collega mihi dilectissimus, sibi olim accuratissime transscripsit, immo depinxit, usus sim, fas mihi est Göschenii in his quoque fragmentis edendis religiosissime positam diligentiam collaudare. Quem igitur, quantum fieri potuit, sequi res ipsa suadebat. Singulas litteras, quae legi nequiverunt, singulis asteriscis indicavimus. quotiens vero totus vel etiam complures versus aut omnino evanuerant, aut certi nihil quicquam exhibebant, maioribus lineis hiatus denotavimus. Praeter ea supplementa, quae ex ingenio vel aliorum virorum vel meo ipsius perpauca, eademque in scriptura Italicis sive cursivis litteris insignita, proferimus, multae, quas Göschenius ad annotationem reiecerat, litterae syllabaeque in ipsam scripturam nobis recipiendae fuerunt, quippe quibus prolixiores commentarios subiicere non licebat. Similes vero locos, praeter eos, quos Göschenius aut ex Savinii, Hugonis, Heisii aliorumve doctorum virorum aut ex propria penu indicaverat, quosdam annotare non dubitavimus, quo facilius fragmenta nostra cum aliis, qui nobis supersunt, ICtorum libris comparari possent.

De fragmentis, quae adieci, Pomponiano Modestinianoque, cum in annotatione dixerim, nihil hoc loco praemoneo. Neque etiam de εἰκονισμῷ graduum agnationis, — vulgo nominant „stemma quemadmodum hereditates lege redeant" — quem ex Cuiacii Obss. lib. VI. cap. 40. repetendum curavi, longa praefatione lectorem defatigare volo, cum praesertim ipsam, quae ad rem nostram spectat, ab excellentissimi ingenii viro scriptam observationem schemati subiici iusserim. Alia eademque a nostro diversa stemmata reperiuntur in manu scripto Iustiniani institutionum codice Dorvilliano, et apud Isidorum (Origg. lib. X. cap. 7. ex ed. Gothofredi coll. 1059. . . 1064; ex ed. Areval. tom. III. p. 450.), nec non Graecum in Viglii Zuichemi editionibus Theophilinae institutionum παραφράσεως. (ed. princip. Basil. 1534. fol. pag. 168.) Iam olim ipse quoque agnationis cognationisque gradus descripsi descriptionemque in Gaii Iustinianique institutionum exemplo, quod Berolini anno cIↃIↃcccxxix. in forma quadrata prodiit, publicavi.

Speramus fore ut ii, quibus cummaxime bene consultum cupimus, iuris studiosi, aliquantum ex nostris laboribus fructuum percipere possint. Tu interim vale, lector.

---

de iure fisci Paullum scripsisse duos scimus, ex quibus unum eumdemque ex priori libro desumptum locum in digestis habemus (L. 5. de his, quae ut indign.), pertineant: exordium enim fragmentorum nostrorum facile ad §. ult. L. cit. sese applicare.

[6]) Vid. *Zeitschrift für geschichtl. Rechtswissensch.* tom. III. p. 132. tom. IV. p. 481.

Scribeb. BONNAE AD RHENUM Id. Ianuar.
anni cIↃIↃcccxxxi.

FRAGMENTA
VETERIS IURISCONSULTI
UT QUIBUSDAM VIDETUR
IULII PAULLI
DE
IURE FISCI.

Fol. I. §. 1. Heredi eius, qui *********** [1] non pote-
col. 1. rat, deferendi potestas concessa [2] est, nis*i* ostendi pos-
sit eius v*oluntatis* decessisse de*functum*, ut deferre
se[3] *v*******. §. 2. [4] Antequam quis ab alio deferatur [5],
ipse se deferre debet, alias [6] sero ad auxilium delatio-
nis confugit. quodsi per errorem [7] se detulerit, nihil
ei officit inconsiderata diligentia. §. 3. [8] Ius patrum
non minuitur, si se is deferat, qui solidum id, quod re-
lictum est, capere non potest. sane si post diem cen-
tens*i*mum patres caduc*um* vindicent, omnin*o* fisco [9]
col. 2. locus non est. §. 4. [10] Si se is deferat, cui taci||*t* [11]
——————— v. 1... 5. [12] ———————
***** eius rei [13] ************ nis ter vero f[14] *********
*qua*drup*l*um ******** [15] nomine *con*sequi fisc*um* o*por*tet.
§. 5. [16] Bona e*orum*, *q*ui cum fisco contrahun*t*, ****
********* [17] velut *pign*oris iure fisco o*bligantur*; non
solum ea, q*uae h*abent, sed ea, quae postea [18] habituri
sunt. §. 6. [19] *E*dicto divi Traiani cav*etur*, ne qui
provincia*li*um *c*um servis fiscalibus contrah*ant*, nisi
adsignante procuratore. quod fa*c*tum dupli damno vel
rel*i*quorum eius solutione pe*n*satur. et ideo qui eu*m*|| —— col. 3
——————— v. 1... 8. [20] ——————— ***** ere [21] cogitur
n*a**********u* ad eum lo*******orum pe*r*venit [22] h[23] ******
*C*aesaris ab a**********ation*e* [24] rerum *******um [25]
itemque con ******** rerum comm ******* hibent*ur* ade
********lari ab his e******* donatum u*******e possu-
mus, nisi ******adem [26] portio ** *Cae*saris fiat. §. 7.
Qui mutuam pecuniam contra interdic*t*um dispensatori
vicariove eius crediderit ||———— v. 1. [27] ———— col. 4.
************ [28] quia quod *cred*idi*t*, non amisit ————
v. 4. [29] ———— § 8. [30] *Qui contra e*dictum divi

---

1) C. *qui e qui* ****** Savinio auctore Göschenius lacunam verbis *se deferre* explevit. sed magis ad litterarum quae in codice vestigia exstant, neque minus ad loci sensum (cf. L. 13. §. 4. 5. D. de iure fisci.) accedit Baumbachius, qui *consequi praemium* (cf. Paull. lib. I. de iure fisci: L. 5. §. 20. D. de his, quae ut indign.) scriptum fuisse censet. 2) Sav. inseri vult *non*. 3) Sav. *voluerit*. Baumb. *noluerit*. Cum sequentis verbi quod superest primae litterae vestigium priores litterae *u* ductus referat, legendum proposuerim *vetuerit*. 4) Cf. L. 2. §. 7. L. 13. pr. §. 10. D. de iure fisci. 5) Litterarum *def* superior pars deest, sed admodum certi sunt qui exstant in codice ductus. 6) C. *derferre debetalialias*. 7) C. *ofungitquodsipererererrorem*. 8) Cf. Gai. II. 206. 207. 286. Ulp. I. 21. XXV. 17. Juvenal IX. 86. seqq. c. Schol. 9) Librarius primum *fiscus* scripsisse videtur. 10) Cf. L. 1. pr. L. 3. pr... §. 4 L. 13. §. 1. 6. 7. L. 49. D. et passim tit. cit. 11) Gösch. *tacitum*. ICtum enim de eo loqui, cui tacitum fideicommissum relictum est. Sed fortasse in cod. fuit *taci*te relictum est. 12) Versus 1... 3. fere omnino sunt abscissi. v. 4.: *tam* ** *son* — v. 5,: ****** *g* (vel *q?*) *u* —. 13) Ita Gösch.; C. *eres* (*e' rei* sive verbi cuiusdam postremae syllabae *eret?*) 14) Gösch. solam vocem *vero* recepit. Fortasse de tribus edictis locus tractavit, de quibus cf. L. 2. §. 3. L. 15. §. 4. L. 42. §. 1. D. tit. cit. 15) Heisii coni. *quadruplum eius rei*. Gösch. dubitat *quadr. poenae* scriptum fuisse. De quadrupli poena vid. L. 45. §. 13. L. 48. §. 9. D. tit. cit. L. 10. L. 16. Th. C. eod. L. 1. Th. C. de his qui cum dispens. contr. *id est* L. 1. C. de his qui ex publ. ration. L. 8. C. de iure fisci.

16) Cf. L. 28. L. 46. §. 3. D. de iure fisci. L. 2. C. in quib. caus. pign. 17) Lacunam voce *generaliter* s. *semper* s. *omnia* expleverim, sed neque haec, neque, quod Hollw. prop., *universa*, satis codicis ductibus, qui sunt: ****euacuaria*, respondent. 18) Cum librarius verba *quae postea* bis scripsisse videatur, legerim *sed ea quoque quae postea*. 19) Cf. L. 46. §. 1. 2. L. 45. D. de iure fisci. 20) C. v. 1: ****** *mai* —. v. 2: ********* *ed* —. v. 3: ***** *usidc* —. v. 4: ****** *s̄a* (contra a) —. v. 5: ****** *saic* —. v. 6: ****** *ōsax* (*fisco* contrax?) —. v. 7: ***** *i*(?)*ucu* —. v. 8: ***** *meoi*. (An *totum eo nomine?*) — 21) Hollw. *restitu*ere. 22) C. *or̄puenit*. 23) Gösch. *hoc*. In Cod. est: *h't* * — Legerim *hereditas* *** 24) C. *ab ad*(?) An *adiudic*atione vel *abalienatione*? 25) Fortasse *fiscal*ium. 26) Locum fortasse in hunc modum restitui posse putat Hollw.: itemque com*munium* rerum commer*cio* pro*hibentur*: adeo *nec stipu*lari ab his, *nec quod fuerit* donatum v*indicare* possumus, nisi ***** *e*adem —. Göschenius totum locum inde a v. 9. ita exhibuit: —— —— cogitur —— - —— - ad eum —— - —— - pe*r*uenit hoc - - - *C*aesaris ab —— - —— —— —— rerum —— —— - itemque —— - —— - rerum —— - - *ad*hibentur ad - - —— —— - ab his —— - - donatum —— —— - possumus nisi - —— —— - portio - *Cae*saris fiat. 27) C. v. 1: ****** *omioenpl* (?) 28) C. v. 2: ** *mnps*(?)*enit'*. 29) Versus quartus vacuus est. 30) Cf. Gai. IV. 117. L. 1. pr. D. de iure fisci. Titt. D. et C. de litigios. Nov. 112. c. 1.

Augus_ti rem_ l_i_tigiosam a ******ente [31] comparavit, prae_terquam quod_ [32] emptio nullius momenti est, poenam quinquaginta sestertiorum fisco repraesentare compellitur. res autem litigiosa videtur, de qua apud suum iudicem ** [33] delata est. sed hoc in provinciali_bus_ fundis prava usurpa_t_ione optinuit.

———— v. 17. [34] ———— §. 9. [35] Absentes fugitivos venumdari aut comparari amplissimus ordo prohibuit, denuntiata _in_ emptorem venditoremque poena sestertiorum quinquaginta, quae hodie fisco vindi_catur_ [36]. ||

* * *

Fol. II. §. 10. [37] excepto castrensi peculio bo_n_a sua _con_-
col. 1. ferre debebu_nt_. §. 11. [38] Caesare a liberto su_o ex asse_ [39] herede instituto _filia adcrescendi_ iure [40] ad semisse_m vo_catur; cum extraneis vero instituto, filia ex _se_misse extraneis [41], non et_iam_ [42] Caesari adcrescit; quodsi plus semisse Caesar accepit, in id, quod plus est, etiam Caesari adcrescit. §. 12. [43] Libertae Caesaris, tam manumissione quam beneficio coniunctionis effect_ae_, si testatae decedant, dimidium, si intestatae, _to_tum fisco vindicatur. sane patris et patroni ignorantis ius non minuitur. §. 13. Ancilla Caesaris, quae V liberos
col. 2. habuerit, in nu|| [44] ———— v. 1... 11. [45] ————
_cum pri_vato contra_h_****** _a fis_co [46] stipul_a_ntur.

§. 14. [47] E_oru_m bonorum, _quae ad_ fisc_um_ pertinere dicu_n_tur, _si_ controversia moveatur, a_nte_ sententiam nec obsign_ari_, n_ec_ describi aut incorporari possunt. idem servat_ur_, cum a sententia _provoca_tio interponitur. §. 15. [47] Pro his bonis, quae fiscus inquietat, manus op_po_nere nemo quidem prohib_etur_ ******** col. 3.
**** ———— v. 2...9. [48] ————
******** §. 16. [49] *** [50] filior_um et nepotum_ [51] suo_rum quam_ [51a] liberto_rum_ ei adesse _proh_ibentur [52]; et si adfu_erint_, _in_famia plectun_tur_. _sa_ne [53] hoc principa_l_i be_neficio_ impetrare non pro_hi_bentur. §. 17. [54] Fisci adv_o_cati, quibus ad _tempus officium_ mandatum est, quia _sal_arium non accip_iunt_, contra fiscum adesse non pro_h_ibentur.

§. 18. [55] Capi_te legis_ censoriae cave_tur_, ut no_n_
_tan_t_um_ cum [56] quid || praestatur, cui_us_ rei omissa pro- col. 4.
fessio intra comiss******** quinquennium [57] locum *** ***** [58] earum rerum _nomi_ne, quae per fraudem _fisco_ [59] ablata_e sunt_ vel professioni subtracta_e_ [60], quad_r_uplum fisco de_p_enditur [61], alias duplum.

§. 19. [62] A de_b_itore [63] fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit. sane ipsum ita emere, ut manumittat aut fideicommissam libertatem praestet [64], non est prohibitum.

§. 20. [65] Ab eo, q_ui_ reus criminis postulatus adversam sententi_am_ meruit, tempore reatus quocum_que_ modo alienata a fisco cum quadruplis fructib_us_ revocantur.

§. 21. [66] Fideiusso_rem_ eius, qui [67] cum dispensatore contraxit, ip [68]

---

31) Sav. dubitari, inquit, potest utrum legendum sit _a possidente_, an _a non possidente_. 32) C. _p̄****m._ Cum Gösch. scripsimus. 33) Heisio suadente Gösch. verbum _quaestio_ recepit. sed magis ad parvam, quae in fine versus est, lacunam explendam vox _cā_ (causa) apta esse videtur.

34) Versus vacuus. 35) Cf. Paull. R. S. I. 6ª. §. 2. L. 19. §. 3. D. comm. div. L. 35. §. 3. D. de contr. empt. Ulp. in Coll. XIV. §. 3. L. 2. D. de lege Fab. L. 6. C. eod. 36) C. _uindi_ Non dubitavimus ex Niebuhrii auctoritate cum Göschenio _vindicatur_ scribere.

37) Cf. L. 4. pr. D. de castr. pec. L. 1. §. 15. D. de collat. L. 21. C. de collationibus. 38) Cf. Gai. II. 124. (epit. II. 3. §. 1.) Ulp. XXII. 17. Paull. R. S. III. 4ᵇ. §. 8. L. Rom. Burg. XLV. (ed. Schult. XLIV.; ed. Barkow. p. 126.) Theoph. II. 13 pr. 39) Sav. auctore Göschenius ita explevit. 40) Codicis v. 5. post decimam litteram, quae est ultima vocis _instituto_, evanidus factus est. Hollwegio suadente lacunam explevi; Gösch. vero ita locum exhibet: „instituto, *_filia_* |iure (_adcrescendi_) ad“, quasi vox _adcrescendi_ a librario omissa fuisset, dum contra in lacuna versus 5. nobis quaerenda videatur. 41) C.: _c' extranei u instituto filiam ex *emissem extranei._ 42) C. _et_. Cum Gösch. scripsi. 43) Ad hanc §. cf. Tac. Ann. XII. 53. Paull. R. S. IV. 10. §. 2. Gai. III. 44. Ulp. XXIX. 3. Paull. R. S. II. 21ª. §. 9. 7. 44) Putaverim: in nu_merum libertarum refertur_, aut simile quid scriptum fuisse. 45) C. versus 1...8. omnino evanuerunt; v. 9: **** _n_ —. v. 10. evanuit. v. 11: **** _ps̄n_ —. 46) Gösch. solam vocem _contra_ in textum recepit. Approbante Hollwegio nos quaedam supplevimus.

47) Ad §§. 14. 15. cf. Paull. R. S. V. 12. §. 6. L. 5. L. 7. C. (L. 5. Th. C.) de iure fisci. 48) Versus 1. et 2. omnino evanuerunt; v. 3: ************* _uan_ ** v. 4: ************* _cuun_ * v. 5: ********* _ioc_ *** _rx_. v. 6. vacuus est. v. 7: ********** _op_ (? o pro) **** v. 8: ******* _ma*/uos_ (quos) _a * x_ (vel _a_). v. 9: ******* _e *ernis*n_. 49) Cf. L. 1. 2. C. de adv. fisci. L. 13. C. de adv. div. iudicior. L. 3. §. 1. L. 5. §. 1. C. de adv. div. iudicum. 50) Litterarum _n_(?)* _m_ vestigia in cod. superesse videntur. 51) Ex Sav. coniectura recepi _et nepotum_; Gösch. non recepit. 51a) Cod. _c_ Gösch. _et_. 52) Totius loci sententiam hanc esse putat Sav.: „_si quis cum fisco controversiam habeat, advocati fisci, exceptis causis_ filiorum _et nepotum_ suorum _et_ libertorum ei adesse prohibentur.“ Quid si a versu 9. ita legamus: „nis_i in causis tam_ filior_um et nep._ suorum, _quam_ libert.? 53) C.: ** _nē_ (?) Inde _sane_ scripsi. 54) Cf. cit. L. 1. C. de adv. fisci. 55) Cf. (Quintil.) declam. 341. L. 2. C. de vectig. L. 16. §. 10. D. de publican. L. 15. LL. nota 15. citt. et L. 15. §. 6. L. 46. §. 1. D. eod. L. 19. Th. C. de bon. proscr. 56) De verbis: _cavetur, ut non tantum cum_ valde dubius sum, eaque impedire putaverim, quominus sequentes hiatus recte expleri possint. codicis v. 24. ita habet: _iu(?)tuiauiumc'_ 57) C.: ***** _ii*a ū.uium._ Quid si priores ductus _triennium aut_ significare diceremus? Cf. L. 1. Th. C. de vect. et comm. 58) An: _locum habet_ (sive _habebat_) _cum_ (s. _at_ s. _nam_?) 59) Ita supplevi, Hollw. prob. 60) C.: _ablatasūprofessionisubtracta._ 61) C.: _defenditur._

62) Locus est Paulli (R. S. lib. V.) L. 45. §. 3. D. de iure fisci. Cf. L. 11. §. 1. D. qui et a quib. man. L. 2. C. de serv. pign. 63) C.: _deuitore_. 64) L. 45. §. 3. cit. habet: _sane ipsum ita ab alio emere mancipium, ut manumittat._

65) Cf. L. 46. §. 6. L. 11. C. de bon. damn. et locc. nota 15. citt.

66) Cf. L. 2. Th. C. de his, qui cum dispensatore contraxerunt. _sive_ L. 2. C. de his, qui ex public. ration. 67) C. _Fideiussor.e' qui._ 68) Ita in medio pronomine desinit fere integra columna folii secundi.

FRAGMENTUM
SEXTI POMPONII *.

Et servitutes dividi non possunt: nam earum usus ita connexus est, ut, qui eum partiatur, naturam eius corrumpat.

---

*) Hoc fragmentum ad Pomponii librum singularem regularum, ex quo eodem nobis praeter L. 17. D. de servitutib. nihil superest, referendum esse optime coniecit v. cl. A. G. Cramer; idem qui illud, in Cuiacii libris (cf. opp. postumor. tom. I. p. 142. cum tom. IV. pag. 1471. ed. Fabrot.) fere — dicam, quamvis pudeat dicere — fere sepultum, denuo in lucem protraxit, in schediasmate, quod reperitur in commentariorum ab Hugone editorum (*Civilist. Magaz.*) tom. VI. pagg. 1... 33. Arnoldus Ferronius, senator Burdigalensis, ex cuius commentariis in consuetudines Burdigalenses locum nostrum Cuiacius transscripserat, eum sumptum esse testatur „*ex libris Pomponii*, ... *ex vetustissimis quibusdam fragmentis carie corrosis, quae nobis dono dedit Iulius Caesar Scaliger*, ... *excepta e bibliotheca Petri Criniti, Florentini*". Cf. Consuetudinum Burdigalensium Commentarii, Arnoldo Ferrono [*sic*] regio Consiliario Burdigalensi autore *etc.* Lugd. ap. S. Gryph. 1536. 4°. p. 72.

FRAGMENTUM
HERENNII MODESTINI [1]

EX LIB. III. [2] REGULARUM TIT. DE BONIS LIBERTORUM ET DE TESTAMENTIS [3].

Cum in testamento dies et consules adiecti non sunt, non nocet, quo minus valeat testamentum.


---

[1]) Primus hoc fragm. edid. P. Pithoeus, cum Moss. et Romm. LL. coll. (Lutet. 1573. 4°. p. 54.) sed ex alio codice ms., qui Petri patris fuerat. Postea tum in Pithoeanis, tum in aliis iuris civilis anteiust. collectionibus saepius est repetitum. cf. Schulting. iurispr. vet. p. 801. Ius civ. Anteiust. Berol. 1815. tom. I. p. 249. [2]) Cum nono regularum libro Modestinum de testamentis egisse constet, Iac. Gothofredus (Manuale, biblioth. iur. cap. 2. §. 6.) pro III. potius IX. scribendum esse censet. [3]) Hanc rubricam habet Pithoeus: *Modestinus regularum lib. III. sub titulo de bonis libertorum et de testamentis.* Alii, e. gr. Ius civ. Berol. l. c., omittunt voces *et de testamentis.*

Tritavus	Patruus maximus.				
Adavus.	Patruus maior.	Patrui maioris filius.			
Abavus.	Patruus magnus.	Patrui magni filius.	Patrui magni nepos		
Proavus.	Patruus.	Patrui filius	Patrui nepos.	Patrui pronepos.	
Avus.	Frater.	Fratris filius.	Fratris nepos.	Fratris pronepos.	Fratris abnepos.

LEGE HEREDITATES		Pater.	QUEMADMODUM REDEANT	
		EGO		
Uxor quae in manu viri est.	CONSANGUINEI	Filius qui ex potestate non exiit.	SUNT INTER SE	Filia quae in potestate est.
Nurus quae in manu filii est.	HI QUOQUE SUNT	Nepos qui ex potestate non exiit.	INTER SE CONSANGUINEI	Neptis quae in potestate est.
Pronurus quae in manu nepotis est.	ITEM CONSANGUINEI	Pronepos qui ex potestate non exiit.	SUNT INTER SE	Proneptis quae in potestate est.
Abnurus quae in manu pronepotis est.	ET HI INTER	Abnepos qui ex potestate non exiit.	SUNT CONSANGUINEI	Abneptis quae in potestate est.
Adnurus quae in manu abnepotis est.	SUNT QUOQUE INTER	Adnepos qui ex potestate non exiit.	SE CONSANGUINEI	Adneptis quae in potestate est.
Trinurus quae in manu adnepotis est.	ITEM II SUNT INTER	Trinepos qui ex potestate non exiit.	SE CONSANGUINEI	Trineptis quae in potestate est.

Iac. cuiacii obss. lib. VI. cap. XL.: De gradibus librum singularem Paulus scripsit, qui totus fere continetur notissima L. *Iurisconsultus* [*L.* 10. *D. de gradibus et affinibus et nominibus eorum*], ut mihi adfirmavit vir fide dignus, in cuius manus liber ille venerat integer. Scripsit et Varro, quem librum citat Servius V. Aeneidos [*vers.* 412.: „*secundum Varronem in libris de gradibus*“]. Mos erat eiusmodi libris subscribere *εἰκονισμοὺς* sive formas, graduum facilius percipiendorum causa, quas disponebant scalarum, ut Paulus ait, locorumve proclivium instar [*cf.* §. 10. *L. cit.*]. Duos ascendendi aut descendendi modos notat, scalas et clivos. In L. 20. §. 1. D. de serv. urb. praed. dixit „gradus et clivos“. In scalarum igitur aut clivorum modum gradus describuntur; et inde ascendentium et descendentium appellatio. Antiquam eorum formam oculis animisque subieci, quam habebat a fronte Codex Theodosianus quidam ab Aemaro Ranconneto V. C. paulo ante, quam optime de rep. meritum spiritum Deo redderet, mihi commodatus. Ea est agnationis tantum, et parentes complectitur ac suos heredes, tam non naturales, veluti matresfamilias, quae in manum convenerunt, quam naturales, et ceteros, qui in transversa linea sunt ex virili sexu, quos omnes agnatorum appellatione comprehendi certissimum est, et eo iure eis omnibus legitimam hereditatem obvenire. In linea inferiori locantur non tantum mares, sed et feminae, non in transversa vel superiori, quia lege hereditas ex transverso vel directo sursum non redit, excepto secundo gradu ex transverso. Id in ea descriptione observandum est maxime, inter superiorem et inferiorem lineam poni eum, de cuius agnatione quaeritur, et hoc praenomine designari *Ego*, quod et aliae tres antiquae graduum cognationis formae habent, quae Deo faciente in lucem edentur alio tempore. [*quod utinam factum esset!*]



* Cod. locum parentum et ipsius, de cuius cognatione queritur, non distinguens habet: Pater mater q etiã dicitur ipẽ et ipã. 1) Cod. habere videtur Tritamanus tritauiana. 2) C. sororius 3) C. patru9 filius 4) C. patrui nepos. i. filii frīs sororis patruelis ami. ãitini filii. 5) C. frīs sobrini patruelis amiti a mitine nepotes. 6) C. fratris sobrini abnepotes. 7) C. neptis 8) C. Mag. au9 patruus. mag. amita. i. atavi 9) C. propius sobrinus 10) C. Abauũcul9 materteř mag. filii. i. propius sobrin9 sobrina. 11) C. Abauũcul9 12) C. filii. 13) C. Abauunculus 14) C. Promatertera 15) C. Proauunculus 16) C. Admater= 17) C. filic. 18) C. ttauia.

'DE GRADIBUS COGNATIONUM'.

Cod. Vict. p. 173. ✝. 3.

[§. 1.] Gradus cognationum appellantur ab eo, quod personae cognatorum aliae proximiore, aliae longiore gradu sunt, et ob id quasi gradatim altera alteram antecedit. [§. 2.] Omnes personae cognatorum aut supra numerantur, aut infra, aut ex transverso sive a latere. supra numerantur parentes: infra liberi: ex transverso sive a latere fratres et sorores liberique eorum; item parentium fratres et sorores liberique eorum. [§. 3.] Primo gradu supra pater et mater. infra filius et filia. [§. 4.] Secundo, supra avus, avia: infra nepos, neptis: ex transverso frater et soror. hinc enim transversus incipit gradus. [§. 5.] Tertio, supra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis: ex transverso fratris et sororis filius et filia; patruus, amita, id est patris frater et soror; avunculus, matertera[3], id est ma||tris frater et soror. [§. 6.] Quarto, supra ab- p. 174. col. 1
avus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex transverso fratris et sororis nepos et neptis; patruus magnus et amita magna, id est avi frater et soror; avunculus[4] magnus, matertera magna, id est aviae frater et soror; consobrinus, consobrina, id est qui quaeve ex fratribus aut sororibus, aut fratre et sorore generantur. sciendum tamen proprie consobrinos appellari eos, qui ex duabus sororibus nati sunt, quasi consororinos; eos autem, qui ex duobus fratribus procreati sunt, fratres[5] patrueles vocari; eos vero, qui ex fratre et sorore nascuntur[6], amitinos dici. hoc gradu sunt enim patrui, amitae, avunculi, materterae filii [§. 7.] Quinto gradu sunt supra atavus, atavia; infra abnepos, abneptis: ex transverso fratris et sororis pronepos, proneptis; propatruus, proamita, id est proavi frater et soror; proavunculus, promatertera, id est proaviae frater et soror[7]; consobrini | filius et filia; item propius sobrinus[8], sobrina, id est patrui magni, amitae magnae, avun- col. 2.
culi magni, materterae magnae filii, filiae. [§. 8.] Sexto gradu sunt supra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex transverso fratris et sororis abnepos, abneptis; abpatruus, abamita, id est abavi frater et soror, . . neptisque[9]; item consobrini nepos neptisque; item propatrui, proamitae, proavunculi, promaterterae filii, filiae; item sobrini, sobrinae, id est qui quaeve ex duobus consobrinis generantur.

---

1) Hoc de gradibus cognationum caput exstat in omnibus fere Mss. codicibus, quibus Notitiam Dignitatum utriusque imperii novimus contineri. dixi autem de his codicibus in libello singulari de Notitia Dignitatum Germanice conscripto. (Bonn. impensis Ad. Marci 1834. 8°.) Nunc ipsum hoc caput una cum sequenti tabula ex cod. MS. Victoriano, num. 99., qui asservatur in bibliotheca regia Monachiensi, damus, ita quidem, ut colores, quibus variis tabula picta in codice est, heraldico modo, quem dicunt, lineis varie ductis atque punctis indicentur. hircorum vero subfuscus et livens est color. Probe equidem scio hoc caput non solum res novas omnino nullas habere, sed saepissime ac multo etiam melius et prolixius easdem tractatas esse; nihilo tamen minus hoc idem caput cum annexa tabula picta magni sane momenti esse ad Iustinianarum Institutionum (cf. pr. . . . §. 6. § 9. I. de gradib. cognation.) crisin, non eam verborum quidem, sed historicam, facile persuasum sibi harum rerum periti iudices habebunt, meminerint modo plerosque fere omnes libellos, quotquot cum illo capite in iisdem codicibus manu scriptis insunt, sub finem quarti saeculi vel certe ante medium quintum putandos esse compositos.

2) COGNATIONVM non habet Cod. Mon., sed recepi ex cod. MS. olim Veneto, nunc in Britannia sepulto, de quo tractat Iac. Morelli bibl. MS. Graeca et Lat. Tom. I Bassani ex typogr. Remondiniana. 1802. 8°. p. 370. sqq.

3) Male Cod. addit *magna*.

4) Cod. male *abavunculus*.

5) Cod. ins. *et*.

6) Cod. *nascantur*

7) Cod. *Ide proavi, et soror | et fr.*

8) Ita Cod. hic et in tabula. — Cf. DD. ad §. 5. I. de grad. cognat. et ad L. 10. §. 16. D. eod.

9) Hoc distincte addit Cod. procul dubio, quamvis sine lacunae indicatione, omissis verbis unius versus *fratris et sororis patruelis, id est amitini amitinaeve nepos*. Sed abavunculum etiam et abmaterteram omittit.

L. VOLUSII MAECIANI
ASSIS DISTRIBUTIO
ET
BALBI MENSORIS
DE ASSE LIBELLUS.

Sicilici . . vox Syra sua origine, et is quid sit satis declarat VOLUSIUS MAECIANUS IURISCONSULTUS in libro singulari et pulcherrimo DE ASSE, qui iuris studiosis prius ediscendus est, quam Institutiones; et meo iudicio sane temere accedunt ad iuris disciplinam, quibus non bene nota est distributio assium.

IAC. CUIACIUS, Comment in L. 21 § 2. D. de annuis legatis (opp. postumor. ed. Fabrot. tom. IV. part. I. col. 1407).

EMENDAVIT

ET

ANNOTATIONE TUM ELIAE VINETI ET IO. FR. GRONOVII TUM SUA IPSIUS TABULISQUE INSTRUXIT

EDUARDUS BÖCKING.

Ad §§. 1. . . 39.

2 unciae = Sextans (=)
3 „ „ Quadrans (=—)
4 „ „ Triens (==)
5 „ „ Quincunx (=—=)
6 „ „ Semis (S)
7 „ „ Septunx (S—)
8 „ „ Bessis s. bes s. des (S=) s. —S—
9 „ „ Dodrans (S=—) s. SZ s. S=l
10 „ „ Dextans (S==)
11 „ „ Deunx (S=—=)

[P. ʃb. L.] As (Libra)	1.															
S Semis [*Selibra*]	2.	1.														
== Triens	3.	1½.	1.													
=— Quadrans	4.	2.	1⅓.	1.												
= Sextans	6.	3.	2.	1½.	1.											
(—\\\\\\) Sescuncia	8.	4.	2⅔.	2.	1⅓.	1.										
— Uncia	12.	6.	4.	3.	2.	½.	1.									
[ℰˢ] Ꮭ Semuncia	24.	12.	8.	6.	4.	3.	2.	1.								
[ɪↄ] \\\\ Binae sextulae [*Duella*]	36.	18.	12.	9.	6.	4½.	3.	1½.	1.							
Ↄ Sicilicus	48.	24.	16.	12.	8.	6.	4.	2.	1⅓.	1.						
[U] \\ Sextula	72.	36.	24.	18.	12.	9.	6.	3.	2.	1½.	1.					
[<] [*Drachma*]	96.	48.	32.	24.	16.	12.	8.	4.	2⅔.	2.	1⅓.	1.]				
[Ψ] ⚹ Dimidia sextula	144.	72.	48.	36.	24.	18.	12.	6.	4.	3.	2.	1½.	1.			
[ꟻ] ⅄ Scriptulum [*Scripulus* s. *scrupulus*.]	288.	144.	96.	72.	48.	36.	24.	12.	8.	6.	4.	3.	2.	1.		
[⋰] Dimidium scriptulum s. simplium [*Obolus*.]	576.	288.	192.	144.	96.	72.	48.	24.	16.	12.	8.	6.	4.	2.	1.	
[N] [*Siliqua*]	1,728.	864.	576.	432.	288.	216.	144.	72.	48.	36.	24.	18.	12.	6.	3.	1.]
[*Lens*]	6,912.	3,456.	2,304.	1,728.	1,152.	864.	576.	288.	192.	144.	96.	72.	48.	24.	12.	4.]

Ad §§. 44. . . 78.

2 Asses = Dupondius s. Dussis.
3. — = Tressis.
4. — = Quartussis.
5. — = Quinques.
6. — = Sexis.
7. — = Septus s. Septussis.
8. — = Octus s. Octussis.
9. — = Nonus s. Nonussis.
10. — = Decus s. Decussis.
11. — = Undeciaes.
12. — = Duodeciaes.
13. — = Tredeciaes.
14. — = Quatuordeciaes.
15. — = Quindeciaes.

Denarius	1.								
Quinarius s. victoriatus	2.	1.							
Sestertius	4.	2.	1.						
As	(10) 16.	(5.) 8.	(2½) 4.	1.					
Libella	40.	20.	10.	4.	1.				
Singula	80.	40.	20.	8.	2.	1.			
Uncia	120.	60.	30.	12.	3.	1½.	1.		
Teruncius	160.	80.	40.	16.	4.	2.	1⅓.	1.	
Semuncia	240.	120.	60.	24.	6.	3.	2.	1½.	1.
Dimidius teruncius	320.	160.	80.	32.	8.	4.	2⅔.	2.	1⅓.

Ad §§. 79. 80.

[*Culeus*	1.]										
Ꮛ¹ Quadrantal s. amphora	20.	1.									
Ꮛˢ (U) Urna	40.	2.	1.								
ꝏ¹ Modius	60.	3.	1½.	1.							
ꝏs Semodius	120.	6.	3.	2.	1.						
[ℰ] Ꮺ Congius	160.	8.	4.	2⅔.	1⅓.	1.					
Ↄ Sextarius	960.	48.	24.	16.	8.	6.	1.				
[Ↄs] Ꮟ Hemina	1,920.	96.	48.	32.	16.	12.	2.	1.			
†ꝏ Quartarius	3,840.	192.	96.	64.	32.	24.	4.	2.	1.		
[*Acetabulum*	7,680.	384.	192.	128.	64.	48.	8.	4.	2.	1.]	
[Kᵘ] TI Cyathus	11,520.	576.	288.	192.	96.	72.	12.	6.	3.	1½.	1.
[*Ligula*	46,080.	2,304.	1,152.	768.	384.	288.	48.	24.	12.	6.	4.]

Praeter Culeum, amphoram congiumque, quibus fluida Romani metiri solebant, reliquae mensurae h. l. enumeratae tam aridis quam fluidis metiendis adhibebantur. — Sextarius tot cyathis, quot as unciis, constabat; inde calix sextans *duorum cyathorum*, calix triens *quattuor cyathorum poculum etc. significat.*

EDITORIS PRAEFATIO.

De Lucio Volusio Maeciano, cum vitam eius delineare huius loci non sit, quamvis post Io. Strauchii, Ioannisque Wunderlichii commentarios aliorumque virorum, qui aut ICtorum vitas peculiaribus operibus celebraverunt, aut obiter easdem in libris de iuris Romani historia conscriptis exposuerunt, σχεδιάσματα is labor sine immodestiae vituperatione suscipi possit, modo diligenter sciteque perficiatur, — de Maeciano, inquam, pauca sunt, quae praemittam. De praenomine dubitare, quamvis exstiterint qui dubitarent, nulla probabilis ratio suadet; Maecianum vero rectius per *aec*, quam per *et* (Metianum) scribi et lapides Graecique testantur, et ab aliis satis est superque demonstratum. Iam si Volusium nostrum Maecianum inter iuris peritos, quibus Antoninus Pius usus est, fuisse dixero; tum si rettulero lectorem ad Ulpiani L. 17. D. de iure patronatus, quae divorum fratrum nobis servavit rescriptum, in quo idem Volusius ab imperatoribus honorificentissimis laudibus cohonestatur; deinde si Marcum Philosophum in iure Maeciani discipulum et semetipsum profiteri et a Capitolino vocari monuero; si denique ex eadem eiusdem Capitolini vita M. Antonini Philosophi (c. 25.) atque ex Vulcatii Gallicani vita Avidii Cassii (c. 7.) attulero Maecianum, cum ei Alexandria commissa esset (tamquam praefecto Augustali, si Rittero fidem habes), consentientem spe participatus Avidio Cassio, ab exercitu interemptum esse, Calpurnio Pisone et M. Salvio Iuliano coss. (a. u. c. 928. p. Chr. n. 175.): satis ad rem nostram de Iurisconsulti vita rettulisse mihi videor. Verum enimvero hoc indicare liceat, ex omnibus, quos de scriptore consului, me repperisse, qui ipsius in discipulum suum, M. Antoninum Imp., perfidiam increparet, neminem. Sed hoc ὡς ἐν παρόδῳ. De libris Maeciani qui quos scripserit scire volunt, indicem ii Florentinum, qui iam digestorum libris praeponi solet, eosque adeant, qui ad hunc indicem commentarios elaboraverunt. quae ex Maeciani scriptis in digestis reperiuntur, ea in Hommelii palingenesia, quam iusto maiore nomine vocavit auctor, (Lips. 1767. 8°.) pagg. 353... 360. repetita sunt.. Sed iam ad libellum de assis distributione convertamur, quem quidem Schultingianae collectioni deesse, merito v. cel. Hugo (Ind. edd. p. 197.) notat, et tamen item idem liber Berolinensi iuris anteiust. συντάγματι deest. Etiam Vinetum, Burdigalensem, probe scio dubitavisse*) „hunc libellum quomodo suus auctor inscripserit, cuius titulum in antiquis codicibus" se non repperisse profitetur. Sed qui primus libellum edidit, Io. Sichardus, inscriptionem a codice, quem secutus est, afuisse non solum, si bene memini, nusquam monuit; sed ipse quidem in epistola ad Ferdinandum, Hungariae, Bohemiae etc. regem, dedicatoria in hunc modum locutus est: „*Haec quoque fuit causa, cur L. Volusium Me-„tianum de Asse, cuius passim in Pandectis responsa visuntur, et quo Hadrianus* [vult autem Sichardus *Antoninum Pium*, quem *Titum* quoque *Aelium Hadrianum* nominatum fuisse constat.] *multum fertur in consiliis „usus, et quem M. Antoninum Philosophum Iulius Capitolinus sollicite audisse scribat, e bibliotheca Lauris-„sensi: Et Iulium Frontinum . . . . cum Aggeno Urbico adnexuerimus . . . . . . Hos tibi, . . magna a me „sumptuum et uigiliarum impensa erutos, deinde excusos, nominatim inscripsimus, maximos et elegantissimos „autores* et c." Idem vero Sichardus libellum nostrum ita inscriptum edidit: VOLUSII METIANI | DISTRIBUTIO, ITEM VOCABULA AC NOTAE | PARTIUM IN REBUS PECUNIARIIS, | PONDERE, NUMERO, MENSURA. Quid igitur? iam aut ipsum Sichardum libelli inscriptionem ab eo confictam pro genuina nobis venditasse, aut eamdem in eo codice, quem exscripsit editor, exstitisse dicamus necesse erit. Illud quidem ut credam ab animo meo impetrare nequeo: quamvis haud nesciam Sichardum, ceterum bonum virum et de litteris nostris bene meritum, interdum parum accuratum diligentemque fuisse; neque ipsum Maecianum in fronte libelli sui illam inscriptionem (quae, ut nunc se habet, ex ipsius libelli principio extremisque paragraphis facile a librario quodam vetere conscribi potuit) posuisse contenderim. Fuerunt tamen qui post Alciatum dubitarent an libellus, quem exhibeo, Volusium Maecianum auctorem non haberet; sed ii omnes, quotquot eorum sunt, nullam probabilem attulerunt rationem, et vix quidem eam, quae videatur ex Vineti annotatione, si quis perfunctorie tantum eamdem legat, oriri posse (Cf. not. *). nam qui dicunt „*scribendi genus in hoc libello adhibitum, valde abhorrens ab ele-*

*) Sed Vinetus minime dubitavit Volusium Maecianum libelli auctorem habere; dubitavit solum de inscriptione libelli, utrum ea „*Distributio* etc." fuerit nec ne; quod testantur ipsius Vineti verba (praemon. de auctorib.) „*Volusium Metianum auctorem libri de asse, nescio an aliquem ex iuris professoribus fuisse „coniicias*" &c.

„gantia Macciani ICti“ dubitationem iustam movere **), videant ii, ne merito derideantur. equidem ego quid ineptius dici queat, quam eleganti scribendi genere utendum esse ei, qui de arithmetices, ut ita loquar, elementis breviter tractare vult, mehercle! in promptu non habeo; neque Rhemnii Fannii equidem de ponderibus et mensuris versus, vel siquis alius eosdem fabricaverit, revera carmen esse dixerim. Ne nimius fiam, hoc solum profiteri liceat, mihi nullam usque de hac L. Volusii Macciani distributione assis suspicionem superesse, donec pro vanis ineptisque argumentorum speciebus firmiores atque probabiliores rationes attulerint, quae, nisi Macciani, cuiusnam tandem alius auctoris esse libellus debeat commonstrent. Ad exornandam, quam exhibeo, libelli editionem, cum manu scripti codicis ullius copiam nancisci nequiverim, omnes, quas exstare scio, editiones adhibui; sed eo exemplo, quod Elias Vinetus (ad calcem Hotomani de re numaria operis. Parisiis, 1565. 8°.) publicavit, nisi prout in libro, quod tertio loco inter editiones indicavi, et in Graeviani Thes. antiqq. Romm. tom. XI. repetitum est, usus non sum. Sunt autem editiones hae:

1) Io. Sichardi, Codicis Theodosiani libri XVI. etc. Excudebat Basileae Henricus Petrus, etc. M. D. XXVIII. fol. Cf. *fol.* 168. (operarum vitio scriptum est 68.) *rect.* . . . *fol.* 169. *vers.* (Vid Hugon. ind. editt. ad calcem Pauli sent. rec. Berolini, 1795. 8°. N. 3. p. 129. sqq.)

2) Iac. Cuiacii, Cod. Theod. libb. XVI. etc. Lugduni, apud Gulielm. Rouillium, etc. M. D. LXVI. fol. Cf. *pagg.* 689... 693. (Vid. Hugo l. c. N. 17. p. 146. sqq.)

3) Fr. Hotomani I.C. de re numaria populi Romani liber. Eiusdem disputatio de aureo Iustinianico. His accesserunt Volusius Maetianus, Iurisc., Rhemnius Fannius, Priscianus Caesariensis, De asse, ponderibus et mensuris. Item, Ioachimus Camerarius De numismatis, seu moneta Graecorum et Romanorum. Apud Guillielmum Leimarium. M. D. LXXXV. 8°. — Macciani libellus paginis 436. . . 446. continetur. Eliae Vineti annotationes in Priscianum, in carmen de ponderibus et mensuris, et in Volusium Metianum paginas 471. . . 488. implent, sed posteriores ne dimidiam quidem paginam. Camerarii de numismatis libellus, quem totius libri inscriptio promittit, in exemplo, quo utor, non inest; sed ad calcem post indicem legitur Gul. Budaei Breviarium de asse et Guil. Philandri Castilionensis epitome de ponderibus et mensuris Romanorum, qui duo libelli paginas explent undecim. — Balbi Mensoris opusculum ab hac editione Hotomaniani libri abest.

4) Cod. Theod. libri XVI. etc. Parisiis ap. Seb. Niuellium M. D. LXXXVI. fol. Cf. *fol.* 13. *vers.* . . *fol.* 14. *vers.* Medius est Volusius Maccianus inter Gaii epit. et Pauli rec. sent., ad calcem voluminis cum aliis ad ius anteinstin. pertinentibus rebus reiectus (Cf. Hugo l. c. N. 34. p. 162. sqq.). Satis constat, quod ad rem nostram attinet, nihil fere ab hac Cuiaciana differre eas, quae Genevae 1586. et Lugduni 1593. 4°. prodierunt, (Cf. Hugo l. c. N. 35. p. 169. sqq. N. 38. p. 172. et Schulting. praefat. ad iurispr. vet.) quarum neutram ad manus habui. Sed editionem, quae Paris. ap. viduam Sebast. Nivellii. M. DCVII. prodiit, habui, quae tamen, si exceperis folia primum, tertium, decimum, per omnia et minutissima eadem est, ac superior, quae anno 1586. prodierat (Adeatur Hugo l. c. N. 45. p. 178.); utramque igitur in Macciano nihil fere a Cuiaciana, quae anno 1566. prodiit, differre annotatio mea probabit.

5) Gronovianae editiones duae aut, si mavis, tres:

a) Io. Fred. Gronovii de sestertiis libri IV. Accesserunt L. Volusius Maccianus IC. et Balbus Mensor de asse etc. Amstelaedami. ap. . . Elzevirios, cIↄ Iↄc LVI. 8°. min. *Pagg.* 871. . . 882· Maccianus implet; ad quem annotationem Gronovianam haec editio nullam habet. Balbus *in pagg.* 883. . . 886. et *in duabus sequentibus* notae ad Balbum leguntur. (Primo de sestertiis commentarii exemplo, quod Daventriae 1643. 8°. min. prodiit, neque Maccianus, neque Balbus inest.)

b) Id. liber (quibusdam additamentis et annotatione ad Maccianum auctus). Lugd. Bat. ex off. Io. du Vivié, 1691. 4°. *Pagg.* 395. . . 400. *med.* Maccianum, Balbum vero *pagg.* 400... 402., subiectis in inferiore paginarum parte commentariis, continent. Hoc quidem exemplum, sed parum accurate repetitum est in

c) Thesauri antiqq. Romm. congesti a G. G. Graevio, tom. XI. (Trai. ad Rh. et Lugd. Bat. 1699. fol. max.) *Coll.* 1705... 1710. Maccianum, cum Gronovii et quattuor Vineti notulis, sed iisdem maximam partem perperam positis, *coll.* 1711. . . 1714. Balbum cum Gronovii annotatione exhibent. Operas typothetarum, inerudita mancipia, hanc editionem curavisse fere dixeris: in col. 1709. verba *quae est octogesima sestertii, et dimidio teruncio* omnino delenda sunt. —

Iam superest, ut paucis, quid hac editione praestiterim, lectorem moneam: ex enumeratis exemplis optimam quamque, quae mihi visa est, scripturam elegi; variationes annotavi; si quid ipse, quod aliquotiens a me factum est, in textu mutavi, Italicis sive cursivis litteris subiectaque annotatione religiose indicavi; ut distinctius quid quaque paragrapho contineatur emicaret, litteris capitalibus, quas vocant, nomina scripsi; omnem enim libellum capitum paragraphorumque numeris, quos uncis angulatis inclusos videbis, ut ad usum

**) Quod minus iusta ex causa Stockmannus, ad Bachii hist. iurispr. ed. 6. p. 484. not. *y*, Hoffmannum Wunderlichiumque dixisse annotavit.

scholarum accommodaretur, distinxeram. Vineti Gronoviique annotationem, quamvis neque ita magni usus, neque tamen magnae molis, utramque recepi.

Balbi Mensoris, quamvis non ICti, veteris tamen a ICtis non longe alieni scriptoris, quod adieci libellum de asse minutisque eius portiunculis, id certe nullam desiderat excusationem, cum idem ac Maeciani distributio argumentum habeat. De Balbo insignis est locus agrimensoris illius, qui inter alia Iulii quoque Frontini de coloniis opus excerpsit, ut iam sub ipsius Frontini nomine quae nobis superest de coloniis sylloge circumferatur. is autem locus ap. Goes. rei agr. auctorr. p. 109., itemque p. 142. 143. ita habet: „. . *mensurae limi-„tum et terminorum . . . Balbi mensoris, qui temporibus Augusti omnium provinciarum et civitatum formas „et mensuras compertas* (s. *provinciarum formas et civitatum mensuras comparatas*) *in commentarios contulit* [ad conficiendum itinerarium, ut summi Niebuhrii opinio fert], *et legem agrariam per universitatem* (s. *per di-„versitates*) *provinciarum distinxit ac declaravit*". Et ap. eumd. Goes. legitur p. 148. „*Iubente Augusto „Caesare, Balbo mensore, qui omnium provinciarum mensuras distinxit ac declaravit per testimonia, quae „suprascripta et fines locorum terminantur*". ***) — Libellum ipsum eodem, quo Maeciani, modo tractavi; sed cum neque Fabii Calvi, qui, teste Io. Fr. Gronovio, Balbum Hippocratis opusculis ****) adiecit, neque Vineti (quod ad calcem Hotom. de re num. libri ex principe editione positum est) exempla comparare mihi potuerim, Gronovianis tantum exemplaribus, de quibus superius (N. 5.) dixi, uti licuit.

***) Quae in Epit. bibl. Conr. Gesneri (Tigur. 1555. fol. p. 25.) traduntur, cautissime accipienda sunt: „*Balbus scripsit ad Celsum de agrimensoria, ratiocinatoriaque de asse, minutisque eius partibus, quae a Calvo Hippocratis interprete citantur. Item de nominibus mensurarum lib. cuius meminit Volaterranus .* Idem scripsit de Coloniis Latinis librum, quem se emendaturum et in publicum editurum Alciatus promisit.*"

****) Romae 1526. fol. ea prodiisse recentiores quidam bibliographi asserunt; sed maiorem fidem habendam esse censeo Albr. ab Haller, qui (Biblioth. med. pract. tom. I. 1776. 4°. p. 92.) Romae 1525. fol. et ibid. 1527. 12°. in lucem eadem emissa esse testatur.

Scribebam Bonnae, a. d. IV. Kal. Mart.
anni cIↃIↃcccxxxI.

L. VOLUSII MAECIANI
ASSIS DISTRIBUTIO
ITEM
VOCABULA AC NOTAE PARTIUM IN REBUS PECUNIARIIS PONDERE NUMERO MENSURA [1].

Saepenumero, Censor, animadverti aegre ferentem te, quod ASSIS DISTRIBUTIONEM, et in heredum institutione et in aliis multis necessariam, ignotam haberes. quae ne tam exigua res ingenium tuum ullo modo moraretur, cum partes ipsas, tum vocabula et notas proponendas existimavi. et deprehendes distributionem quidem partium infinitam, oppido autem quam exigua vocabula ac notas.

[I. §. 1.] Prima divisio solidi, id est librae, quod AS vocatur, in duas partes dimidias deducitur; pars dimidia SEMIS vocatur; nota eius S. [§. 2.] Sequens divisio fit in tres tertias partes; pars tertia TRIENS vocatur; nota eius ⚌ ⚌ . [§. 3.] Sequitur divisio in quatuor quartas partes; pars quarta QUADRANS vocatur; nota eius ⚌— . [§. 4.] Deinceps fit divisio in sex sextas partes; sextae partis nomen est SEXTANS, cuius nota est ⚌ [2]. [§. 5.] Deinde dividitur in octo octavas, quae SESCUNCIAE vocantur, quarum est nota — £ [3]. [§. 6.] Item in novem nonas; nona pars vocatur UNCIA DUAE SEXTULAE [4]; nota —[illegible] [5]. [§. 7.] Dividitur item as in duodecim partes duodecimas; vocantur singulae UNCIA, cuius [6] nota —.

[§. 8.] Haec velut elementa primae de asse distributionis aequalitatem servant. siquid quibusdam earum detrahas vel conferas, fient dispares. [§. 9.] quare si quadranti sextantem, vel trienti unciam applices, facies QUINCUNCEM, qui constat ex quinque unciis, hoc est quinque duodecimis; nota quincuncis ⚌—⚌ [7]. [§. 10.] Si semissi applices unciam, vel quincunci sextantem, vel trienti quadrantem, efficies SEPTUNCEM, hoc est septem duodecimas; nota septuncis S_ [8]. [§. 11.] Si septunci applicueris unciam, vel semissi sextantem, vel quincunci quadrantem, vel trienti tantundem [9], facies BESSEM, id est duodecimas octo: nota bessis —S— [10]. [§. 12.] Si bessi applicueris unciam, vel septunci sextantem, vel semissi quadrantem, vel quincunci trientem, DODRANTEM efficies, hoc est novem duodecimas; nota dodrantis SZ [11]. [§. 13.] Si dodranti applicueris unciam, vel bessi sextantem, vel septunci quadrantem, vel semissi trientem, vel quincunci tantundem [12], facies DEXTANTEM, hoc est decem partes duodecimas; nota dextantis S⚌⚌. [§. 14.] Si dextanti applicueris unciam, vel dodranti sextantem, vel bessi quadrantem, vel septunci trientem, vel semissi quincuncem, facies DEUNCEM, hoc est undecim duodecimas; nota deuncis S⚌—⚌ [13].

[§. 15.] Ex his apparet in quas partes aequaliter, in quas dispares as dividatur. quo tamen facilius et memoria res teneatur, summa divisionis haec est: in ASSE sunt unciae decem duae, hoc est partes duodecimae duodecim, unciae et binae sextulae [14] novem, hoc est novem nonae [15]; sescunciae octo, id est octo octavae; sextantes sex, id est sex partes sextae; quadrantes quatuor, id est quatuor partes quartae; trientes tres, id est tres partes tertiae; semisses duo, id est duae partes dimidiae. [§. 16.] Ceterae partes inaequalem faciunt divisionem: in DEUNCE sunt unciae undecim, sextantes quinque et uncia, quadrantes tres et sextans, trientes duo et quadrans, quincunces duo et uncia; semis et quincunx, septunx [16] et triens, bes et quadrans, dodrans et sextans, dextans et uncia; deest assi uncia: [§. 17.] in DEXTANTE sunt unciae decem, sextantes quinque, quadrantes tres et uncia, trientes duo et sextans, quincunces duo, semis et triens, septunx et quadrans, bes et sextans, dodrans et uncia; deest assi sextans: [§. 18.] in DODRANTE sunt unciae novem, sextantes quatuor et uncia, quadrantes tres, trientes duo et uncia, quincunx et triens, semis et quadrans, septunx et sextans, bes et uncia; deest assi quadrans: [§. 19.] in BESSE sunt unciae octo, sextantes quatuor, quadrantes duo et sextans, trientes duo, quincunx et quadrans, semis et sextans, septunx et uncia; deest assi triens: [§. 20.] in SEPTUNCE sunt unciae septem, sextantes tres et uncia, quadrantes duo et uncia, triens et quadrans, quincunx et sextans, semis et uncia; deest assi quincunx: [§. 21.] in SEMISSE sunt unciae sex, sextantes tres, quadrantes duo, triens et sextans, quincunx et uncia; deest assi alter semis: [§. 22.] in QUINCUNCE sunt unciae quinque, sextantes duo et uncia, quadrans et sextans, triens et uncia; deest assi septunx: [§. 23.] in TRIENTE sunt unciae quatuor, sextantes duo, quadrans et uncia; deest assi bes: [§. 24.] in QUADRANTE sunt unciae tres, sextans et uncia; deest assi dodrans: [§. 25.] in SEXTANTE sunt unciae duae; deest assi dextans.

---

1) Eamdem inscriptionem omnes edd. habent, nisi quod om. ASSIS, et auctoris nomen a Sich. et Cui. *Volusii Metiani*, a Vineto *Volusii Metiani Iurisconsulti* et a Gron. *Volusii Macciani Iurisconsulti* scribitur. Vinetus annotat: *Hunc libellum quomodo suus auctor inscripserit, dubito: cuius titulum in antiquis codicibus non reperi.* Cf. praef. m. pag. 4.

2) Male in Gronovianis edd. omnibus pro nota ⚌ est simplex lineola —, unciae nota. 3) Sich. £[illegible] Edd. Cuiacianae notam £I habent; Vinet. £\. Gronov. ita scripserat *nota est* £I (-£.) inde operae effinxerunt £I. C—£.Ɔ; in vet. cod. esse [illegible] admonet Gronovius. 4) Vin. et Cui: *uncia duae sestulae.* Cf. infra §. 15. 5) Sich. Vin et Cui. hanc notam —⚌ habent. 6) Sich.: *unciae, cui.*

7) Ita recte cum Vin. Cuiacianae; Sich. habet ⚌⚌, et Gron. in vet. cod. esse ⚌⚌I. annotat; in edd. eius est ⚌—⚌ C ⚌⚌ I. Ɔ. sed repone ⚌—⚌ (⚌⚌I.) 8) Sich. habet Y; Vin. et Cui. 8; Gron. in vet. cod. esse S÷ monuit. 9) i. e. trientem. 10) Edd. Gron. notam bessis hanc S⚌C_S_.Ɔ habent; cum in Gronovii scriptura fuisse S⚌(_S_) appareat. 11) Edd. Gron.: SZ. CS⚌— aut S⚌I.Ɔ. sed ipse Gron. certo scripserat SZ (S⚌— aut S⚌I.). 12) i. e. quincuncem. 13) Sich. S⚌⚌; Gron. *in vet. cod.*, inquit, *est* S⚌⚌I.; in eius edd. ita est S⚌—⚌CS⚌⚌I.Ɔ. sed ita eum scripsisse dico S⚌—⚌ (S⚌⚌I.) Cf. not. 6. 9. et 10.

14) Sich.: *pars duodecimae, duodecim unciae, et binae sextulae.* 15) Sich.: *nouae.* 16) Sich. perperam *sextans.*

[II. §. 26.] Huc usque divisio maiorum, ut ita dictum sit, partium et celebris et nota est. sed cum *rei* natura [17] infinitam partiendi praestet facultatem, succedit UNCIAE quoque, quae est assis, ut supra dictum est, pars duodecima, DIVISIO, non tam celebris quidem, sed tamen non adeo ignota. [§. 27.] Ut assis, ita [18] UNCIAE prima divisio fit in duas partes dimidias, quae vocantur SEMUNCIAE; nota semunciae Ꙅ. [19]. [§. 28.] item dividitur uncia in tres partes, quae vocantur BINAE SEXTULAE; nota binarum sextularum \\ [20]. [§. 29.] item dividitur uncia in quatuor SICILICOS, id est quatuor quartas; nota sicilici Ɔ [20a]; [§. 30.] item in SEXTULAS sex, id est sex sextas; nota sextulae \ [21]. [§. 31.] item in duodecimas duodecim, quas singulas partes DIMIDIAS SEXTULAS vocamus; nota dimidiae sextulae ⋠ [22]. [§. 32.] item in SCRIPTULA [23] viginti quatuor; scriptuli nota ⋠ [24]. [§. 33.] Est autem assis SEMUNCIA pars vicesima [et] [25] quarta, DUAE SEXTULAE pars tricesima sexta, SICILICUS quadragesima octava, SEXTULA septuagesima secunda, DIMIDIA SEXTULA centesima quadragesima [26] quarta, SCRIPTULUM ducentesima octogesima octava. [§. 34.] SEMUNCIA habet sicilicos duos, sextulas tres, dimidias sextulas sex, scriptula duodecim. [§. 35.] DUAE SEXTULAE habent sicilicum et dimidiam sextulam, sextulas duas, dimidias sextulas quatuor, scriptula octo. [§. 36.] SICILICUS habet sextulam et dimidiam, dimidias sextulas tres, scriptula sex. [§. 37.] SEXTULA habet dimidias sextulas duas, scriptula quatuor. [§. 38.] DIMIDIA SEXTULA habet scriptula duo.

[§. 39.] Has quoque partes in quantumlibet dividere possis; verum infra eas neque notas, neque propria vocabula invenies. praeterea dimidium scriptulum audio quosdam ratiocinatores SIMPLIUM vocare, quod erit totius assis quingentesima septuagesima sexta, quam et ipsam partem infinito separare possis. [§. 40.] Nec mirum, si infra has partes partitio facta et nominibus et notis caret, cum etiam inter partes [27] superiores [27a] primasque divisiones pleraeque partes et nominibus et notis careant: statim namque undecim undecimae assem efficiunt, nec aut nomen proprium aut notam habent; perinde decem decimae. nam nona assis facit UNCIAM DUAS SEXTULAS; octava, ut supra redditum est, SESCUNCIA vocatur; septem [28] septimae, quae et ipsae assem implent, nec nomen proprium, nec notam habent; sextae SEXTANTES vocantur; ne quintae quidem aut nomen proprium aut notam habent; iam vero tertias TRIENTES, quartas QUADRANTES, sicut duodecimas UNCIAS vocari ostensum est. [§. 41.] infra has ceterae usque ad [29] sextam decimam nomine proprio notaque carent; sed sextadecima SEMUNCIA SICILICUS dicetur [30], nam sedecim semunciae octo sunt unciae, sedecim sicilici quatuor unciae fiunt, iunctae unciis octo assem implent: septimadecima deinde interiecta nomine notaque caret: octavadecima vocabitur SEMUNCIA SEXTULA, nam hae decies octies ductae assem efficient: [§. 42.] post has inferiores partes, excepta semuncia, duabus sextulis, sicilico, sextula, dimidia sextula, scriptulo, neque vocabula propria, neque notas habent. [§. 43.] Centesima, quae commodi aut [31] usurarum nomine [32] ad sortem applicaretur, sicilico, id est C averso, eo notari, quod cum C centum significaret, convertebatur ad eam summam, cuius centesima futura erat, et sive una convenerat, unus sicilicus, sive plures, tot sicilici ponebantur.

[III. §. 44.] Sicut autem assis appellatio ad rerum solidarum [33] hereditatisque totius, divisio autem eius ad partium demonstrationem pertinet, ita et ad pecuniam numeratam refertur, quae olim in aere erat, postea et in argento feriri coepit, ita ut omnis nummus argenteus ex numero aeris potestatem haberet. [§. 45.] eo in numero sunt hi argentei nummi: DENARIUS, cuius est nota ✕ [34], QUINARIUS, cuius est [35] nota V, SESTERTIUS, cuius nota est HS [36]; VICTORIATUS enim nunc tantumdem valet, quantum quinarius olim, ac [37] peregrinus nummus loco mercis, ut nunc tetradrachmum et drachma, habebatur. [§. 46.] DENARIUS primo asses decem valebat, unde et nomen traxit; QUINARIUS dimidium eius, id est quinque asses, unde et ipse vocatur; SESTERTIUS duos asses et semissem, quasi semis tertius [38], Graeca figura ἕβδομον ἡμιτάλαντον, nam sex talenta et semitalentum eo verbo significantur: lex etiam duodecim tabularum argumento est, in qua duo pedes et semis SESTERTIUS PES vocatur. [§. 47.] nunc denarius sedecim, victoriatus et quinarius octo, sestertius quatuor asses valet.

[§. 48.] Infra quam divisionem sequitur alia quaedam subdivisio, notas aeque ac propria vocabula habens: quare si ad denarium [39] rationem conficias, ASSEM hac nota scribas ✕ꙄƆ [40] ac voces SEMUNCIA SICILICUS; semunciae enim sedecim et sicilici sedecim assem efficiunt. [§ 49.] DUPONDIUM [41] hac nota scribas ✕__Ꙅ et voces SESCUNCIA [42];

---

17) Edd.: *cum* vel *quam in se natura.* Gronov. annotat: *sed cum se i naturam. Sed cum rei natura.* 18) Male Sich.: *ignota ut assis. Ita.* 19) Sich. et Cui.: ꙄƆ. Vinet. ꙅɔ. 20) Sich. et Vin.: \Ɔ; Cui.: |Ɔ; Gron. in subiecta annotatione: in v. c. W. 20a) Vinet. ⊐. 21) Vinet. X. Cui: *I.* Gron.: l. 22) Sich. Vin. et Cui.: +. 23) Sic *t* habuit nomen hoc in Metiani tam novis, quam vetustis exemplaribus: sicut veteres primum dixisse supra [*i. e. in annotatione ad Rhemnii Fannii carmen*] docuimus. *Vinet.* 24) Sich.: ꟻꟻ. Cui. et Vin.: ꟻꟻ. 25) Cf. p. 32. not. 11. ad Balbum. 26) Inepte Sich. *tricesima.* 27) Sich. om. *partes.* 27a) Vinet. ed. 1585. om. *superiores.* 28) Sich.: *unciam, duas sextulas octaua, ut supra redditum est. Sescuncia uocatur septem.* 29) Sich. Vin. et Cui. om. *ad.* 30) Edd. Gron. *vocatur.* 31) Sich. Vin. et Cui.: *centesimaque commodia, ut.* Vinetus annotat: „sic fuit in utriusque generis exemplaribus, quicquid sit nominis hoc *commodia*, sive a *modio* deductum, sive aliunde". 32) In v. c. *nummi.* Gronov.

33) Sich.: *solidiorum.* 34) Sich: ✶✶. Vin. ✶. Cui. ed. 1566. ✕. 35) Cui. ed. 1588. et 1607. om. *est.* 36) Vin. ꜪꜪS. Gron.: HS. 37) Sich. Vin. et Cui.: *olim. At.* 38) Varro de l. l. IV. (V. ed. Spengel.) c. 36. *Sestertius quod semis tertius: dupondius enim et semis antiquus sestertius . . . . Ab semis tertius sestertius dictus.*

39) Sich. et Cui.: *denariam.* Vinet. *denariariam*, quod probat Hotoman. de re num. p. 303. ed. m. 40) Sich. Vin. et Cui. ✕≈ notam habent post verba *semuncia sicilicus.* Cf. supra §. 27. §. 29. Hotoman. l. c. *has notas* legendum esse putat. 41) Sich.: *Dipondium.* 42) Sich. Vin. et Cui. notam ✕≈ iterum habent post *voces sescuncia.*

nam sedecim sescunciae dupondium [41] efficiunt [43]. [§. 50.] TRESSIS hac nota scribas ✕=Ↄ ac voces SEXTANS SICILICUS [44]; aeque enim sedecim sextantes totidemque sicilici tres asses efficiunt. [§. 51.] QUATRUSSIS [45] hac nota scribas ✕=— [46] vocesque QUADRANS; sedecim enim quadrantes quatrussis [45] efficiunt. [§. 52.] QUINQUES hac nota scribas ✕=—ΣↃ vocesque QUADRANS SEMUNCIA SICILICUS [47]; nam sedecim quadrantes ac totidem semunciae siciliciquc faciunt quinques. [§. 53.] SEXIS hac nota scribas ✕==Σ nominesque TRIENS SEMUNCIA [48]; aeque enim trientes et semunciae sedecies ducti sexis efficiunt. [§. 54.] SEPTUS hac nota scribas ✕=—=Ↄ ac nomines QUINCUNX SICILICUS [49]; simili enim modo [50] quincunces ac sicilici multiplicati septus efficiunt. [§. 55.] OCTUS hac nota scribas ✕S ac nomines SEMIS [51], quibus eodem modo [50] multiplicatis octus reperies [52]. [§. 56.] NONUS hac nota scribas ✕SΣↃ appellesque SEMIS SEMUNCIA SICILICUS [53], *et sedecies* [54] hanc [55] quoque notam, quae vocatur semis semuncia [56] sicilicus, multiplicatum [56a] nonus invenies. [§. 57.] DECUS hac nota scribas ✕S—Σ atque nomines SEPTUNX SEMUNCIA [57]; septuncem quoque ac semunciam totiens si duxeris, decus efficies. [§. 58.] UNDECIAES [58] hac nota scribas ✕S=Ↄ appellesque BESSICILICUS [59]; nam bessicilici totiens ducti undeciaeris [60] efficiunt. [§. 59.] DUODECIAES hac nota scribas ✕S=— ac voces DODRANS [61]; dodrantes eodem modo computati duodeciaes efficiunt. [§. 60.] TREDECIAES hac nota scribas ✕S=—ΣↃ vocesque DODRANS SEMUNCIA SICILICUS [62]; dodrantibus semunciis sicilicis eadem ratione multiplicatis tredecim asses efficies. [§. 61.] QUATUORDECIAES hac nota scribas ✕S==Σ ac voces DEXTANS SEMUNCIA; dextantes semunciaeque sedecim aeque quatuordeciaes efficiunt. [§. 62.] QUINDECIAES hac nota scribas ✕S=—=Ↄ ac [63] appelles DEUNX SICILICUS [64]; deunx quoque ac sicilicus sedecies ducti quindeciaes efficiunt.

[§. 63.] Ingeniosissime autem, cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis aeris nota inventa est, quae sedecies multiplicata id efficeret: namque [65] cum denarii nota praescribatur, eique subiungatur aeris excurrentis [65a] nota, manifestum est eam sedecies ducendam ex adnotatione denarii [66].

[IV. §. 64.] Ad quinarium et victoriatum rationem Romae confici nescio: quemadmodum tamen, si velis, conficias, facilius apparebit, si prius inspexeris ad quem modum sestertiaria ratio conficiatur; tunc enim vel excurrentis aeris *dicetur* exemplum denariariae rationis, et dimidiam duces; vel sestertiariae, et duplicabis [67]. [§. 65.] Ad sestertium ratio si conficiatur, SEMIS hac nota scribitur — T; vocatur LIBELLA TERUNCIUS: est autem LIBELLA sestertii decima pars, TERUNCIUS quadragesima, quae duae partes iunctae octavam sestertii, id est semissem, efficiunt [67a]; nam octo libellis, id est octo decimis, teruncii octo, id est octo quadragesimae (quae fiunt quatuor vicesimae, hoc est duae decimae) adiectae complent sestertium. [§. 66.] sunt enim in sestertio LIBELLAE decem, SINGULAE viginti, TERUNCII quadraginta. [§. 67.] Infra semissem nemo rationem temere [68] sestertiariam ducit. potest tamen: nam quadrans, qui est pars sextadecima sestertii [69], poterit notari SINGULA [70], quae est vicesima sestertii, et DIMIDIO TERUNCIO, qui est octogesima sestertii; nam utra-

---

43) Cf. supra §. 5. 44) Cf. supra §§. 4. 29. 43. Sich.: *scribas ac voces sext. sic.* ⁎ =. Cui. ed. 1566: ✕=; ed. 1588: ✕—. Vinet. X===. 45) Sich. Vin. et Cui.: *Quartussis.* 46) Sich. Vin. et Cui. in fine commatis, ut haec signa ponere solent, habent notam ✕=. sed cf. supra §. 3. 47) Sich. et Cui. ✕=?=. Vinet. X==. Cf. §§. 3. 27. 29. 48. 48) Sich. et Cui.: ⁎===. Vinet. X=====. Cf. §§. 2. 27. 49) Sich. Vin. et Cui. ed. 1566: ✕= =— omissa sicilici nota Cui. ed. 1607. omnino notam confuse expressit. Cf. §§. 9. 29. 43. 50) Id est sedecies. 51) Sich. Vin. et Cui. om. notam; praeterea pro *semis* Vin. et Cui. habent *sonus*. Cf. §. 1. 52) Sich. Vin. et Cui.: *reperias.* 53) Sich. Vin. et Cui. sicilici notam omittunt. Cf. §§. 1. 27. 29. 54) Ita scripsi pro *ut semissem*, quod in omnibus edd. est. 55) Gron. *hac.* 56) Ita cum Gron. scripsi. Sich. Vin. et Cui. habent *semissis uncia.* 56a) Malim *multiplicatam.* 57) Sich. Vin. et Cui. *septuncem semunciam* ✕SΣ. Cf. §§. 10. 27. 58) Vinetus annotat: „Quae in impressis exemplaribus erant *Undeciaes, Duodeciaes, Tredeciaes, Quatuordeciaes, Quindeciaes*, ea in vetusto codice Danielis nostri fuerunt *Undeciaere, Duodeciaere, Tredeciaere, Quatuordeciaere, Quindeciaere.* 59) Hoc quoque loco Sich. Vin. et Cui. om. sicilici notam. Cf. §§. 11. 29. Notam, quam Gron., exhibui. Idem erit ✕—S—Ↄ. Cf. not. 10. 60) Cui. et Gron.: *undecieris.* 61) Sich. Vin. et Cui.: ✕S, quae est semissis nota. Duodeciaeris haec quoque nota est ✕SZ. Cf. §. 12. 62) Sicilici notam om. Sich. Vin. et Cui. Cf. §§. 12. 27. 29. 63) Malim *et* aut *atque.* 64) Vin. et Cui. notam quatuordeciaeris s. dextantis semunciae repetunt. Sich. vero, quasi dormitans, haec dedit: „*Quatuordeciaes hac nota scribas ac voces dextans semuncia* ✕S==Σ *Dextantes semuncia aeque sedecim aeque quatuordecimaes efficiunt.* ⁎S==Σ *Quindeciaes hac nota scribas, ac appelles deunx sicilicus.* deest nota." Cf. ad h. l. §§. 14. 29. 65) Sich.: *Nam.* 65a) Hotom. *incurrentis* scripsisse Maecianum putat. 66) Cf. §. 47. Hotomanus hunc locum explicat, de re num. p. 300. sqq. ed. m.

67) Locum sine emendatione praetermittere nequivi. Si *dicetur* displiceat, ponas *scribetur*, vel *conficietur*. Sich. et Cui. locum ita exhibent: *tunc enim excurrentis aeris, licet exemplum denariariae rationis et dimidiam duces, vel sestertiaria et duplicabis.* Vinetus ex ed. 1585. in hunc modum: *tunc, n. vel excurrentis aeris (licet exemplum denariariae rationis) dimidiā duces, vel sestertiariam duplicabis.* Sed ea vereor, ne ex Hotomani coniectura mutata sint; is enim p. 308. „Ego, ait, sic emendo: *Tunc. n. vel excurrentis aeris (scilicet exemplo denariariae rationis) dimidiam duces: vel sestertiariam duplicabis*". Gron. ita: *tunc enim vel excurrentis aeris licet exemplum denariariae rationis dimidiam duces, vel sestertiariam duplicabis*; ad quem locum haec annotavit: „in v. c. *et dimidiam . . . sestertiaria et dupl.* Haec ita legenda sunt. *denariariae rationis, et dimidiam duces; vel sestertiariae, et duplicabis.* 67a) Hotom. l. c. p. 305. hoc Maeciani dictum numeris Platonis obscurius esse immerito, ut mihi quidem videtur, increpat. deinde, quae sequitur, particulam *nam* importunam hoc loco ac non ferendam vocat, neque enim Maecianum probare proxima sibi proposuisse, neque vero hoc modo potuisse; sed redire ad demonstrandam quinariariam rationem: reponendum ergo esse *iam.* 68) Vinetum et Gron. secutus sum. Sich. et Cui.: *tenere*, quod tueri videtur Plaut. mil. glor. I. 1. v. 47.: *recte rationem tenes.* 69) Cf. §§. 47. 51. 70) In annotat. Gron. habet *sigula.*

que haec pars iuncta effieit sextamdecimam. [§. 68.] AS notari debet =Σ. haec ad sestertium nota vocatur DUAE LIBELLAE SINGULA; fiunt duae decimae et vicesima, hoc est quarta pars sestertii; nam quater binae libellae octo fiunt decimae; quatuor singulae quatuor fiunt vicesimae, hoc est duae decimae, quae superioribus iunctae sestertium complent. [§. 69.] AS SEMIS notari debet =—ΣT [71], vocatur TRES LIBELLAE SINGULA TERUNCIUS, et sunt tres decimae, una vicesima, una quadragesima, hoc est quarta et octava sestertii; supersunt octavae quinque, id est semisses quinque, ut compleant sestertium. [§. 70.] DUPONDIUS [72] hac nota S; vocatur QUINQUE LIBELLAE, quae sunt quinque decimae; hae duplicatae sestertium implent. [§. 71.] DUPONDIUS [72] SEMIS hac nota S—T [73] vocatur SEX LIBELLAE TERUNCIUS; sunt autem sex decimae et quadragesima, id est dimidia et octava totius; supersunt octavae tres, id est semisses tres, ut sestertium compleant. [§. 72.] TRESSIS hac nota S=Σ vocatur SEPTEM LIBELLAE SINGULA; sunt autem pars dimidia et duae decimae et vicesima, hoc est pars dimidia et quarta; desunt duae octavae, id est quarta, quae iuncta impleat sestertium. [§. 73.] TRESSIS [74] SEMIS hac nota S=—ΣT vocatur OCTO LIBELLAE SINGULA TERUNCIUS [75]; sunt pars dimidia et tres decimae et vicesima et quadragesima, hoc est pars dimidia et quarta et octava; superest octava, quae adiecta sestertium compleat.

[§. 74.] LIBELLA dicta creditur quasi pusilla libra: nam cum olim asses librales essent, et denarius decem asses valeret, et decima pars denarii libram, quae eadem as erat, singula selibram, quae eadem semis erat, teruncius quadrantem haberet; sive denariaria sive sestertiaria ratio conficeretur, iisdem notis, id est libellarum et singularum et teruncioram, praeposita nota denarii vel sestertii, ut erat ratio, aera exprimebantur. [§. 75.] posteaquam in sedecim asses denarius distributus est, denariaria ratio expeditius confici coepit, ut supra [76] dictum est; sestertiaria mansit sub iisdem notis, aucta tamen computatione. [§. 76.] haec quoque LIBELLA, exemplo maiorum, in duos velut semisses, qui SINGULAE vocantur, et quatuor velut quadrantes, qui TERUNCII vocantur, dividitur.

[V. §. 77.] Ponderis eadem divisio est [77], quae aeris. nam in quas partes as dividitur, in has et LIBRA [78] dispenditur.

[VI. §. 78.] Ita AS quidem, seu de divisione solidi, seu de pondere, seu de numerata in aere pecunia agatur; LIBRA autem in pondere; NUMMI vero ARGENTEI in pecunia forma publica dumtaxat, nomen accipiunt.

[VII. §. 79.] Mensurarum liquoris atque grani expeditior et forma et appellatio est: nam QUADRANTAL, quod nunc plerique AMPHORAM vocant [79], habet URNAS duas, MODIOS tres, SEMODIOS [80] sex, CONGIOS octo, SEXTARIOS quadraginta octo [81], HEMINAS nonaginta sex, QUARTARIOS centum nonaginta duos, CYATHOS quingentos septuaginta sex. [§. 80.] Notae mensurarum: quadrantalis [82] ϙ¹; ad granum U [83]: Urnae ϙˢ: Heminae ꝺ: Sextarii ad vinum Ↄ [84]: Semodii ꝏˢ: Cyathi TI: Congii ꝺ: Modii ꝏ¹: Quartarii +ꝏ.

[71]) Sich. Vin. et Cui.: =—ΣT. [72]) Sich. *Dipondius*. Dupondius etiam *Dussis* nominatur ap. Priscian. de numm. et pond. [73]) Sich. Vin. et Cui.: S⅂T. [74]) Sich.: *Tres*. [75]) Sich.: *octo libellae singula. Teruncius*. [76]) Cf. §. 63.

[77]) Gronovianae om. *est*. [78]) *Assipondium* Varro de l. l. IV. (ed. Spengel. V.) c. 36. et ap. Priscian. de numm. et pond.

[79]) Fest. v. *Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Graeco ἀμφορέα dicunt* etc. [80]) *Semimodios* apud Nostrum esse minus accurate scripsit Io. Fr. Wurm de pond. numm. etc. rationibus ap. Romm. et Graecos. Stutg. 1820. 8°. p. 117. [81]) Cum hoc loco conferenda sunt plebisciti Silliani commata ap. Fest. v. *publica pondera: „quadrantal vini octoginta pondo siet. congius vini decem pondo siet. sex sextarii congius siet vini. duodequinquaginta sextarii quadrantal siet vini. sextarius aequus* [quae sequuntur apud Festum corrupta sunt, quem ita emendaverunt vv. dd.:] *librae cum besse siet. sexdecimque sextarii in modio sient.*"
[82]) Cui. ed. 1607.: *quadrantal*. quae eadem alio, atque ceterae editiones, quas secuti sumus, ordine (eodem, quo §. 79.) mensurarum notas, easque ipsas paullo aliter depictas, exhibet. [83]) *τὸ ad granum U*. post urnae notam ponendam esse crediderim, ut in fluidorum mensuris urnam per ϙˢ (id est *quadrantalis semissem*), in granorum per *U* (i. e. *urnam*) denotaverint Romani. [84]) Ut sicilicus est assis, ita sextarius quadrantalis quadragesima octava pars est, inde sicilici et sextarii eadem est nota. cf. §. 29. Reliquae notae per ꝏ (i. e. M = *modius*) explanatione non egent praeter +ꝏ. ut quartarius quadrantalis 1/192 est, ita dimidia sextula est 1/192 denarii. cf. §§. 31. et 47.

BALBUS
AD
CELSUM
DE ASSE
MINUTISQUE EIUS PORTIUNCULIS [1].

[§. 1.] Quicquid unum est et quod ex integrorum divisione remanet, ASSEM ratiocinatores vocant. quotquot ergo de integra divisione singulares res unitatesve remanebunt, totidem asses erunt: si unitas una remanebit, unus erit ASSIS ASVE; si duae, duo; si plures, plures erunt asses. sed quia pauciores [2] inter aequales aequaliter dividi non possunt, nisi in minutias, quemadmodum dictum est, secentur, oportet eum, qui docet, ostendere quibus rationibus ab integris deriventur minutiae. [§. 2.] Assis quidem asve in duas partes sectus sex principales generat divisiones, quibuslibet binis partibus toti suo aequatis ex iisdem sui totus constituitur [3]. aut enim assis altera pars est DEUNX, altera UNCIA; aut altera DEXTANS, altera SEXTANS;

[1]) Cf. locum Epitom. biblioth. Conr. Gesneri, quem in praef. not. ***) exhibui. [2]) Gron. annotat: Scribo *pauciora*. [3]) Gron. ita habet: *quibuslibet binis partibus toti suo aequatus, et eiusdem sui totus constitutus.*

aut altera DODRANS, altera QUADRANS; aut altera BESSIS (sic enim potius dicendum est, quam aut BES aut DES, quoniam binas ex tribus assis partes sibi vindicat), altera TRIENS [4]; aut altera SEPTUNX, altera QUINCUNX; aut utraeque partes erunt SEMIS. [§. 3.] Harum omnium partium nullae parem quantitatem habent, praeter duas ultimas, quemadmodum patuit. PRINCIPALES ideo dicuntur hae partes, quoniam unaquaeque illarum et in alias partes dividitur, quae SECUNDARIAE sunt ad totum: omnis enim pars partis, totius pars est. [§. 4.] Quod diximus explanandum est: cuiuslibet integrae rei in duodecim partes divisae semper duodecima pars UNCIA dicitur, *restat* [5] vero DEUNX; et hae sunt partes primae divisionis. [§. 5.] Haec de assis partibus tractamus, nisi [6] eo modo, quo simpliciter sunt partes ut integri totius. species enim illius innumerabiles sunt: nam quotquot sunt integrae unitates, totidem necesse est intelligi assis esse species. [§. 6.] Earum unitatum quaelibet, divisa in aequales partes *sex* [7], sextam habebit SEXTANTEM, reliquas DEXTANTEM. ergo sic potest dividi: pars una assis DEXTANS, altera SEXTANS. [§. 7.] Item cuiuslibet rei integrae, in quatuor partes aequales divisae, quarta pars QUADRANS vocabitur, reliquae DODRANS. [§. 8.] Item cuiuslibet rei in tres partes divisae duae illarum BESSIS nominabitur, reliquae [8] TRIENS. [§. 9.] Rursus cuiusvis rei divisae in tales duas partes, quarum altera alteram septima sui totius parte superat, SEPTUNX nuncupabitur, superata QUINCUNX [9]. [§. 10.] Sexto modo res aliqua integra in duas aequales minutias separatur, quae utraeque SEMIS dicuntur. [§. 11.] Septima divisio his adiungi potest: nam rei integrae in octo partes distributae pars quaelibet ex iis [10] sine aliis considerata SESCUNCIA dici potest, reliquae SEMUNCIDEUNX.

[§. 12.] Licet assis plures sint divisiones, tamen his septem numerarii ratiocinatores magis utuntur, et pars illa, quae est semuncideunx, in frequenti usu non est, unde characterem non habet, quo designetur. [§. 13.] As ergo habet unum DEUNCEM, unum DEXTANTEM, unum DODRANTEM, unum BESSEM, unum SEPTUNCEM, duos SEMISSES, duos QUINCUNCES, tres TRIENTES, quatuor QUADRANTES, sex SEXTANTES, octo SESCUNCIAS, duodecim UNCIAS. [§. 14.] Et uncia ablata de asse remanet DEUNX; sublata uncia de deunce remanet DEXTANS; sublata uncia de dextante remanet DODRANS; sublata uncia de dodrante remanet BESSIS; sublata uncia de besse remanet SEPTUNX; sublata uncia de septunce remanet SEMIS; sublata uncia de semisse remanet QUINCUNX; sublata uncia de quincunce remanet TRIENS; sublata uncia de triente remanet QUADRANS; sublata uncia de quadrante remanet SEXTANS; sublata uncia de sextante remanet UNCIA; sublata semuncia de sextante remanet SESCUNCIA, hoc est uncia et dimidia; sublata semuncia de sescuncia remanet UNCIA.

[§. 15.] Et UNCIA quidem sic dividitur: unciae pars alia SEMUNCIA, alia DUELLA, alia SICILIQUUS, alia SEXTULA, alia DRACHMA, alia HEMISESCLA, alia TREMISSIS, alia SCRIPULUS, SCRUPULUSVE. SEMUNCIA quidem est medietas unciae, DUELLA tertia pars, SICILIQUUS quarta, SEXTULA sexta, DRACHMA octava, HEMISESCLA duodecima, TREMISSIS sextadecima, SCRUPULUS quarta et vigesima. [§. 16.] Quare TREMISSIS continet scrupulum et dimidium, HEMISESCLA duos scrupulos, DRACHMA tres, SEXTULA quatuor, SICILIQUUS sex, DUELLA octo, SEMUNCIA duodecim, UNCIA quatuor et viginti, SESCUNCIA sex et triginta, SEXTANS octo et quadraginta, QUADRANS duos et septuaginta, TRIENS sex et nonaginta, QUINCUNX centum et viginti, SEMIS centum [et [11]] quatuor et quadraginta, SEPTUNX centum [et] octo et sexaginta, BESSIS centum [et] duos et nonaginta, DODRANS ducentos et *sedecim* [12], DEXTANS ducentos et quadraginta, DEUNX ducentos [et] quatuor et sexaginta, AS ducentos [et] octo et octoginta.

---

annotavit autem: „Fortasse: *quibuslibet binis partibus toti suo aequatas, et eiusdem sui totius constitutrices.* nempe *divisiones*". Dubito utrum *totus*, id est *as*, an *totum* scriptum fuerit. [4]) Verba *altera triens* ap. Gron. ante parenthesin sunt. De voce *Des* cf. Varro de l. l. IV. (V. ed. Spengel.) c. 36. De nominativo *bessis* Nostro multi adstipulantur. [5]) In edd. est *sexta*. Forsitan aliquis dixerit aut excidisse post *sexta vero* vocem *SEXTANS*, et ceterarum assis partium ad deuncem usque explanationem, aut pro *sexta vero* legendum esse *undecim vero partes;* et in simili quidem opinione Gronovium quoque versatum fuisse apparet; nam is ad h. l. haec annotavit: „Falsum, deuncem esse partem assis sextam, quae „*sextans* dicitur. Legendum: *caeterae vero deunx.* Ut „mox: *reliquas dextantem, reliquae dodrans* etc. Nisi „fuit: *undecim vero deunx:* nam *sexta* ex VI, quod „pro XI fefellerat, ortum potest videri. Parique mendo laborat finis." Sed omnis difficultas solvitur, si pro *sexta* reponas *restat.* [6]) Gron.: „Forte *non nisi eo modo*". Nihil mutavi, quoniam fieri fortasse potest, ut vocula *nisi* h. l. coniunctionis condicionalis vim non habeat, sed verbi, ut sit pro *nixi.* [7]) Numerum *sex* de meo intuli; nam recte iam Gron. annotaverat: „Non profecto in quasvis aequales „partes, sed *in sex aequales partes:* sive mavis ponere: „*in aequales partes sex, sextam habebit sextantem.* „Uti mox: *in quatuor partes aequales divisae:* et, *in* „*tres partes divisae*". [8]) Nihil immutandum est, quamvis Gron. annotaverit: „Scribo: *reliqua triens.* Unam „enim tertiam designat. At cum dixit, *reliquas dex-* „*tantem*, intellige quinque sextas: *reliquae dodrans*, „tres quartae: *caeterae deunx*, undecim duodecimae. „Sic statim: *superata quincunx*, inquit, non *supera-* „*tae*". *Reliquae*, i. e. *partes.* [9]) Septima septuncis pars uncia est, quam si septunci detractam quincunci adieceris, utramque partem aequalem, id est semissem effeceris. Minus vero recte Balbus quincuncem a septunce una uncia superari dixit, cum duabus unciis superetur. scribere debebat *quarum alterius septima sui totius parte alteri adiecta aequales utraeque fiunt* vel huius simile quippiam. [10]) In edd. est *aliis*; omisi litteras *al.* Gronovius annotavit: „Opinor, *ex illis.* nempe octavis".

[11]) Quum *τὸ et*, quae uncis angulatis inclusi, si Latine numeres, minus bene addantur, non dubitavi tamquam suspecta eadem circumsepire, cum praesertim numeri ab ipso auctore non verbis, sed notis scripti fuisse videantur, quos librarius demum verbis, neque id quidem satis accurate, reddidisse apparet.

[12]) Cum novies quatuor et viginti fiant ducenti et sedecim (9 X 24 = 216), quod in textu fuit, *ducentos unum et viginti*, corrigere non dubitavi. ad quem locum Gronovii sequentem annotationem, nisi ut omnem reddiderim, non transscripsi: „Immo, *dodrans ducentos* „*sedecim.* Tot enim fiunt, si centum nonaginta duobus scriptulis, quot habet bes, viginti quatuor addas: „nec aliter dextans, rursus viginti quatuor additis, CCXL „potest habere. Pro CCXVI librarius accepit CCXXI."

QUAE EX

DOSITHEI MAGISTRI

INTERPRETAMENTORUM LIBRO TERTIO

AD IUS PERTINENT

D. ADRIANI SENTENTIAE ET EPISTOLAE

ET

TRACTATUS FORENSIS MAXIME DE MANUMISSIONIBUS.

GRAECE ET LATINE.

EX CODICIBUS SCRIPTIS VOSSIANO SANGALLENSI ET SCALIGERANO

ATQUE EX EDITIS LIBRIS

EMENDAVIT COMMENTARIISQUE INSTRUXIT

EDUARDUS BÖCKING.

PRAEFATIO.

Dositheum Grammaticum ineunte tertio post Christum natum saeculo, cum Septimius Severus et Antoninus filius res Romanas regerent, vixisse, eo ipse libro, ex quo ad vetus ius pertinentes particulas, Hadriani, quas vocat, sententias et epistolas, et tractatum forensem, de manumissionibus maxime tractantem, iam exhibemus, auctor est. Nam ex Hyginiana Genealogia excerpta initio haec habent: *Μαξίμῳ καὶ Ἄπρῳ ὑπάτοις πρὸ γ' εἰδῶν Σεπτεμβρίων Ὑγίνου γενεαλογίαν πᾶσιν γνωστὴν μετέγραψα: Maximo et Apro consulibus tertio Id. Septembres Hygini genealogiam omnibus notam descripsi.* Fasti autem consulares Q. Allium Maximum et M. Flavium Aprum anno post Christum natum CCVII. fascibus decoratos fuisse curulique honore nos edocent. Romae Dositheum vixisse puerulosque Graece docuisse absque dubio habebit qui grammaticam adiectaque *ἑρμηνεύματα* sive interpretamenta hominis, si ipsum audias, doctissimi ingeniosissimique, vel paullulum tractarit. Vitam equidem viri siquis de cucurbitinis capitibus librum componet, scribat; ego certe, vel si largius affluerent fontes, numquam scripserim: quem enim aut usum aut delectationem haberet eiusmodi scriptoris vitam descriptam legere, qui, quod etiamnunc a multis fieri videmus, omnia eximie et quasi *κατὰ Νικόστρατον* se facere gloriatur, et nihil nisi *ὑπηνέμια* parit? Ventosa, quibus praefatur Hadriani sententiis, adspice scriptoris verba, aut lege prooemium tractatus de manumissionibus, et montes exspectaveris pulcherrimarum utilissimarumque rerum; at quantum decipieris: nam ab ipso ludimagistro de suis nobis oblata vix quae accepta ferantur digna esse iudicabis; neque quae transscripsit, sine pristinae gratiae summo detrimento sub manibus nugonis fuisse senties. Notkerus tamen Balbulus, bonus vir et sanctior certe quam subtilior, huius Dosithei grammaticam Donati, Nicomachi et Prisciani operibus praeferendam esse iudicavit.

o quantum est in rebus inane!

Quamvis, B. L., Dosithei opus non nimii pretii aestimaverim, tamen nequaquam abiiciendum, sed quam possem curiose tractandum visum est. Igitur integrum, quoad eius facere potui, *ἑρμηνευμάτων* tertium librum a me emendatum hoc ipso anno minore forma publici iuris fecit honestissimus bibliopola, A. Marcus; atque ex hoc pleniore exemplo in hanc iuris anteiustiniani *συναγωγὴν* translata sunt quae ex trivialibus, ut credo, quibus in scholis tum uterentur, libellis Dositheus excerpta Graece Latineque vertit, aridius quidem, et quasi vocabularius *αὐτόματος*, sed res ipsas, quae ad veteris iuris historiam excolendam gratissimae nobis esse debent. Scripsit autem Dositheus Grammaticam, cui Interpretamentorum sive *Ἑρμηνευμάτων*, maximam partem Graeco-Latinorum adiecit libros tres, si tamen, quod crediderim, omnes nobis servati sunt. Ex duobus, qui hodie exstant codicibus, iisque fere coaevis, id est exeunte decimo vel ineunte undecimo saeculo scriptis, integrum fermc Dositheanum opus restitui poterit. Sangallensis enim codex MS.[1] (N. 902.), de quo fusius in praefatione exemplo superius dicto praemissa tractavi, Grammaticam Latine scriptam continet, quam excipiunt Exercitationes grammaticales Latinae et Latino-Graecae; postque eas index 122 verborum Latino-Graecus secundum litterarum ordinem dispositus legitur, sed in littera *d* iam desinens. Sequuntur post spatium in codice non ita magnum relictum Glossarii vel Onomastici Gr.-Lat., quod plenius in altero, de quo modo dicam, codice exstat, capita 35 posteriora, inde a quibus cum Vossiano codice Sangallensis tantum non in singulis verbis conspirat; sed in prima, quam Dositheus post Hadriani sententias transscripsit, fabula Aesopia desinit. Alter autem codex MS., Leidensis[2], qui quoniam ex bibliotheca viri ill. Is. Vossii in Leidensem transiit, Vossianus vulgo voca-

---

1) Usus apographo sum, quod venerandi nominis vir, ex cuius funere ante hunc annum eo ipso die, quo haec scribebam, summum omni litteraturae damnum, nostrae vero universitati litterariae calamitas accidit, Niebuhrius, cum ante hos novem annos S. Galli moraretur, fecit, amicoque meo I. Classenio legavit, a quo ipse id utendum accepi. 2) Membraneum librum, forma quadrata, Dositheana in 73 paginis, quarum signationes ad marginem exempli nostri annotavimus, continentem (a fol. *b* usque ad fol. *oo*) ipse accuratissime olim transscripsi. de hoc quoque codice fusius in praefatione libelli superius indicati tractatum est. Confer etiam Catal. bibl. publ. Lugd. Bat. 1716. fol. p. 395.

tur, post adverbiorum quorumdam enumerationem Graeco-Latinam, nonnulla verborum quasi *παραδείγματα* satis inepta, alphabetico ordine disposita (quibus haec Magister praefatus est „*ἀποδώσω οὖν τὰ λοιπὰ κατὰ στοιχεῖον· πράσσω, πράσσεις κ.τ.λ. Reddam ergo cetera per litteras: ago, agis. rel.*“) Glossarium Gr.-Lat. alphabeticum, sed a littera ε demum incipiens habet, in cuius fine est: „*ἐπληρώθη τὸ ά μετὰ τῶν ἑρμηνειῶν: Impletum est primum Interpretamen*“. Secundo libro, qui Glossarium continet Gr.-Lat. eiusdem fere generis, quale Henr. Stephanus aut B. Vulcanius p. 237. sqq. habent, 38 vel 39 capitibus constat, hac praefatione praemissa: *Ἐμῇ ἐπιμελείᾳ καὶ φιλοπονίᾳ μετέγραψα τοῦτο τὸ βιβλίον πᾶσιν ἀξιολογώτατον· ἐν τῷ πρώτῳ γὰρ βιβλίῳ τῶν ἑρμηνευμάτων ὡς πρῶτα συνηνέγκαμεν ῥήματα, καὶ τούτων ἐκ μέρους ἀναγκαῖα εἰς κλῆσιν* [? *πλάσιν*? MS.: *κλασιν*] *ῥημάτων, ὅπως* [MS. *ουτως*] *εὐκόλως τῆς ὁμιλίας τῶν ἀνθρώπων εὐχρηστία* [MS. *ειχρησια*] *ἔσται. νῦν οὖν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ ἐροῦμεν ὧν καὶ θελήσει πρόνοια· ἡμεῖς γὰρ οἱ ἄνθρωποι πάντες ζῶμεν ἀπὸ θεοῦ: Mea diligentia et studio transscripsi hunc librum omnibus dignissimum: in primo enim libro Interpretamentorum quomodo priora contulimus verba, et eorum ex parte necessaria in declamatione verborum, uti facilius sermoni hominum proderit: nunc ergo in secundo libro dicimus, quorum et vult providentia. nos enim homines omnes vivimus a deo.* Tum tertius incipit liber, qui sex quasi capitibus Graece et Latine e regione scriptis conficitur, quorum primum et tertium manibus tenes; secundum autem fabulas Aesopias habet XVIII, hac certe forma ante me fere omnes ineditas; quartum, sed mutilum caput excerpta ex Hygini genealogia continet, quae Augustinus van Staveren olim publicavit; in quinto capite, cuius initium truncatum est, belli Troiani enarratio, e periochis Homericis consarcinata, a libro septimo Iliados incipit, decurritque in Graecis (nam in fine Latina pauca desunt) usque ad finem vicesimi quarti; post haec sextum caput, nullius pretii scholasticam conversationem continens, qualem Stephanus et Vulcanius p. 281. sqq. habent et apud Verweium quoque legimus, ita orditur: „*Incipit hermeneumata* jδ÷ *Libri* xij *περὶ συναναστροφῆς: de conuersatione.*“ Nihil hoc loco in ista inscriptione (ex qua aut Dositheum duodecim olim Interpretamentorum libros conscripsisse, aut, quae „capita“ superius dixi, tamquam libros numerata fuisse, et intercidisse nonnullos ante hanc cotidianam conversationem, quam libri tertii sextum quasi caput esse statui, fortasse aliquis coniecerit) mihi morandum esse existimo; sed hanc rem aliis, quibus haec magis quam mihi cordi sunt, investigandam relinquo; neque longiore praefatione te defatigabo, si de Scaligerano codice et editis, quibus usus sum, libris certiorem te fecero. Indicat autem Scaligeranum illum pervaria ac multa continentem codicem Catalogus bibliothecae Leidensis p. 342. N. 61. Ipse quidem Dositheana, quae fol. 89b . . . 92a continentur, transscripsi, hoc est tractatum forensem, quem dixi, legemque de parricidii poena [3]. Mihi persuasi hoc ipsius Ios. Scaligeri manu factum apographum aut ex eodem libro, ex quo Claud. Puteani exemplum, a Petro Pithoeo editum [4], enatum est, aut ex hoc ipso Puteano exemplo transscriptum esse. Similiter tam certum est, quam quod certissimum, Io. Fr. Gronovii exemplum Hadrianarum sententiarum, quo pronepos Iacobus usus est [5], ex Vossiano codice, de quo iam diximus, descriptum fuisse. De libris editis, qui ad rem nostram faciunt, haec ex praefatione mea, pleniori Dositheanorum exemplo praemissa, repetenda esse videtur:

1) Divi Adriani sententias et epistolas [6] (ut Dositheum ipsum secutus inscripsi — vid. p. 202.) ediderunt
   - *a*) Henr. Stephanus, Glossaria duo etc. 1573. fol. coll. 300 . . . 305. — Stephani codex, qui nescio utrum interierit an alicubi adhuc servetur, a reliquis codicibus scriptis multum recedit, tam omittendo totas paragraphos (ut eo nomine pro more nostratium utar), quam in multis locis scripturae variatione. Stephani editionem repetitam habes in
     - *α*) Bonaventurae Vulcanii thes. utriusq. linguae. Lugd. Bat. 1600. fol. coll. 299. . . 305.
     - *β*) Caroli Labbaei Glossar. Londini in aedib. Valpian. 1816. . . 1826. fol. p. 489. 490.

     Nicolai Catharini editionem non novi.
   - *b*) Melior Hamenvelto Goldastus. Dosithei mag. liber III. continens Divi Adriani Imp. sententias et epistolas. M. H. G. maximam partem auxit, emendavit, illustravit. Excudebat P. de la Rouiere, M.DCI. 8. (pagg. 72.). Goldastum Sangallensi codice usum esse constat. eius exemplar repetierunt
     - *α*) Anton. Schultingius, iurispr. vet. L. B. 1717. 4. p. 857. . . 879. De Lipsiensi HispanicoqueSchultingianae iurispr. exemplis monere nihil opus esse videtur.
     - *β*) Io. Alb. Fabricius, biblioth. Graec. vol. XII. Hamb. 1724. 4. p. 514. . . 554. Hoc exemplum, non ipsius Goldasti, expresserunt
     - *γ*) Londinenses, quos ad *a. β.* citavi, p. 491. . . 500.

     Cuiacium in Obss. passim usum esse MS. Sang. inferius suis locis annotavi.

---

3) Cf. pagg. 212. sqq. — Obiter h. l. monere liceat operarum errore p. 213., vers. 9. annotationis, loco numeri 92. positum esse 101. 4) Cf. inferius N. 2. litt. *a.* 5) Cf. Fellenberg. iurispr. ant. tom. II. Bern. 1761. 4. p. 630. . . 633. 6) Fallitur Fabricius bibl. Graec. lib. IV. c. 39. vol. VII. p. 60. (ed. Harl. vol. VI. p. 366.) has sententias esse Hadriani Imp. interrogationes, quarum meminit Alcuinus ep. 102. [i. e. ed. Quercetani; ep. 143. ed. Froben.] asserens. Nam Alcuinum ad altercationem Hadriani et Epicteti, quam in Fabric. tom. XIII. p. 560. habes, respexisse ipse Fabricius in annotatione ad p. 563. tom. XIII. docet, et recte. Debuerat igitur Harlesius locum superius dictum corrigere.

2) Tractatum, quem Dosithei verba in p. 213. respiciens forensem dixi, ad manumissiones maximam partem spectantem

a) ex cod Scal. Latine sine inscriptione edidit Petr. Pithoeus ad calcem Fragmm. Papiniani, Pauli etc. (Collationis LL. Moss. et Romm.) Lutetiae ex off. Rob. Stephani 1573. p. 113. . . 115. (Cf. Cuiac. Obss. XIII. 31.) Hoc exemplum saepius repetitum est, e. gr. ad calcem Cuiacianorum Cod. Theod. exemplorum (vid. edit. 1586. sive 1607. p. 135. 136. — errore scriptum est 334. 135. — appendicis, ubi superscriptum est „*Ex Dosithei Magistri Grammatica*". Cf. etiam Hugonis ind. edd. ad calcem Pauli, Berol. 1795. 8. ed. p. 169. N. 35. et p. 172. N. 38. sed vide ibid. p. 150. i. f., ubi errare qui putaverint exemplum Cuiacianum a. 1566. editum habere tractatum, de quo loquimur, merito monetur. Post Genevense Cod. Theod. exemplum, anno 1586. editum, et Lugdunense, quod anno 1593. 4. prodiit, inscribitur tractatui nostro „*Fragmentum Regularum (ut videtur) Ulpiani*"; in Leidensi „*Veteris cuiusdam iuris auctoris fragmentum*". Novissime, sed non item accuratissime, Pithoei exemplum Schultingius repetiit p. 803. . . 809., qui Pithoei notulas et suos ipsius commentarios subiecit, libelloque inscripsit „*Fragmentum Regularum ex veteri Iurisconsulto*".

b) ex cod. Voss., hic illic adhibito cod. Scal., Graece et Latine adiectis notis et emendationibus edidit Matthias Roever, qui libro ita inscripsit „*Fragmentum veteris Iurisconsulti de iuris speciebus et de manumissionibus, quod servavit Dositheus Magister in Exercitationibus Graeco-Latinis nondum editis*" etc. Lugd. Bat. 1739. 8. Apographis, neque iis satis accurate transscriptis, Roeverum usum fuisse didici; quod ideo moneo, ne omnia, quae eius editio perperam habet (sunt autem satis multa) temeritati editoris adscribas.

α) Roeverianum exemplum repeti curavit subiecitque commentariolos criticos, omnes fere ex Roeverianis depromptos, Io. Lud. Guil. Beckius [7]. Vid. Ius civ. anteiust. Berolin. 1815. 8. tom. I. p. 251. . . 261.

β) Quantum fieri posse videtur, si Roeverianum exemplar fundum editionis esse volueris, accuratissimam debemus Fr. Ad. Schillingio, qui in *Dissertatione critica de fragmento iur. Rom. Dositheano* (Lips. 1819. 8.) p. 14. . . 25. sane laudabili consilio tractatum illum accuravit. Praeterea facile mihi quilibet concedet, Valkenaerium et Schillingium omnium, ne Cuiacio quidem, incomparabili viro, excepto, optime de Dositheo disputavisse.

---

7) Quod cum hic ipse vir in libelli, cui inscripsit „*Indicis codicum et edd. iur. Iust. prodr.* (Lips. 1823. 8.)" *praef. p.* 1. testatus sit, falsos esse apparet, qui Fr. Aug. Biencro, celeberrimo apud Berolinenses antecessori, exemplum illud adscribendum esse statuerunt. Vid. e. c. *Lud. Pernice, Gesch. des Röm. Rechts. Halle* 1824. 8. p. 31. not. 159.

Scribebam Bonnae a. d. IV. Non. Ianuar. anni cIↃIↃcccxxxII.

SIGNORUM EXPLICATIO.

B.	= Io. Lud. Guil. Beckii exemplum fragmenti de iuris speciebus.
Cui *sive* Cuiac.	= Cuiacii Observationes.
Fabric.	= I. A. Fabricii bibliothecae Graecae vol. XII.
G.	= M. H. Goldasti exemplum Sententiarum Hadrianarum.
Lond. *sive* Londin	= Londinense exemplar Glossariorum.
Ms. G.	= Goldasti de codice Sangallensi narrationes.
Ms. S-G.	= Codex MS. Sangallensis ex Niebuhrii apographo.
Pith.	= P. Pithoei exemplum tractatus forensis.
R.	= Matthiae Roeveri exemplum fragmenti veteris ICti de iuris speciebus.
S.	= Scaligeranus codex MS.
Salm.	= Cl. Salmasii de modo usurarum liber. Lugd. Bat. 1639. 8.
Schi. *sive* Schill.	= F. A. Schillingii dissertatio de fragmento iuris Rom. Dositheano.
Schult.	= A. Schultingii iurispr. anteiust.
Steph.	= Henr. Stephani Glossaria.
V.	= Vossianus codex MS.
Valck.	= L. C. Valckenaer in Miscell. Obss. tom. X. p. 108. sqq.
Vulc.	= Bonaventurae Vulcanii thes. utriusque linguae.

Cf. praefatio nostra.

[ΘΕΙΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΑΠΟΦΑΣΕΙΣ ΚΑΙ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ [1].]

[DIVI ADRIANI SENTENTIAE ET EPISTOLAE [1].]

Fol. q. γ §. 1.[2] *Θαυμαστόν ἐστιν [3] καὶ ἐπαινετὸν [4] τοσαύτῃ εὐφυΐᾳ[5] τούτῳ τῷ βιβλίῳ ἔργον μαθήσει[6] διερμηνευμένον[7]· πρὸ τούτου γὰρ δυσὶν[8] βιβλίοις [9] συνέγραψα πάντα* q. δ *τὰ ῥήματα, | ἃ ἠδυνήθην τῇ ἡμετέρᾳ ἑρμηνείᾳ[10], ὅσα ἀναγκαῖα ὑπολαμβάνω, καὶ ὅλως[11] ὅσα ὠφελεῖ [12] ἀνθρώποις [13] φιληταῖς τῆς λαλίας Ῥωμαϊκῆς· οὐκ ἐδίστασα καὶ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ προσθεῖναι [16], ἵνα ἔχῃς ὅπου σεαυτὸν [18] γυμνάσῃς, ἀλλὰ καὶ εὐτυχῶς [19] τέκνοις σοῖς καταλίπῃς[21] μνημόσυνον [22] καὶ ὑπόδειγμα φιλοπονιῶν σου [23]. Ἤδη οὖν ἀρξώμεθα ἑρμηνεύειν, καθὼς[24] δυνάμεθα διδάσκειν ||| κάλ-* r. α *λιστα· ἀλλὰ τὰ κεφάλαια τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἑνὸς ἑκάστου [26] ταῦτα ἔσονται ΘΕΙΟΥ [28] ἈΔΡΙΑΝΟΥ ἈΠΟΦΑΣΕΙΣ ΚΑΙ ἘΠΙΣΤΟΛΑΙ [29], ἐξ ὧν μείζων εὐχρηστία ἀκολουθεῖ * * ἀνθρώποις [30] ἀπὸ τούτου τοῦ ἄρχοντος * * ἐγένετο καὶ λαλιότης [32]. διὸ ἀναγκαίως εἰσὶν ἀναγνωστέα καὶ μνήμῃ παραδοτέα [33], εἰ μέντοι θέλομεν [35] Ῥωμαϊστὶ λαλεῖν ἢ Ἑλληνιστὶ χωρὶς αἰτίας. οὕτως ἀρξώμεθα [37].*

§. 1. Mirandum est et laudandum tanto ingenio hoc in libro opus doctrinae interpretatum. ante hoc enim duobus libris [9] conscripsi omnia verba, | quae potui, nostra interpretatione, quae necessaria arbitror, et omnino quae prosunt hominibus [14] amatoribus loquelae [15] Latinae: non dubitavi et in hoc libro adicere [17], ut habeas, ubi te ipsum exerceas, sed et feliciter liberis [20] tuis relinquas memoriam [22] et exemplum studiorum tuorum. Iam ergo incipiamus interpretari, sicut possumus[25] docere ||| optima: sed capitula nominum et verborum unius cuiusque haec [27] erunt DIVI ADRIANI SENTENTIAE ET EPISTOLAE, ex quibus maior utilitas sequitur * * hominibus [30] ab eo principe [31] * * fuit et loquela: propterea necessario sunt legenda et memoriae tradenda, si tamen [34] volumus Latine loqui vel Graece [36] sine vitio. sic incipiamus.

§. 2. *Αἰτοῦντός τινος, ἵνα στρατεύηται, | Ἀδριανὸς [1]* r. β *εἶπεν Ποῦ [3] θέλεις στρατεύεσθαι [4]; Ἐκείνου λέγον-*

§. 2. Petente quodam, ut militaret, | Adrianus [1] dixit [2]: Ubi vis militare? Illo dicente In praeto-

§. 2. P. lib. III. R. [2] Usurae venditori post traditam possessionem arbitrio iudicis praestantur; ante traditam autem possessionem emptori quoque fructus rei vice mutua praeberi necesse est: in neutro mora considerabitur.

§. 3. Venditor [3], qui legem commissoriam exercere noluit, ob residuum pretium iudicio venditi recte agit; quo secuto legi renuntiatum videtur.

§. 4. Qui [4] die transacto legem commissoriam exercere noluit [5], postea variare non potest.

§. 5. Pap. lib. III. Res. Aede [6] sacra terrae motu diruta locus aedificii non est profanus, et ideo venire [7] non potest.

§. 6. Mulier [8] servam ea lege vendidit, ut si redisset in eam civitatem, unde placuit exportari, manus iniectio esset. Manente vinculo servitutis si redierit, quae vendidit manum iniciet et ex iure concesso mancipium abducet [9]. post manumissionem autem si redierit, in perpetuam servitutem sub eadem lege publice distrahetur. quae [9*] vendidit si manum iniecerit non liberatae, mancipium retinere poterit ac manumittere. adimi quippe libertatem, et publice venditionem ita fieri placuit, ut propter pericula venditores, quamvis [10] metuentes, servis suis offensam vel duritiam possint [11] paenitendo remittere.

§. 7. *Quominus* possessio rei venditae tradatur empti [12] iudicio, decem annorum praescribtione non inpeditur.

§. 8. Evictione citra [13] dolum emptoris et iudicis iniuriam secuta duplum ex empti iudicio secundum legem contractus praestabitur.

§. 9. Creditor a debitore pignus recte emit, sive in exordio contractus ita convenit, sive postea. Nec incerti pretii venditio videbitur, si convenerit, ut pecunia faenoris non soluta creditor iure empti dominium retineat, cum sortis et usurarum quantitas ad diem solvendae pecuniae praestitutam certa sit. |

§. 10. Iniquam sententiam evictae rei periculum ven- 60 a
ditoris non spectare placuit, neque stipulationem auctoritatis committere.

§. 11. Convenit [14] ad diem pretio non soluto venditori alterum tantum praestari. quod usurarum centensimam excedit, in fraudem iuris videtur additum. Diversa causa est commissoriae legis, cum in ea specie non faenus inlicitum exerceatur, sed lex contractus non inprobabilis [15] dicatur.

§. 12. Ante [16] pretium solutum dominii quaestione

1) Locus ex Paulli lib. VIII. ad Sabinum esse videtur, qui in L. 27. D. de contr. empt. iuri Iustiniano accommodatus ita legitur: . . . *qui sine tutoris auctoritate a pupillo emit, vel falso tutore, quem scit tutorem non esse, non videtur bona fide emere, ut et Sabinus scripsit.* 2) Papinianus lib. III. Responsorum. cf. §§. 4. et 5. 3) Similia ex Hermogeniani lib. II. iuris Epitomarum L. 7. D. de lege commiss. exhibet. 4) Ita V. teste Bl. Loci sententiam ex Papiniani lib. III. Responsor. refert Ulp. in L. 4. §. 2. D. de lege comm. 5) Dig. suadent *voluit.* 6) Est L. 73. pr. D de contr. empt. ex Pap. lib. III. Responsor.; V. perperam habet *aedes.* 7) Ita V. teste Bl. Mai. *veniri.* 8) Hunc quoque locum Papiniani lib. III. Resp. adscribere videtur Ulp. in L. 1. D. de servis export. 9) Ita Sav. V. *adducet.* 9*) Ita Sav. Mai. *distrahet, quae.* 10) Ita Sav. V. *q̄. ū.* Mai. *quaevis.* 11) V. *possum.* 12) V. *emptio.* 13) Ex Mai. coni.; V. *circa.* 14) Papiniani verba ex lib III. Responsorum, in L. 13. §. 26. D. de act. empti ex Ulpiano relata. 15) Dig. *cum ea specie ... contrahatur ... contractui non improbata.* 16) Ex Pap. lib. III. Resp. in L. 18. §. 1. D. de peric. et comm. ita mutata: *Ante pretium solutum dominii quaestione mota, pretium emptor solvere*

mota pretium emptor restituere non cogetur, tametsi maximi fideiussores evictionis offerantur, cum ignorans possidere coeperit. nam ususcapio frustra conplebitur anticipata lite; nec oportet evictionis securitatem praestari, cum in ipso contractus limine domiuii[17] periculum immineat.

§. 13. Venditor[18] si per conlusionem imaginarium colonum emptoris decipiendi causa subposuit, ex empto tenebitur. nec idcirco recte defenditur, si, quo facilius excogitatam fraudem retineret, colonum et quiuque annorum mercedes *in* fidem suam recipiat: alioquin si bona fide locavit, suspectus non erit.

§. 14. Lege venditionis inempto praedio facto fructus interea perceptos iudicio venditi restitui placuit, quoniam eo iure contractum in exordio videtur: sicuti in pecunia quanto minoris venierit, ad diem pretio non soluto. Cui non est contrarium iudicium ab aedilibus in factum de reciperando pretio, mancipio redditur, quia displicuisse proponitur[19]; quod non erit necessarium, si eadem lege contractum ostendatur.

§. 15. Fructus pendentes, etsi maturi fuerunt, si eos venditor post venditionem ante diem solvendi pretii percepit, emptori restituendos esse convenit, si non aliud inter contrahentes placuit[19*].

§. 16. Vino mutato periculum emptorem spectat, quamvis ante diem pretii solvendi vel condicione emptionis inpleta[20] id evenerit. quodsi mille amphoras certo pretio corpore non demonstrato vini vendidit, nullum emptoris interea periculum erit.

§. 17. Evictis[21] agnis, quanti emptoris interest iudicio empti lis aestimatur. quodsi ab initio convenit[22], ut venditor pretium restitueret, usurae quoque post evictionem praestabuntur, quamvis emptor post dominii litem inchoat*am*[23] fructum adversario restituat. nam incommodum medii temporis damnum emptoris est. |

[*Desunt folia sex.*]

61 b. §. 18. secundum ius in faci . . . . *empto*
res inquietari, sed actione fid*uciae* . . . . . .
Valerio III. et *Gallieno II. conss.* (255.) . . . . .

§. 19. Gallienus Aug. . . . .
pupillorum a credito*ribus* . . . . *revo*-
cari nullo possunt. Si igitur abs . . . .
nita contra venditionem a cr*editor* . . . .
qui inquietari te in poss*essione* . . . . *Saeculari*
II. et Donato conss. (260.) . . . .

§. 20. periūlm[24] in Ofilium spe . . . .
auxilium non potest deneg*ari* . . . . *pe*-
cuniam creditoribus s . . . .
habere non potuit iu poss . . . .
et usurarum, quia in commun . . . .
kal. Iuliis. Viminac*i* . . . .

§. 21. Gallienus Aug. . . . . *alie*-
nandae non sunt. Aditus ita*que* . . . .
cedente e iussione[25] qui . . . .
P. P. VIIII. kal. Nov. Pa*tavii* . . . .

§. 22. Diocletianus[26] et Max*imianus AA*. . . . . .
cessationem collatio*num* . . . .
vera fide conparasti et ven*ditio* . . . .
facta convelli non d*ebet* . . . .

§. 23. Diocletianus[27] et Aurel*ius Maximianus AA. Leontio. Cum speciem venditam vio*lentia ignis, qui nunc perpoc . . . *absump*tam dicas, si venditio*nem nulla condicio suspenderat, amissae rei periculum* te non adstringet. PP. . . . .

§. 24. Diocle*t*ianus Claudia . . . .
emptori indemnita . . . .
possessionem venditam esse coe . . . .
ex qualitate rei perdoc . . . . . . *Diocletiano*
II. et Aristobo*lo* conss. (285.) | . . . .

§. 25. *Gallienus A.* . . . . tico possessionem pa- 61. a
ternam . . . . . . *ab* aliquo directi iuris emp-
tore . . . . *Gallieno* V. et Faustino conss. (262.)

§. 26. . . . . *n*ecessitatibus urguentibus pater
. . . . *v*ivis parentibus placuit
. . . . familia longa aetate
. . . . e PF. urbi v.c. PP. II. kal.
. . . . conss.

§. 27. . . . . m Fortunatum militem
. . . . e controversia moveri consti-
. . . . *i*pso Aug. III. consule.

§. 28. *Alexander A* . . vendendarum possessionum
. . . . i neque alienare eas, neque
. . . . *A*gricola et Clementino conss. (230.)

§. 29. . . . . *S*abiniani non oportuit post interpo-
. . . . cari praeponere igitur procurator
. . . . rationis meae possessiones

---

non cogetur, nisi fideiussores idonei a venditore eius evictionis offerantur. 17) Ex Mai. coni. — V. *domini.* 18) Cf. Hermog. lib. III. iur. Epit. in L. 49. D. de act. empti. *Qui per collusionem imaginarium colonum circumveniendi emptoris gratia supposuit, ex empto tenetur. Nec defenditur, si, quo facilius excogitata fraus occultetur, colonum et quinquennii pensiones in fidem suam recipiat.* 19) Locus corruptus ex coni. Nieb. Haub. Kl. ita restituendus est: *contrarium, quod iudicium . . . mancipio reddito, quia displicuisset, proponitur.* Bg. fortasse: *pretio mancipii redditum*; cf. tamen L. 31. §. 17. D. de aed. edicto. Mai. pro *mancipio* coniicit *mancipi.* 19*) Librarium verba *convenit* et *placuit* inter se commutavisse suspicari possis. 20) Corrige *condicionem . . . inpletam.* Mai. Bg. 21) In L. 18 pr D. de usuris Paulli libro III. Responsorum tribuuntur, quae Papiniani esse magis est ut dicamus. 22) Dig. *agris, si initio convenit.* 23) Ita Dig. — V. *inchoatum.* 24) Ita V.; Mai. *per Iulium.* 25) Mai. proponit: *eius iussione.* 26) Est pars L. 2. C. si propter publ. pens. (4, 46.) *Diocl. et Max. AA Plotio. Si deserta praedia ob* c e s s a t i o n e m c o l l a t i o n u m *vel reliqua tributorum ex permissu praesidis ab his, quibus periculum exactionis tributorum imminet, distracta* s i n c e r a f i d e c o m p a r a s t i : v e n d i t i o *ob sollennes praestationes necessitate* f a c t a c o n v e l l i n o n *debet. Sin autem* rel.* Quae verba lacunas loci nostri hic excedunt, illic non explent. 27) Est L. 5. C. de periculo et comm. (4, 48.). quae *per violentiam* habet et *adstringit*, verba autem *qui nunc perpoc* omittit. Bg. fortasse: *perpopulatus est urbem.*

. . . . ium nec emptor ignora-
. . . . ordine audictur. PP. kal.
. . . . 28.

§. 30. . . . . *posita* in possessione fuisti
. . . . eiectus inveniris, is erit
. . . . v.c. pro sua aequitate ad effec-
tum . . . . *Aureliano* et Basso conss. (271.)

§. 31. . . . . . *carissime* nobis. Tenes tu quidem
. . . . *iucun*dissime et lites dirimis
. . . . um statutis tuis non cu-
. . . . e incipient discedere
. . . . versum eventum sae-
. . . . litigabatur insidunt par-
. . . . u et interpretationem diversam
. . . . est non censui quasi vero in ea |
[*Plura desunt.*] VI.

58. b. ..§. 32... aditus conpetens iudex considerato tutelae iudicio eam curabit ferre sententiam, quam agnitam legibus esse providerit. PP. IIII. kal. Sept. Constantino et Licinio Augg. II. conss. (312.)

§. 33. Augg. et Caess. Rutiliae Primae. Ingenuos progenitos servitutis adfligi dispendiis minime oportere etiam nostri temporis tranquillitate sancitur; nec sub obtentu initae venditionis inlicitae [28*] decet ingenuitatem infringi. quare iudicem conpetentem adire par est, qui in liberali causa ea faciet conpleri, quae in huiuscemodi contentionibus ordinari consuerunt, secundum iudiciariam disciplinam partibus audientiam praebiturus. PP. idib. Aug. Romae Constantino et Licinio Augg. IIII. conss. (315.)

§. 34. Aug. et Caess. Fl. Aprillae. Cum profitearis te certa quantitate mancipium ex sanguine conparasse, cuius pretium te exsolvisse dicis et instrumentis esse firmatum: hoc a nobis iam olim praescribtum est [29], quod, si voluerit liberum suum legitimum reciperare, tunc in eius locum mancipium domino daret, aut pretium quo valuisset numeraret; etiam nunc si a suis parentibus certo pretio conparasti, ius dominii te possidere existimamus. nullum autem ex gentilibus liberum adprobari licet. Su*b*scripta XII. kal. Augg. Constantino Aug. III. conss. (313.)

§. 35. Aug. et Caess. [30]. Nulla verecundiae vel quietis mora vel quolibet intervallo cunctandi passim, nunc singuli, modo populi, proruentes in nostros obtutus [31], sic uniformes querellas i*is*dem [32] fere sermocinationibus volutarunt, ut nec interpellantium credulitati valeret occurri, nec allegationum qualitas disparari, parens carissime atque amantissime [33]. Pari [34] siquidem exemplo vociferationibus consules, multitudines memora*r*unt [35] non iuste res suas esse divenditas; aliis possidentibus se fiscalia luere: frequenti denique obsecratione delata remedium cupiverunt. His sumus valde permoti, verentes ne alicuius calliditatibus adversabili emolumento persuasi res suas venderent sine censu, ac post subsidia nostrae mansuetudinis precarentur; itaque versutiis calliditatis commenta miscentibus, dum ins*idi*arum [36] fallentium non suspicamur arcana, pro innocentiae nostrae natura ceteros aestimantes, detrimento census nocentis [37] levaremus. Has fraudes, hos dolos, istas argutias [38] lege prohibemus, constitutione exclu*di*-*mus* [39]: et idcirco iustae providentiae consulta deliberatione sancimus, ut omnino qui [40] conparat rei conparatae ius cognoscat et censum [41], neque liceat alicui rem sine censu [42] conparare vel vendere. In-| spectio autem publica [43] vel fiscalis esse debebit 58. a. hac lege, ut si aliquid sine censu venierit, et post ab aliquo deferretur [44], venditor quidem possessionem, conparator vero id quod dedit pretium fisco vindicante deperdat [45]. Id etiam volumus omnibus intimari nostrae clementiae placuisse [46] neminem debere ad venditionem rei cuiuslibet adfectare et [47] accedere nisi eo tempore, quo [48] inter venditorem et emptorem contractus sollemniter explicatur, certa et vera proprietas vicinis praesentibus [49] demonstretur; usque eo legis istius cautione currente [50], ut etiamsi subsellia vel, ut vulgo aiunt, scamna vendantur, ostendendae proprietatis probatio conpl*e*atur [51]. Hinc etenim iurgia multa nascuntur, hinc proprietatis iura temerantur, hinc dominiis vetustissimis molestia conparatur, cum caecitate praepropera, et rei inquisiti*one* neglecta, luce veritatis omissa, nec perpetuitate cogitata dominii, iuris ratione postposita, ad rei conparationem accedunt, omissis omnibus, dissimulatis atque neglectis, id properant a*t*que [51*] festinant, ut quoquo modo cuniculis nescio quibus inter emptorem et venditorem sollemnia celebrentur: cum longe sit melius, sicuti diximus, ut lucem veritatis fidei testimonio, publica voce, subclamationibus populi, idoneus venditor adprobet [52], quo sic felix conparator a*t*que [51*] securus aevo diuturno persistat; quod pro quiete totius successionis eloquimur, ne forte aliquis venditor suum esse dicat quod esse constat alienum. Ita conparator, malo venditore deterior, incautus et credulus, cum testificantibus vicinis omnia debeat quaerere, ab universorum disquisitione dissimulet, quoniam sic opor-

---

28) Extrema huius versus pars vacua est. 28*) Mai. corr. *inlicite.* 29) Mai.: *est. Quodsi . . . numeraret. Etiam nunc* rel. 30) Haec Constantini constitutio truncata exstat in Theod Cod. epit. L. 2 de contr. empt. (3, 1.) inscripta *Const. A. ad Gregorium*, qui Pf. P. fuit a. 336. et sequenti. 31) V. *in obtutus.* 32) V. *idem.* 33) Sollemnis Praef. praet alloquendi formula. V. *p. k. atq. a. a.* Posteriorem siglam *augustalis* explicaverat Mai.; sed in additamentis correxit. 34) V. *paris.* 35) V. *memorabunt.* Mai. *memorabant.* 36) V. *insuarum.* 37) Ita V. pro *nocentes.* 38) V. *argutitas.* 39) Ita Mai. prop. — V. *sexludis.* 40) Priora L. 2. Th. C. cit. verba, quae et Iustinianus Legi 2. C. I. sine censu vel rel. fund. comp. non posse (4, 47.) in fine adiecit. 41) Th. C. *censum rei comparatae cognoscat.* 42) Th. C. inserit *vel.* 43) Ita Th. C.; V. *publicae.* Mai. *publice.* 44) Th. C. *et id ab aliquo deferetur.* 45) Th. C. *perdat.* 46) Th. C. *id etiam placuit.* 47) Th. C. non habet *adfectare et.* 48) Ita Th. C.; V. *quom.* 49) Th. C. *a vicinis.* 50) Th. C. *decurrente.* 51) Ita Th. C.; V. *conpletur* et mox perperam *hunc.* Sequentia in Th. C. in hanc formam contracta sunt: *Nec inter emptorem et venditorem sollemnia in exquisitis cuniculis celebrentur, sed fraudulenta venditio penitus sepulta depereat.* 51*) V. *adque.* 52) V. *adprobetur.*

teat agere, ut nec illud debeat requiri, quod ex iure dicitur „si a domino res vendita sit“ [53]. Ita ergo venditionum omnium est tractanda sollemnitas, ut fallax illa et fraudulenta venditio paenitus sepulta depereat. Cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia diligenti circumspectione quaesita per universas successiones tuto decurrant: neque aliquem ex improvidentia casum [54] malignae captiones *obruant* [55]. Dat. IIII. kal. Sept. ap. FF. [56] ad correctorem Piceni, Aquileia. Accepta XIIII. kal. Oct. Albae. Constantino Aug. III. conss. (313.) [57]

§. 36. Augg. et Caess. Basso. Valentinus perfidiam et [58] maxime queritur, quia de illo [59] a tutore processit, a quo aliquid in fortunas suas perniciosissimum proficisci minime omnium decebat. Exuperantius vir clarissimus si tantum avunculus Valentino esset, nequaquam in Valentinum peccare deberet, qui non |

[*Duo aut quattuor folia desiderantur.*]

63. b. §. 37. . . videlicet [60] acta non donum quam . . .
fiduciam sibi esse servatam . . . .
obnoxia conparator acced . . . .
num proinde posthac saltim . . . .
fraudesque talia dissemina . . . .
centur nullus aditus fictis . . . .
dolis relinquatur ingenui . . . .
ad provincialium preces dudum est con . . . . . .
satisfacere vel nollent pub . . . .
summa relevaret iam nunc i . . . .
spicue lege sancire, ut quaecumque [61] *pro reliquis prodigorum in annonario titulo ceterisve* fiscalibus debitis luxu ac *nequitia* . . . fundis atque mancipiis vel in quibus*cumque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco* auctore vendantur, et ut perpetuo *penes eos sint iure dominii, quibus res huius*cemodi [62] sub hastae sollemnis [62*] *arbitrio fiscus addixerit* . . . .
in his utitur venditoris, quae ob d . . . .
gi vel permissu iudicum distra . . . .
emolumenta malle quam debita . . . .
penes perditos maneant sib . . . .
nere contractuum tergiversationum . . . .
interpretationis insidias pertimesce . . . .
talis accesserit ignavorum . . . .
d [63] umquam quo fisco facta venditio est . . . . .
hiis quae contra utilitatem provision . . . .
magisque obreptivi praerogati . . . .
latur cum haec sit commissa se e . . . .
atque [51*] luxuriam ferre debe*mus* . . . .
Lucana saepius vina rede*m* . . . .
per somnum et gulam atque *lasciviam* . . . . . .
alienare velle nec posse defend [63*]. . . . .
mus est ita status debet esse fe . . . .
concedit qui et in satisfactio | . . . .
. . . . nitas, nisi forsitan hi copiam 63. a
. . . . que repetendi cum in praeteritum
. . . . vis omnium rerum multis ex
. . . . *cum etiam minoribus, si quando* [64] aliquid [65] eorum pro fiscalibus debi*tis adiudicatur emptoribus, repetitionis facu*ltas in omnem intercipiatur aetatem
. . . . o res obnoxiae necessitatibus
. . . . pius respexere leges, quia paren-
. . . . ut desidia mereri posse secre-
. *Dat. III. non. Novemb. Trev.* IIII. id. Nov. Trev. Acc. *Valentiniano* nobilissimo puero et Victore conss. (369.)
. . . . [66] PR. PV. Lug. prim. [67] Modesto et Harintheo *conss.* (372.)

§. 38. . . . bus tantum praedii rustici sit interdicta
. . . . nullum debitum doceatur haec
. . . . supplicans Eugrafius memo-
. . . . ad speciem fuerit ementitum
. . . . a res gesta probatur, ut precibus continetur
. . . . . . fuisse suggerit, Fauste carissime, aes-*tima* . . rem sit an in rem eius versum . . . .
. . . . si res minori profuisse potuerit
. . . .

§. 39. . . *e*mptio et venditio bonae fidei auctori-
. . . . plic. memorant raptis *atque* [51*]
. . . . t terroris iniectum ut ei casula
. . . . scinderet vitesque inspectori
. . . . bonam fidem gestam in possessionis
. . . . *a*uxilium iure congruum ita faciat
. . . . a aestimet. Dat. prid. non.
. . . .

§. 40. . . . . te patris ut Maximus adserit
. . . . conparata omnium heredum conmu-
. . . . suam quoque consortes obtineant |

53) V. *si ad omnino.* Formulam iuris esse Wenckius annotavit. 54) Ita V.; Maius proponit *casuum,* vel *casu;* in add. *casum* passive pro *lapsum* accipit, quod nullo modo ferri potest. At nec Wenckii sententia, casum qui per imprudentiam acciderit, pro homine imprudente, dictum esse, mihi arridet; quare mendum aliquod hic aut voci *obruant* subesse suspicor. Bg. coni. *casus* aut *cassum.* 55) V. videtur *orrcant.* Mai. 56) Siglae fortasse significant *a Praefecto praetorio ad correctorem Piceni* transmissum esse legis exemplar. *Apud fiscum frumentarium* eas interpretatur Mai. 57) Th. C. habet subscriptionem: *Dat. prid. Non. Feb. Constantinopoli, Feliciano et Titiano Coss.* (337.), quam ita cum nostra componit Wenckius, ut Constantinum anno imperii sui novissimo hanc legem repetiisse et cum Oriente communicasse statuat. 58) Num *eo*? Mai. — Bark. corrigit *Exuperantii.* 59) Buchh. *quia illa.* Schr. et Bl. *de illo auctore.* 60) Est L. 1. Th. C. de fide et iure hastae (10, 17.) et L. 5. Iust. cod. (10, 3.) inscripta: *Imppp. Valentinianus, Valens, et Gratianus AAA. ad Viventium Pf. P. Gall.*, in utroque autem Codice magnopere in compendium redacta. 61) Hic incipit L. 1. Th. C. cit. ex qua sequentia supplemus, exceptis verbis *luxu ... mancipiis vel,* quae in Th. C. non inveniuntur. 62) Ita Cod. Iust. — V. *cem.* Th. C. *huiusmodi.* 62*) Mai. suppl.: sollemni*tate.* 63) V. *d* cum linea traiecta. Mai. *dixit.*; L. 1. Th. C. cit. ita pergit: *Et si quid unquam, ut a fisco facta venditio possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum, nullus obtemperet, cum etiam* rel. 63*) Mai.: defend*i.* 64) Ex Th. Cod. 65) Th. C. *ex rebus eorum.* 66) Kl. suppl.: *Iidem id rescripserunt.* Bl.: *eadem in verba rescr.* 67) *Praesidi provinciae Lugdunensis primae.* Cf. L. 1. Th. C. sine censu vel reliquis (11, 3.). Mai.

DE USUFRUCTU.

88.b 87.b. §. 41. Diocletianus et Max. Constantius [1] Tannoniae Iuliae. Usumfructum locari et venundari posse a fructuario, nulli dubium est. proinde si vendente filio tuo possessionem etiam tu certo pretio usufructu proprio cessisti, quem testamento mariti tui relictum esse proponis, quandoquidem emptorem contractus fidem commemores minime custodire, aditus Aelius Dionisius, vir clarissimus amicus noster [2], id tibi faciet repraesentari, quod te constiterit iure deposcere. PP. VI. id. Mart. Carthagine [3] Fausto II. et Gallo conss. (298.).

§. 42. Aurelio Loreo cui [4] et Enucentrio. Fructuario [5] superstite licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur. Subscripta V. id. Feb. Sirmi. Aug. [6] V. et IIII. conss. (293.)

§. 43. Cl. Theodoto. [7] Habitatio morte finitur; nec proprietatem ea, quae habitationem habuit [8], legando *rei* [9] vindicationem, *nec* debitum negando *in* testamento creditoris actionem [10] excludit. Subscripta [11] IIII. kal. Oct. Viminaci Caess. conss. (294.).

§. 44. *Ulp.* lib. II. R. Aur. Felici. [12] Fructus ex fundo per vindicationem pure relicto [13] post aditam hereditatem a legatario perceptos ad ipsum pertinere; colonum autem cum herede ex conducto habere actionem.

§. 45. Paul. lib. II. Manualium ex tribus [14]. Tametsi ususfructus fundi mancipi non sit, tamen sine tutoris auctoritate alienare eum mulier non potest, cum aliter quam in iure cedendo id facere non possit; nec in iure cessio sine tutoris auctoritate fieri possit. Idemque est in servitutibus praediorum urbanorum.

§. 46. *Idem* lib. I. Manualium. Actio de *usu*fructu [15] *i*isdem modis perit, quibus ipse ususfructus, praeterquam non utendo. Pecuniae quoque ususfructus legatus per annum non utendo (*non amittitur*) [16]; quia nec ususfructus est, et pecuniae dominium fructuarii, non heredis est.

§. 47. Item. Per mancipationem deduci ususfructus potest, non etiam transferri. Per do lego legatum et per in iure cessionem et deduci et dari potest. Item potest constitui et fa*miliae erciscundae* [17] vel communi dividundo iudicio legitimo. In re nec mancipi per traditionem deduci ususfructus non potest; nec in homine, si peregrino tradatur: civili enim actione constitui potest, non traditione, quae iuris gentium est.

§. 48. Item. Ad certum tempus et in iure cedi et legari et officio iudicis constitui potest.

§. 49. Item. Ex certo tempore legari po*test* [18]. An in iure cedi, vel an adiudicari possit, variatur. videamus ne non possit; quia nulla legis actio prodita est de futuro.

§. 50. Item. In mancipatione vel in iure cessione an deduci possit vel ex tempore, vel ad tempus, vel ex condicione, vel ad condicionem, dubium est: quemadmodum si [19] is, cui in iure ceditur, | dicit „aio 87.a.
„hunc fundum meum esse deducto usufructu ex kal. 88.a.
„Ian.", vel „deducto usufructu usque ad kal. Ian. decimas"; vel „aio hunc fundum meum esse deducto usufructu, si navis ex Asia venerit": item in mancipatione „emptus mihi est pretio, deducto usufructu „ex kal. illis usque ad kal. illas": et eadem sunt in

1) Utrum Maximiani A., an Constantii Caes. nomen, quorum certe alterutrum superest, reiiciendum sit, dubito; nam Buchholzii opinio in Fr. Vat. Diocletiano Constantium Caes. semper adiungi, Fragmentis nostris §§. 22. 23. refellitur. 2) V. *uc. a. n.* imposita *o* super *n.* 3) V. *Carthagini.* 4) Dirks. Bark. Buchh. corr. *c. u.* i. e. *clarissimo viro.* 5) Eadem fere verba Antonino A. tribuuntur in L. 3. §. 1. C. de usufruct. (3,33.), quae post alia ita pergit: *Usufructuario autem superstite* rel. 6) Ita V. pro *Augg.* In Cod. Iust. subscriptio haec est: *PP. III. cal. Aug. Antonino A. IV. et Balbino Coss.* (213.) 7) Est L. 11. C. de usufr. (3,33.) inscripta: *Iidem AA. et Caess.* (Diocl. et Max.) *Theodoro.* Cont. et Char. *Theodoto.* 8) C. Iust. *qui — habuit.* 9) V. perperam *legando per vind.* C. Iust. habet: *dominii vind.* unde Buchh. proponit *domini.* Ad codicis scripturam propius accedit *rei.* Ipsius rei vindicationem Impp. tam habitationi, quam creditoris actioni opponunt. 10) Ex coni. Klenz. et Wenck.; V. habet: *vel debitum negandum testamento.* Haec verba Iust. Cod. omisit. 11) Quae in C. Iust. legitur subscriptio: *Dat. XV. Kalend. Novemb. Constantinop. post consulatum Lampadii et Orestis VV. CC.* (531.) aperte falsa est. 12) Est L. 120. §. 2. D. de leg. 1. inscripta: *Ulp. lib. II. Responsorum.* Haloander addit *respondit*, quod in hoc quoque loco post *Aur. Felici* aut addendum, aut certe subintelligendum est. 13) Dig. *fundo pure legato.* 14) Tres libros Manualium Paullum scripsisse index Florentinus docet. 15) V. *suo fructu.* 16) Tale quid desideratur. 17) V. *factum est.* 18) V. et Mai. *possit*, quod falsum esse et grammatica ratio et prudentium de usufructu ex certo tempore legando consensus docet. 19) V. *nisi.*

condicione. Pomponius igitur putat non posse ad certum tempus deduci, nec per in iure cessionem, nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse. ego didici et deduci ad tempus posse; quia et mancipationem et in iure cessionem lex XII tabularum confirmant[20]. Numquid ergo et ex tempore et condicione deduci possit? sequitur, ut et legato[21] deduci ad certum tempus possit.

§. 51. Adquiri nobis potest usufructus et per eos quos in potestate manu mancipiove habemus: sed non omnibus modis, sed legato, vel si heredibus illis institutis deducto usufructu proprietas legetur. per in iure cessionem autem vel iudicio familiae erciscundae non posse; *per*[22] mancipationem ita potest, ut nos proprietatem, quae illis mancipio data (*sit*)[23], deducto usufructu remancipemus.

§. 52. Usu*m*fructu*m*[24] ad certum tempus constitutum cum adiectione temporis *vindic*ari[25] debere. Diversum est si in statu libero constitutus sit. tunc enim pure[26] vindicandus est, sicut pure vindicatur qui simpliciter constitutus est, non adiectis casibus, qui*bus*[27] solet amitti ususfructus.

§. 53. Item. Si[28] altius tollendo aget is, qui in infinitum tollendi ius non habet, si non expresserit modum, plus petendo causa cadit, quasi intenderit ius sibi esse in infinitum tollere.

§. 54. Sicut legato usufructu loci sine servitute iter quoque per loca testatoris debetur, ita in iure cesso[29] iter quoque contineri Neratius scribit.

§. 55. Ususfructus[30] sine persona esse non potest; et ideo servus hereditarius inutiliter usumfructum stipulatur. legari autem ei posse[31] dicitur, quia dies eius non cedit statim; stipulatio autem pura suspendi non potest. Quid ergo, si sub condicione stipuletur? videamus, ne nec hoc casu valeat[32], qu*ia*[33] ex praesenti vires accipit stipulatio, quamvis petitio ex ea suspensa sit.

§. 56. Item. Servo via inutiliter legatur. stipulatur autem eam utiliter, si dominus fundum habeat.

§. 57. Ususfructus do lego servo legatus morte et alienatione servi perit; si stipulatur, non perit: igitur et post mortem suam, sicut cetera, usumfructum servus stipulari potest; quod aliter est in legatis.

§. 58. Si heres fundi, cuius ususfructus ab ipso sub
condicione legatus | sit, usumfructum legave*rit* . . . 98. b.
*exsisten*te ea desinit ad posteriorem perti*nere*[34] . .
desierit habere usumfructum . . . .
Item ac siquis usumfructum . . . .
si ea nupserit, nubente ea . . . .
deinde amittet, si iurave*rit* . . . . *le*-
gis[35] enim beneficium quaten*us* . . . . . *Videa*-
mus quid dicendum sit, si Titius . . . *capite dimi*-
nutus sit. nihil enim habuit quod ami*tteret* . . *Ti*-
tio; ac si id ipsum testator expre*sserit* . . . *lega*-
verit Maeviae, deinde Titio . . . .

§. 59. *Ulp.* lib. XVII. ad Sabinum . Ve . . . .
cedere. Quamquam[36] ususfructus *ex fruendo consistat, id est facto aliquo eius*, *qui fruitur et* utitur, tamen ei[37] semel cedit *dies*.

§. 60. Item. Dies[38] autem ususfructus, ut[39] *usus, non prius cedet, quam adita heredita*te.[40] et Labeo quidem putabat etiam a*nte aditam hereditatem cedere diem ususfructus, sicuti ceterorum* legatorum. sed est verior Iul*iani sententia in usufructu diversam esse rationem*:[41] *tunc enim constituitur* ususfructus, cum quis iam f*rui potest*.

§. 61. Item. Amitti[42] autem usumfructum *capitis minutione constat: nec solum usum*fructum, sed etiam actionem de usuf*ructu* . . . .
vel per fideicommissum lego . . . . . . *Et parvi* refert, utrum iure sit constitut*us ususfructus*, *an vero tuitione praetoris: proinde traditus quoque ususfructus*[43], *scil*icet[44] in fundo stipendia*rio vel tributario*[45], *item in fundo vectigali vel superficie*, *non* iure constitutus, capitis min*utione amittitur*[46] . . . . . .
capitis minutio exstinguit usu*mfructum*

§. 62. Item. Sed[47] ita demum amitt*itur capitis diminutione ususfructus*, *si iam constitutus est*: ceterum, si ante *aditam* hereditatem aut ante *diem cedentem quis capite minutus est*, *constat non* amitti.[48] Et ita Iulianus lib. *XXXV. Dig. scribit* . . .
. . . tionem[49] fuit ex die legatus . . . *capitis* diminutio. hodie enim incip*it* . . . . . .

§. 63. Item. Usque[50] adeo autem capitis d*iminutio eum demum usumfructum perimit*, qui iam constitu-

---

20) Ita V. 21) V. *legatum.* Bark. *per legatum.* 22) V. *vel.* Legerim *potest*; *per*, nisi si quid h. l. desit. Bg. 23) Mai. aut *datur* corrigendum aut *sit* supplendum esse putat. 24) V. *ususfructus.* 25) V. *suidari.* 26) V. *iure.* 27) Ita Mai.; V. *quia.* 28) Fortasse *de* inserendum est. 29) Ita Mai.; V. *cessio.* 30) Est L. 26. D. de stip. serv. (45, 4.) inscr. *Paul. lib. I. Manualium.* 31) Dig. addunt *usumfructum.* 32) Dig. omittunt *videamus ne* et adiiciunt *stipulatio* 33) Ita Dig.; V. *quam.* An *quoniam?* 34) Kelier supplet: *et ad eum redit, si prior desierit* rel. At cum lacuna his verbis non expleatur, et L. 16. D. quib. mod. us. amitt. negationem postulet, malim: *et priori acquiritur; nec ad illum redit, si prior desierit* rel. 35) De indicta viduitate et lege Iulia Miscella hic agi constat. 36) Est L. 1. pr. D. quando dies us. leg. cedat (7, 3.) inscr. *Ulp. lib. XVII. ad Sabin.* ex qua sequentia restituta sunt. Inscriptionem loci nostri Bark. ita restituit: *ad Sabin. sub titulo: quando dies ususfructus legati cedat.* 37) Dig. om. *ei.* 38) §. 2. L. cit. 39) Dig. *item.* Fort. *aut.* Bg. 40) Dig. *quam hereditas adeatur.* 41) Haec, quae in Dig. desiderantur, in Maii exemplo ita restituta sunt, spatium autem vacuum aliquantum excedunt 42) Est L. 1. pr. D. quib. mod. us. am. (7, 4.) *Ulp. lib. XVII. ad Sabinum. Non solum usumfructum amitti capitis minutione constat, sed et actionem de usufructu; et parvi* rel. 43) E Dig. restituta. 44) Ita Blum. et Buchh. 45) Ita Blum. 46) E Dig. 47) §. 1. L. cit. 48) E Dig. restituta; sequentia ibi non leguntur. 49) Mai. supplet: *per damnationem.* Cur non *per vindicationem?* Haud meliore iure Buchh. legis 1 §. 2. D. quib. mod. us. verba *si tibi fundus* inseruit. Malim: *Si ususfructus — fuit ex die legatus, antequam dies venerit, non perimit eum capitis diminutio. Hodie* rel. 50) Est L. 1. §. 3. D. quib. mod. us. ex

tus est, ut si in *singulos annos legatus sit, is demum amittitur, qui iam processit.* |

§. 64. *Item. Sicut*[51] *in annos singulos ususfructus le-*
98. a. *gari potest, ita* nec[52] capitis diminutione amissus *legari prohibetur, ut adiiciatur „quotiensque capite minutus erit"*, vel sic „quotiens amissus *erit ususfructus, ei do lego": et tunc si capitis mi*nutione amittatur, repetitus *videbitur*[52*] . . . . . norum ante aditam hereditatem . . . . . . [53*] . . . . netur.

§. 65. *Papinianus lib. VII. Responsorum*[53]. *Equis per fideicommissum relictis post mo*ram faetus quoque praestabitur. sed faetus *secundus*[54] . . . . si gregem reliquit; vel morae actio . . . . relictum sequatur.

§. 66. . . . . um usufructu legato. Ulp.[55] . . . . usumfructum posse legari . . .

§. 67. . . . . *adc*rescendum, ut ne cuius- . . . . m summam igitur patientiam eam . . . . a te ususfructus caperet cete- . . . . in ea, aut in re nova omnes . . . . fructum. Sed in veteribus[56] rebus . . . . *dis*erte ibi scriptum est. Verendum . . . . ae.

§. 68. . *it*er non recipit hanc quaestionem, quia et di*vidi nequit*[57] . . . sit.[58] Et veteres quidem aestimandum *totum usumfructum putabant et i*ta constituendum, quantum sit in *legato. sed Aristo a veterum opinione re*cessit; ait enim posse quartam[59] ex eo *sicut ex corporibus retineri, idque Iulianus*[60] probat.

§. 69. *Lucius Titius testamento suo ita*[61] cavit „Do „lego eidem Seiae uxori *meae* ... us[62] mihi pro parte „heres est, usum*fructum* ... cum[63] in diem, quo le- „gitimae aeta*tis erit* . . . *satisdation*em[64] exigi veto; „ita tamen, ut ab ea[65] ... et studiis liberalibus insti- „*tuatur*[66] . . . *fidei*commissaria praeter uxorem de ... . toris[67] non debere conpelli ad satis*datione*m . . .

[*Quattuor folia deperdita sunt.*]

§. 70. *Si fundi ususfructus fuerit legatus, et sit ager, unde palo in fundum, cuius ususfructus legatus est, solebat paterfamilias uti, vel salice, vel arundine: puto* | fructuarium[68] *hactenus uti posse, ne ex eo ven-* 98. aa.
*dat; nisi forte salicti ei, vel silvae pala*ris, vel arundineti ususfructus *sit legatus: tunc enim et vendere potest. nam et Trebatius scribit* silvam caeduam *posse fructuarium caedere, sicut paterfamilias caedebat.* Item, ut arundinetum . . . . . alebat, non puto. Prohibetur . . . *licet paterfamilias vendere* non solebat, sed ipse ut*i: ad modum enim referendum est, non ad qualitatem utendi.* Cassius autem . . . . *Semin*ari[69] quoque usumfructum ita q . . . *conserendi* tantum agri causa facta su*nt* . . . . *arbores* demortuas ad fruc*tuarium pertinere* . . . . ceteraeque materiae . . . . secuntur numquid . . . . *ad proprietarium* spectet ut. . . . . Trebatius autem sim*pliciter* . . . . esse eas fructuarii . . . . fructuarium adm . . . .

§. 71. Item. *Ex silva caedua* usque[70] ad usum suum *et villae posse fructuarium ferre; nec materia eum pro ligno usurum, si* habeat, unde utatur lig*no*, *Labeo ait: idemque esse in arboribus evulsis, vel vi ventorum* etiam deiectis. Puto tamen . . . *si totus ager sit hunc* casum passus, *omnes arbores auferre fructuarium non posse.*[71] materiam tamen ipse *succidere, quantum ad villae refectionem, poterit: quemadmodum Neratius* lib. III. Mem*branarum ait, calcem coquere vel arenam fodere, aliudve* quid aedificio necessari*um sumere eum posse*[72] . . . . apud Labeonem agit[72*] a . . . . pertinere, quamvis Proculus non . . . .

Nunc videndum, si[73] *servi ususfructus sit legatus*[74]

qua sequentia Mai. supplevit. 51) Est L. 3. pr. D. tit. cit. *Ulp. lib. XVII. ad Sabinum.* 52) Ita V. teste Mai. in add. Dig. *et* pro *nec* et mox *potest.* 52*) E Dig. quae verba *ei lego* ins. post v. *cap. min. erit.* 53*) Vers. vac. 53) Ex L. 8. D. de usuris. Mai. 54) Dig. *praestabitur, ut fructus, sed fetus secundus ut causa, sicut partus mulieris.* In loco fortasse fuerunt: *sed faetus secundus, sicut partus mulieris, non praestabitur, nisi gregem* rel. 55) Blum. *Ulp. notat.* 56) Vel *ceteris.* Mai. V. *ceteribus.* 57) Ita restituit Buchh. 58) Fortasse supplendum est: *aliter atque si ususfructus legatus sit.* Sequentia ex L. 1. §. 9. D. ad Leg. Falc. inscr. *Paul. lib. sing. ad Leg. Falcid.* restituta sunt, quae incipit: *Si ususfructus legatus sit, qui et dividi potest, non sicut ceterae servitutes individuae sunt: veteres quidem* rel. 59) Dig. inserunt *partem.* 60) Dig. ins. *recte.* 61) Ita Mai. praeposita voce *Item*, quam eieci, quia hoc fragmentum ex Paulli lib. sing. ad Leg. Falc. desumptum esse minime constat. Idem feci in §§. 70. 71. 62) Buchh. *filius.* 63) Blum. *eum.* 64) Ita Buchh.; V. *uem*, Mai. *quem.* Kell. *cautionem.* 65) Buchh. *et alatur.* 66) Ita Buchh. 67) Buchh. *iussu Praetoris.* 68) Est L. 9. §. 7. D. de usufr. ex Ulp. lib. XVII. ad Sabinum, cuius ope Mai locum nostrum restituit. 69) Similia in §. 6. eiusd. L. inveniuntur. *Seminarii autem fructum puto ad fructuarium pertinere: ita tamen ut et vendere ei et seminare liceat. Debet tamen conserendi agri causa seminarium paratum semper renovare, quasi instrumentum agri: ut finito usufructu domino restituatur.* 70) Verba Ulp. lib. XVII. ad Sab. in L. 12. pr. D. de usufr. ex qua Mai. locum nostrum restituit. In Dig. est: *Arboribus evulsis vel vi ventorum deiectis usque ad usum suum et villae posse usufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia eum pro ligno usurum, si habeat, unde utatur ligno. Quam sententiam puto veram: alioquin et si totus ager sit hunc casum passus, omnes arbores auferret fructuarius.* 71) Ita Buchh. 72) Dig posteriorem partem ita exhibent: *materiam tamen ipsum succidere quantum ad villae refectionem putat posse: quemadmodum calcem, inquit, coquere, vel arenam fodere, aliudve quid aedificio necessarium sumere.* 72*) Fort. *ait.* Bg. 73) Est L. 21. D. de usufr. ex Ulp. lib. XVII. ad Sabin. quae incipit: *Si servi ususfructus sit legatus, quidquid* rel. 74) Suppl. cum Buchh. *quid insit*, aut

. . legato. quidquid is ex opera *sua adquirit, vel ex re fructuarii, sive mancipium* accipiat, sive stipuletur, *sive . . . sive ei possessio fuerit tradita*, legatario adquirit.[75] et si heres *institutus sit, vel legatum acceperit, poterit . . . . . .* quaeri; quamvis Labeo distinguat, *cuius gratia vel heres institutus sit, vel legatum acceperit.*[76] |

98. b. §. 72. . . . *Sicuti stipulatio*ne fructuario[77] adquirit *ita etiam paciscendo eum adquirere exceptionem fructuario*, Iulianus [78] XXXV. *Dig. scribit: idemque et si acceptum rogaverit, liber*ationem ei parere. *Quoniam autem diximus quod ex operis adquiritur ad fructu*arium pertinere, sciendum *est etiam cogendum eum operari. etenim modicam quoque* [78*] castigationem fru*ctuario competere Sabinus respondit et Cassius lib. VIII. Iuris* civilis scribit[79], ita ut[80] neque *torqueat, neque flagellis caedat . . . . .* ac [81] gladiatoriae ei usus . . . . ut conpetere posse. Ut vero pug- . . . . *Idem et S*abinus, quamvis navis[82] *usufructu legato navigandum mittendam puta*t, licet naufragii peri*culum immineat*; . . . . *n*aves enim ad hoc parantur, *ut navigent . . .*

§. 73.[83] . . . . *f*undos et mancipia dona . . . . *interveni*ente recepit stipu*latione*[84] . . . . *uten*di fruendique partis . . . . *in die*m vitae suae ex vo*luntate* . . . . a habuerit usque in . . . . os partis alterius adpro*bat* . . . . . *et* Paterno conss.[85] (233. *vel* 269.)

§. 74.[85*] . . . .[86] ex his aliqui mort*uus* . . . . si per damnationem . . . . *l*egaverit liberis mor*tuis* . . . . . .

§. 75.[85*]. . .*inter fructu*arios ius[87] adcrescendi. Sed . . . . in do lego legato m[88] . . . . . *Ceterum si separatim*[89] *usus*f*ructus* sit relictus, sine d*ubio ius adcrescendi cessat. Denique*[90] *apud Iulianum* lib. XXXV. Dig. quaeritur, si *communi servo ususfructus sit relictus, et utrique ex dominis* adquisitus sit[91], an al*tero repudiante vel amittente usumfructum, alter totum* habeat. Et Iulianus quidem[92] *putat ad alterum pertinere; et licet dominis* ususfructus non aequis partibus, *sed pro dominicis adquiratur, tamen persona eius, non dominorum,* inspecta ad *alterum ex dominis pertinere, non proprietati accedere.* | Idem ait[93], et si communi servo et separatim Titio ususfructus legatus sit, amissam partem ususfructus[94] non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere, quasi solum coniunctum; quam[95] sententiam neque Marcellus, neque Mauricianus probat; Papinianus quoque lib. XVII. Quaestionum ab ea recedit; quae sententia Nerati fuit e libro I. Responsorum relat*a*[96]. sed puto esse veram Iuliani sententiam: nam quamdiu vel unus utitur, potest dici usumfructum in suo esse statu.[97] Pomponius *autem*[98] libro VII. ex Plautio, relata Iuliani sententia, quosdam esse in diversam opinionem[99] ait: nec enim magis socio debere adcrescere, quam debere ei, qui fundi habens usumfructum partem ususfructus proprietario cessit, vel non utendo amisit. ego autem Iuliani sententiam non ratione adcrescendi probandam puto, sed eo, quod quamdiu servus est, cuius persona in legato spectatur, non debet perire portio: urgetur tamen Iuliani sententia argumentis Pomponi: quamquam Sabinus responderit, ut et Celsus[100] lib. XVIIII. Dig. refert, eum qui partem ususfructus in iure cessit, et amittere partem et ipso momento recipere: quam sententiam ipse ut stolidam reprachendit; etenim esse incogitabile eandem esse causam cuique et amittendi et recipiendi. 85. b.

§. 76. Iulianus scribit, [101] si servo communi et Titio

quid contineatur. 75) Dig. post vocem *fructuarii* habent *Ad eum pertinet, sive stipuletur, sive ei possessio fuerit tradita.* 76) Dig. *Si vero heres institutus sit, vel legatum accepit: Labeo distinguit,* rel. 77) Pars prior huius fragmenti exstat in L. 23. D. de usufr. *Ulp. lib. XVII. ad Sabin. Sed sicuti stipulando fructuario* rel. 78) Dig. ius. *lib.* 78*) V. *quae* pro *que.* 79) Dig. *scripsit.* 80) In Dig. Flor. *vi.* Hal. et Vulg. ut in nostro *ut.* 81) Mai. rest. *harenae.* An *operae?* 82) L. 12. §. 1. D. de usufr. *Ulp. lib. XVII. ad Sabinum: Navis usufructu legato navigandum mittendam puto, licet* rel. 83) Signo §., quod in Berolinensi exemplo, h. l. omissum, inferius (§. 75.) minus recte positum est, quodque Buchh. in §. 71. verbis *Nunc videndum* praeposuit, hunc locum deberi manifestum est. novum enim incipit comma, ut vacua antecedentis versus posterior particula docet. 84) Ita Buchh. restituit. 85) Haec subscriptio, et *partis alterius* commemoratio rescriptum indicant aut Severi Alexandri, aut M. Claudii, quod ex libris Ulpiani desumptum esse Buchh. temere praesumpsit. 85*) Ed. Berol. §§. 73. 74. 86) Mai. inscriptionem praeposuit: *Ulp. lib. XVII. ad Sabinum,* quod quo iure fecerit, non intelligo, nisi forte ipsa Sabini verba, quae Ulpianus in sequentibus et maxime in §. 86. explicat, his frustulis subesse crediderit. 87) Sequentia usque ad §. 88. ex Ulp. lib. XVII. ad Sabinum exscripta de usufructu accrescendo habent et maximam partem reperiuntur in LL. *1.* 3. 8. D. de usufr. accr. Desideratur in V. quod ex eod. Ulp. libro LL. 6. 10. 12. ei. tit. exhibent. — L. *1.* cit. ita incipit: *Quotiens ususfructus legatus est, ita inter fructuarios est ius accrescendi, si coniunctim sit ususfructus relictus. Ceterum* rel.; ex quibus Mai. et Buchh. principium loci nostri restituerunt, inserendo vocem *est* inter *fructuarios* et *ius.* 88) V. *m* cum duobus punctis (nisi forte sit lineola) superimpositis. An *modo?* Mai. — Fortasse legendum est: *modo coniunctim relictus sit. Ceterum* rel. cf §. 77. *Interdum tamen, etsi non sunt coniuncti* rel. — Buchh. ita: *Sed etsi coniunctim sit ususfructus relictus, vel separatim, in do lego legato ius accrescendi est. Ceterum si separatim unicuique partis rei ususfructus* rel. 89) Dig. inserunt *unicuique partis rei*, a Maio omissa, et recte, quantum video. 90) L. 1. §. *1.* D. cit. 91) Dig. *utrique domino adquisitus.* 92) Dig. *Et putat.* 93) L. 1. §. 2. D. cit. 94) Dig. *amissum ab altero ex sociis usumfructum.* 95) Dig. *quae sententia vera est, nam quamdiu* rel. 96) Ita Mai.; V. *relatum.* 97) Dig. *in suo statu esse.* sequentia omittunt. 98) V. *ait.* 99) Mai. sextum casum, ut in fine §. 77. postulat, Bark. corrigit *isse*, Klenz. Bg. et Buchh. nihil mutandum censent. 100) V. *Celsus Iulianus.* unde Mai. *Celsus.* [Ed. Berol. §. 75.] *Iul.* etc. Sed posterius nomen mendo librarii irrepsisse argumenta librorum et Celsi et Iuliani docent. Corrigendum tamen videtur cum Buchh. *lib. XVIII.* cf. §§. seqq. et Hommel. Paling. 101) Totius loci senten-

usus fructus legetur, et unus ex dominis amiserit usumfructum, non adcrescere Titio, sed soli socio: quemadmodum fieret si duobus coniunctim et alteri separatim esset relictus. Sed qui diversam sententiam probant quid dicerent? utrum extraneo soli, an etiam socio adcrescere? Et qui Iulianum consuluit, ita consuluit, an ad utrum [102] pertineat, quasi possit et ipsi socio adcrescere. *At*quin quod quis amittit, secundum Pomponi sententiam ipsi non accedit.

§. 77. Interdum [103] tamen, etsi non sint coniuncti, tamen ususfructus legatus alteri adcrescit: ut puta si mihi fundi ususfructus separatim totius, et tibi similiter fuerit ususfructus [104] relictus. nam, ut Celsus lib. XVIII. Dig. et Iulianus lib. XXXV. scribit [104*], concursu partes habemus. Quod et in proprietate contingeret: nam altero repudiante alter totum fundum haberet. sed in usufructu hoc plus est (contra [105] quam Atilicinum respondisse *Au*fidius [106] Chius refert), quod et constitutus nihilominus amissus [107] ius adcrescendi *ad*mittit [108]. omnes enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt, ut et [109] Celsus et Iulianus eleganter aiunt [110]: ususfructus cotidie constituitur et legatur, non, ut proprietas, eo solo tempore, quo vindicatur. Cum primum itaque non inveniet alterum [111], qui sibi concurrat, solus utetur totum [112]. Vindius tamen dum consulit Iulianum, in ea opinione est, ut putet non alias ius adcrescendi esse, quam in coniunctis; qui responso ait, Nihil refert coniunctim an separatim relinquatur. |

85. a. §. 78. Iulianus lib. XXXV. scribit [113], si duobus heredibus institutis deducto usufructu proprietas legetur, ius adcrescendi heredes non habere: nam videri usumfructum constitutum, non per concursum divisum.

§. 79. Neratius [114] putat cessare ius adcrescendi, lib. I. *Resp.*; cuius [115] sententiae congruit ratio Celsi dicentis totiens ius adcrescendi esse, quotiens in duobus, qui [116] solidum habuerunt, concursu divisus est.

§. 80. Unde Celsus [117] lib. XVIII. [118]: si duo fundi domini deducto usufructu proprietatem mancipaverint [119], uter eorum amiserit usumfructum, ad proprietatem redire: sed non ad totam [120], sed cuiusque usumfructum ei parti accedere, quam ipse mancipavit [121]: ad eam enim partem redire debet, a qua initio divisus est. Plane, inqui*t* [122], si partem ususfructus habea*s* [123], et ego totam proprietatem cum partis usufructu, non posse me eam [124] partem tibi mancipare, quae est sine usufructu, quoniam nullam partem habeo, in qua non est tibi ususfructus.

§. 81. *Papinianus* quoque libro XVIII. Quaestionum sententiam Nerati probat, quae non est sine ratione.

§. 82. Poterit quaeri, si duobus servis heredibus institutis deducto usufructu proprietas sit legata, an altero defuncto ususfructus proprietati adcrescat? nam illud constat, ut et Iulianus lib. XXXV. scribit, et Pomponius lib. VII. ex Plautio non reprobat, si duobus servis meis ususfructus legetur, et alter decesserit, cum per utrumque quaesissem usumfructum, ius adcrescendi me habere; cum, si alterius nomine repudiassem, alterius quaesissem, haberem quidem usumfructum totum iure adcrescendi, sed ex solius persona amitterem. in proposito autem, siquidem pure fundus [..[125]..] non ex persona servi. Et ita Iulianus quoque lib. XXXV. Dig. scribit, quamvis Scaevola apud Marcellum dubitans notet. *At* [126] si sub condicione sit legatus, potius ex persona domini constitui usumfructum Marcellus lib. XIII. Dig. scribit; ubi Scaevola notat: Quid si pure? sed dubitare non debuit, cum et Iulianus scribat ex persona servi constitui. secundum quae ius adcrescendi locum habere*t* [127] in duobus servis, siquis contrariam sententiam probaret. sed nunc, secundum Iuliani sententiam et Nerati, cessat quaestio.

§. 83. Non [128] solum autem si duobus do lego [129] ususfructus legetur, erit ius adcrescendi, verum si [130] alteri ususfructus, alteri proprietas [131]; nam amittente usumfructum altero, cui erat legatus, magis iure adcrescendi ad alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec novum: nam et si duobus ususfructus legetur, et apud alterum sit consolidatus, ius adcrescendi non perit; nec ei apud quem consolidatus est, neque ab eo: et ipse quibus modis amittere*t* [132] ante consolidationem, iisdem et nunc ipso quidem iure non amittet; sed praetor, subsecutus exemplum iuris civilis, utilem actionem dabit fructuario [133]: et ita Neratio et Aristoni videtur, et Pomponius probat [134]. quamquam Iulianus lib. XXXV. Dig. scribat, ipsi quidem ius adcrescendi | [135] XV.

[*Unum aut duo exciderunt folia.* [136]]

---

tiam Dig. ita contractam exhibent L. 1. §. 2. in fine: *Idem est, si duobus coniunctim, et alteri separatim ususfructus esset relictus.* 102) Ita V. et Mai. quam scripturam tuetur Bg. Malim cum Kell. *utrumque.* 103) L. 1. §. 3. D. cit. 104) Dig. v. *ususfructus* non habent. 104*) V. *scr.* Mai. *scribunt*, in add. *scribit*; ut Dig. 105) Dig. haec omittunt. 106) V. Mai. *Anfidius.* 107) Dig. *quia et const. et postea amiss. nihilominus* rel. 108) Ita Dig. — V. Mai. *amittit.* 109) Dig. *et ut.* 110) V. *adiunt.* 111) Dig. *alter eum.* Buchh. proponit *primus alterum*, aut *alter alterum.* 112) Dig. *in totum. Nec refert* rel. 113) L. 1. §. 4. D. cit. *Idem Iulian. lib. XXXV. Digestorum scripsit.* 114) Ante nomen *Neratius* spatium est, in quo *Item* aut *Idem* fuisse suspicatur Blum.; L. 3. pr. D. cit *Idem Neratius* rel. 115) Dig. *cui.* 116) Dig. *in solidum.* 117) L. 3. §. 1. D. cit. 118) Dig. inser. *scribit.* 119) Dig. *tradiderint.* 120) Dig. *totum.* 121) Dig. *tradiderit.* 122) V. Mai. *inquid.* Haec et sequentia usque ad §. 83. in Dig. non inveniuntur. 123) Ita Sav.; V. Mai. *habeat.* 124) Ita Sav.; V. et Mai. *me meam.* 125) Sensus postulare videtur ut suppleamus: *legatus sit, ex persona servi constituitur ususfructus; si vero sub condicione, ex persona domini, non* rel. 126) V. Mai. *Ad.* 127) Ita Heimsoeth., et recte, quantum video. V. et Mai. *habere.* 128) L. 3 §. 2. D. cit. 129) Dig. non habent *do lego.* 130) Dig. *est ius accr., verum et si.* 131) Dig. *alteri fundus legatus est.* 132) V. Mai. in cont. *amittere.* 133) Dig. *iisdem et nunc amittet.* 134) Dig. habent *et ita et Neratio ... probat;* seqq. omittunt. 135) Supple *competere, non vero fructuario ab eo.* 136) In his argumentum L. 6. D. de usufr. accr. fuisse suspicor

96. a. 95. a. §. 84. difficile[137] est dicere. quamquam non sit longe, quod Marcellus lib. XII. Dig.[138] scribit, si duobus pure Stichus legetur, et alter manumittat, alter post manumissionem repudiet, ubi non fit caducum, libertatem locum habere. idemque et si heres[139] deliberante legatario[140] manumittat, mox legatarius repudiaverit: nam hoc casu liberum fore ait[141].

§. 85. Si tamen per damnationem ususfructus legetur, ius adcrescendi cessat: non inmerito, quoniam damnatio partes facit. Proinde si rei alienae ususfructus legetur, et ex Neroniano confirmetur[142] legatum, sine dubio dicendum est ius adcrescendi cessare, si modo post constitutum usumfructum *f*uerit amissus. quodsi ante, et socius[143] amittat, erit danda totius petitio. idemque et si sinendi modo fuerit legatus ususfructus. An tamen in Neroniano, quoniam exemplum vindicationis sequimur, debeat dici utilem actionem, amisso usufructu ab altero, alteri dandam, quaeri potest: et puto secundum Neratium a*d*mittendum[144]. In fideicommisso autem id sequimur, quod in damnatione.

§. 86. Novissime, quod ait Sabinus, si[145] uxori cum liberis ususfructus legetur, amissis liberis eam habere, quale sit videndum. Et siquidem do lego legetur, tametsi quis filios legatarios acceperit, sine dubio locum habebit propter ius adcrescendi. sed si legatarii non fuerint, multo magis, quoniam partem ei non fecerunt, tametsi cum ea uterentur. Matre autem mortua, siquidem legatari fuerunt, soli habebunt iure adcrescendi: si heredes, non iure adcrescendi, sed iure dominii, si fundus eorum est, ipsis adcrescit; sin minus, domino proprietatis. sed si nec heredes fuerunt, nec legatarii, nihil habebunt. [§. 87. [146]] Quodsi per damnationem fuerit ususfructus legatus matri, siquidem legatarii sunt fili, partes sunt[147]: si non sunt, sola mater legataria est, nec mortalitas liberorum partem ei facit.

§. 87.[147*] Sabinus certe verbis istis non ostendit utrum legatarii fuerint nec ne. sed Iulianus[148] lib. XXXV. Dig. relata Sabini scriptura ait intellegendum eum, qui solos liberos heredes scribit, non ut legatariorum fecisse mentionem, sed ut ostenderet magis matrem ita se velle frui, ut liberos secum habeat: alioquin, inquit, in damnatione ratio non permittebat ius adcrescendi. proposuit autem Iulianus vel do lego legatum usumfructum, vel per damnationem; et sic sensit, quasi legatarii sint et heredes soli, in do lego legato non esse ius adcrescendi, a*t*que si alteri ab altero legetur, quoniam a semetipsis inutiliter legatum est, sibi non concurrunt, matri vero non in totum concurrunt, sed alter pro alterius portione[149]: et in eo dumtaxat ius adcrescendi erit; mater tamen adversus utrumque ius adcrescendi habet. |

§. 88. Iulianus subicit Sextum quoque[150] Pomponium 95. b. 96. b.
praeferre, si per damnationem ususfructus uxori et liberis[151] legetur, singulare hoc esse, a*t*que ideo fili personam[152] matri accedere[153]; nec esse legatarios, sed matre mortua liberos quasi heredes usumfructum habituros. Ego, inquit Pomponius[154], quaero, quid si mixti fuerint liberis extranei heredes? ait et filios pro legatariis habendos, et mortui partem interituram: Aristonem autem adnotare haec vera esse. et sunt vera.

§. 89. *Ulp.*[155] ad Sabinum lib. XVI. De[156] illo Pomponius dubitat, si fugitivus, in quo ususfructus meus[157] est, stipulet*ur* aliquid[158], vel mancipium accipiat[159]; an per hoc ipsum, quasi utar[160], retineam usumfructum. magisque admittit retineri[161]. nam saepe etiamsi praesentibus servis non utamur, tamen usumfructum retinemus, ut puta aegrotante servo, infante[162], cuius operae nullae sunt, vel defectae senectutis homine[163]. nam et si agrum aremus[164], licet tam sterilis sit, ut nullus fructus nascatur, retinemus eum[165]. Iulianus tamen lib. XXXV. Dig. scribit, etiamsi non stipuletur

137) Ultima verba huius loci exstant in L. 2. D. de manumiss. *Ulp. lib. XVII. ad Sabin. Si heres* rel. 138) Locum Marcelli ex lib. XIII. Dig. mutatum exhibet L. 31. D. de test. mil. *Si miles Titio et Seio servum legaverit, et Titius manumisisset deliberante Seio, moxque is legatum omisisset, liberandum fore dico: quia etsi heres servum alicui legatum interim manumisisset, deinde legatarius repudiasset, liber esset.* 139) V. *herede.* 140) L. 2. cit. ins. *servum legatum.* 141) Dig *repudiaverit: manumissum liberum fore placet.* 142) Ita Buchh.; V. Mai. *confirmatur.* 143) Buchh. *antea socius.* 144) Ita Mai. in ann.; V. *amittendum.* 145) L. 8. D. de usufr. accr. *Ulp. lib. XVII. ad Sabinum. Si mulieri cum liberis suis ususfructus legetur, amissis liberis ea usumfructum habet: sed et matre mortua liberi eius nihilominus usumfructum habent iure adcrescendi.* 146) Aperte §phi signum h. l. perperam a prioribus editoribus positum est: locus usque ad verba *partem ei facit* pars est §phi 86. Rem ordinavimus. 147) Malim *habebunt* vel *fiunt.* 147*) Vid. not. 146. 148) L. 8. cit. post verba supra transscripta ita pergit: *Nam et Iulianus lib. XXX. Dig. ait, idem intelligendum in eo, qui solos liberos heredes scripserit: licet non ut legatarios eos nominaverit, sed ut ostenderet magis velle se matrem ita frui, ut liberos secum habeat fruentes.* 149) Mai: . . . *adcrescendi. Adque . . . concurrunt, matri* etc. Keller voluit: . . . *adcrescendi, quoniam a semet ipsis inutiliter legatum est. Atque si . . . legetur, sibi* rel. Cum neutrum idoneum praebeat sensum, neque quod mihi ipsi visum erat legendum esse *quasi si legatarii . . . non esset ius* etc, neque quod Bg. fecit periculum, ut legeret . . . *adcrescendi, atque . . . legetur: quoniam . . . legatum est: sibi non* rel. rem expediat, nisi cum Bg. dicas excidisse aliquid; locum, quem sanare nescimus, intactum relinquendum esse putavimus. 150) V. Mai. *quoque et Pomp.* Copulam ex seqq. irrepsisse putat Bg., cui non obstat L. 32. pr. D. de leg. 1. 151) Ita Kell.; V. *et liberis uxori.* Mai. prop. *uxoris.* 152) Ita V. recte; Kell. proponit *fili portionem.* 153) V. Mai. in cont. *accederet* 154) L. 8. D. de usufr. accr. *Sed et Pomponius quaerit, quid si mixti fuerint liberi et extranei heredes? et ait filios legatarios esse intelligendos. Et per contrarium* rel. quae V. omittit. 155) Ita Mai. 156) Est L. 12. §. 3. D. de usufr., ex lib. XVII. Ulp. ad Sab. 157) Dig. *meus ususfructus.* 158) Dig. add. *ex re mea.* 159) Ita V. Mai; Dig. *vel per traditionem accipiat.* 160) Verb. *utar* V. agnoscit teste Mai. in add. 161) Dig. *retinere.* 162) Dig. *vel infante.* 163) Ita Mai. in add.; V. *hominem.* 164) Mai. in add. proponit *non aremus.* Perperam. 165) Dig. *retin. usumfructum.*

qui*d* [166] servus fugitivus intra annum mancipiove[167] accipiat, tamen retineri[168] usumfructum. nam qua[169] ratione, inquit, retinetur a proprietatis domino [170] possessio, etiamsi in fuga servus sit, pari ratione etiam ususfructus non amittitur [171].

§. 90. . . . lib. I. de interdictis [172], sub titulo „In „eum, qui legatorum nomine, non voluntate eius, cui „bonorum possessio data erit, possidebit". Si usufructu legato legatarius fundum nanctus sit, conpetit [*utile* [173]] interdictum adversus eum, quia non possidet legatum, sed potius fruitur. Inde et inderdictum „Uti possidetis" utile hoc nomine proponitur [*et*] [174] „Unde vi", quia non possidet. Utile . . . tali [175] concipiendum est „Quod de his bonis legati nomine possides, „quodque uteris frueris, quodque dolo malo fecisti, „quominus possider*es* [176], utereris fruereris" cetera.

§. 91. *Idem* [177] lib. II. de interdictis, sub titulo „Si „uti frui prohibitus esse dicetur". Non is, ad quem ea res pertinet [178] . . . legatum est, qui [179] utendi fruendi causa, cum ususfructus ad eum pertineret, missus [180] in qua re sit, possidere eam videtur, et ob i*d* [181], qui uti frui prohibitus est, proprie deiectus dici non potest. ideo specialiter hoc interdictum eo casu desiderari . .

§. 92. *Idem* [182] lib. IV. de interdictis, sub titulo „A „quo ususfructus petetur, si rem nolit defendere". Sicut corpora vindicanti, ita et ius, satisdari oportet; et ideo necessario exemplo [183] interdicti „Quem fundum" proponi etiam interdict*um* [184] „Quem [185] usumfructum vindicare velit" de restituendo usufructu.

§. 93. Post pauca sub titulo suprascripto. Restitutus ex hoc interdicto ususfructus intellegitur, cum petitor in fundum admissus sine periculo interdicti „Unde vi" ad eam rem propositi depelli non potest. Idem Paedius a*it* [186] diversam causam esse possessionis, cum ille qui possesso*r est* . . .

[*Desunt folia duo aut quattuor.*]

DE RE UXORIA ET DOTIBUS[1].

§. 94. . . *Paulus lib. VII. Responsorum. Fundus aestimatus in dotem datus a creditore antecedente*
91. a. *ex causa* [2] | fiduciae [3] ablatus est; quaero [4] an mulier, si aestimationem dotis repetat, exceptione submovenda sit? ait enim se propterea non teneri, quod pater eius dotem pro se dedit, cui heres non extitit [5]. P. respondit, praedio evicto siue [6] dolo et culpa viri, pretium petenti [7] doli mali exceptionem obesse [8]; quae tamen officio iudicis rei uxoriae continetur. Poterit mulieri prodesse hoc, quod ait se patri heredem non extitisse, si conveniretur; amplius autem et consequi eam pretium fundi evicti evidens iniquitas est, cum dolus patris ipsi nocere debeat.

§. 95. P. respondit solam testationem dotis repetendae non sufficere ad moram doti factam, ut actio eius ad heredem transmittatur.

§. 96. Die nuptiarum virgini optulit munus, et duxit eam. quaero de donatione. P. respondit, si ante nuptias uxori futur*ae* sit . . . a . a . enial . . [9] traditus est, donationem perfectam videri; quodsi post nuptias donatio intercessit, tunc iur*a* [10] donationem inpedisse. quoniam igitur die nuptiarum munus datum proponi-

---

166) Ita Dig.; V. Mai. *quis.* 167) V. Mai. *mancipioque.* 168) Dig. *fugitivus, retineri tamen.* 169) Ita Dig.; V. Mai. *nam in qua.* 170) Dig. *proprietario.* 171) Dig. *ususfr. retinetur.* 172) An Venuleii sunt §§. 90—93., quem libros IV. de interdictis scripsisse ex indice Florentino scimus? Ulpiani esse Zimm. et Buchh. suspicantur. Schrad. sive Ulpiani sive Paulli. Scripturam V. in his §§. minus distinctam esse testatur Blum. 173) Sav. coni. 174) Ita Sav. locum ordinavit. Mai. *fruitur inde. Et interdictum . . . proponitur. Unde vi* rel. 175) Supple *Utile autem interdictum quod legatorum formula tali.* Pro *tali* Bl. ductus incertos exhibet hos *dauito*(vel *e*)*la.* 176) V. Mai. *possidens.* 177) Ita Mai. 178) Verba *non is . . . pertinet,* quae Mai. formulae vindicaverat, cum sequentibus coniungenda esse Sav. monuit. 179) Pro *legatum* Bl. exhibet . . . *catum.* Sav. supplet: *pertinet, quae legata est, veluti qui*; Klenz. *pertinet, cuive quid legatum est, qui.* 180) Sav. prop. *admissus.* 181) V. Mai. *it.* 182) Suppl. Mai. 183) V. et Mai. *exemplum.* An *ad exemplum?* Schrad. Buchh. 184) Mai. rest. *interdicto.* 185) V. *q.* suprapositа sive lineola sive *i* sive *m.* Bl. 186) Ita Mai.; V. *ali.*

1) Ita V. teste Mai. in add. In exemplo suo habet *De dotibus et re uxoria.* 2) Ex L. 49. §. 1. D. soluto matr. ita restituit Mai. 3) Dig. *pignoris.* Mai. *pignoris vel fiduciae.* 4) Dig. *quaesitum est.* 5) Dig. *exstiterit.* 6) V. *respondit pro praedio evicto si sine.* et ita Mai. 7) Dig. ins. *mulieri.* 8) Dig., sequentibus usque ad verba *amplius autem et* omissis, ita pergunt: *consequi enim eam* rel. 9) Mai.: *futurae sita . . a . . geniali.* etc. Blum. in V. haec vestigia scripturae se vidisse testatur *situlbat*(*a*)*ac*(*g* vel *q*)*eniale* (*o* vel *is?*). Bark. proponit *sit donatum*, i. e. *priusquam aqua et ignis illi traditus est.* Cf. L. 66. §. 1. D. de don. int. vir. et ux. Magis litterarum ductibus, quam sensui respondent verba *situlus cum aqua geniali,* aut *situlus aquae genialis.* Bg. 10) V. et Mai.

tur, facilius in iudicio examinari posse tempus donationis et matrimonii.

§. 97. P. respondit id quod dotis nomine marito datum est, si post mortem mariti nulla mora intercessit, apud heredem mariti remanere oportere.

§. 98. P. respondit stipulationem quidem in hunc casum conceptam „cum moriar, dari" utilem esse, etiamsi mixti [11] casus non intervenirent. ut autem de dote sua, quam apud maritum habet, mulieri testari liceat, inutiliter convenisse videri.

§. 99. P. respondit filiamfamilias ex dotis dictione obligari non potuisse.

§. 100. Mater pro filia partem dotis dedit, partem dixit; filia in matrimonio decessit relictis filiis ex alio matrimonio; quaero de iure dotis. P. respondit eam, quae data est, mortua in matrimonio muliere apud virum remansisse; eam, quae dicta est a matre, peti [12] non posse.

§. 101. P. respondit rebus non aestimatis in dotem datis maritum culpam, non etiam periculum praestare debere.

§. 102. L. Titius cum esset in patris potestate, absente eo duxit in matrimonium Septiciam filiamfamilias, cuius nomine dotem accepit a patre; postea supervenit pater, quo praesente duravit [13] in diem mortis filii [14] matrimonium; postmodum decessit L. Titius: quaero an ex eo, quod non contradixit pater, etiam dotis dationi consensisse videatur, et ideo actione rei uxoriae filii nomine teneatur? P. respondit patrem etiam postea nuptiis consentientem et matrimonium filii sui et dotem efficere; et ideo ex persona filii [15] rei uxoriae iudicio vulgari conveniri posse; in qua actione peculi quantitas deducitur. Tamen in proposito tutius fuit respondere ex persona filii eum conveniri posse, qui solus contraxerat; etsi alias placeat
91 b. patrem, quo consentiente filius | dotem accepit, rei uxoriae iudicio vulgari conveniri posse.

§. 103. P. respondit rei uxoriae titulo id solum peti posse quod in dotem datum est. Ex donatione autem non potest peti id, quod ante matrimonium in stipulatum deductum non est, salvo eo, ut quaeratur utrum perfecta fuit donatio, an non.

§. 104. P. respondit dignitatem mul*ie*rum [16] ex honore matrimonii et augeri et minui solere.

§. 105. P. respondit rebus [17] in dotem datis et manente matrimonio evictis viro adversus uxorem ex empto conpetere actionem; et ideo eius quantitatis, quae in aestimationem deducta est, sextas retineri posse.

§. 106. Convenit in pacto dotali, ut divortio facto sextae liberorum nomine retinerentur; quaero an discidio interveniente sextae retineri possint? P. respondit secundum ea, quae proponuntur, posse.

§. 107. Item. Quaesitum est, si vir, qui repudium misit, [et] [18] eandem reduxit, eaque mulier absente viro de domo discesserit, an aeque sextae retineri possint ex priore pacto? P. respondit, si verum divortium intercessit, et ad eundem rursum reversa, non renovato pacto, man*en*te [19] dote divortit, sextas liberorum nomine ita demum retineri posse, si culpa mulieris divortium intercessit.

§. 108. Paulus lib. VIII. Responsorum titulo de re uxoria [20]. P. respondit patrem dotem a se profectam, mortua in matrimonio filia, deductis quintis singulorum liberorum nomine, repetere posse.

§. 109. P. respondit pupillorum matrem uxorem ducere tutoribus interdictum non esse, et ideo eum, de quo quaeritur, et privignum fuisse et recte heredem institutum videri.

§. 110. P. respondit etiam post nuptias copulatas dotem promitti vel dari posse; sed non curatore praesente promitti debere, sed tutore auctore.

§. 111. L. Titius a Seia uxore sua inter cetera accepit aestimatum etiam Stichum puerum, et eum possedit annis fere quattuor; quaero an eum usuceperit? P. respondit, si puer, de quo quaeritur, in furtivam causam non incidisset, neque maritus sciens alienum in dotem accepisset, potuisse eum aestimatum in dotem datum post nuptias, ante no*n* [21], usucapi; *quamvis* [22] Iulianus et ante nuptias res dotis nomine traditas usucapi pro suo posse existimaverit [23], et nos quoque idem probemus; tamen hoc tunc verum est, cum res dotalis [24] sunt. cum vero aestimatae dantur, quoniam ex empto [25] incipiunt possideri, ante nuptias [26] pendente venditione, non prius ususcapio sequi potest, quam nuptiis secutis.

§. 112. Apud magistratus de plano L. Titius [27] his verbis a marito repetit. Anicius Vitalis dixit „Quon-„iam praesto est Fl. Vetus iunior, peto rem | . . . e [28] 99. b.
„ab eodem ex legibus et edictis dotem et peculium" . . . *d*ixit [29] tabulis signatis, nec p*r*otulit [30]. Fl. Vetus iunior dixit „ . . . us sum" [31]. Duumvir dixit „Sermo vester in actis erit". *Quaero an ad* heredes eius rei uxoriae actio transierit, cum his quaer*endae actionis neque* [32] . . . curator, neque procurator, ne-

---

iure. 11) Ita videri in V. annot. Mai. — Kell. proponit *mulieris curatores.* Buchh. *rei uxoriae cautiones.* 12) Ita Sav. Bl. et Bark.; V. *repeti.*, quod tuetur Buchh. 13) Ita Sav. et Kell. — V. *dutavit.* Mai. *dotavit.* 14) In V. teste Maio vox *filii* loco deletae vocis *pater* posita esse videtur. 15) Sav. prop. *et ideo et r. u. iud. vulg. conveniri posse, et ex p. filii, in qua act.* rel. Quid si *filii, reive* legamus? Bg. 16) Ita Bien. et Klenz.; V. *multorum.* 17) Supple *aestimatis* Sav. 18) V. Mai. *et eandem.* 19) V. *mante.* 20) Verba *tit. de re ux.* alia manu scripta sunt teste Mai. 21) V. *anteno*, mox factum *antino*, tum denique correctum *anno*, teste Mai. qui novissimam scripturam recepit. Primam (*ante nō*) genuinam esse puto. 22) V. *qn.* id est *quoniam.* Sed corrigendum *qu. quamvis.* Mai. — V. scripturam tuetur Kl. 23) Ita V. teste Mai. in add. pro *aestimaverit.* 24) Ita V. pro *dotales.* 25) Mai. coni. *quoniam ex empto non inc.* nam incisionem post *possideri* nullam habet. 26) V. et Mai. ins. *aut*, quod Sav. auctore expunxi. Kell. proponit *ut.* Bl. *velut.* Buchh. *sicut* Bg. *autem.* 27) Buchh. *Titia.* 28) Buchh. *peto rei uxoriae actione.* 29) Buchh. *Mandatum sibi esse dixit.* 30) Ita Mai.; V. *pertulit.* 31) Buchh. *interpellatus sum.* 32) Ita Meyerf.; Mai. loco

que cognitor aut *advocatus facultatem* [32] haberet. P. respondit mulieris nomine postulatum virum . . . *pos*se [33] actionem rei uxoriae perpetuari. [34]

§. 113. . . . *v*erecundiam, hoc est vitae probabilis instrumentum . . . *pe*riculum redigi, ut eam praelatam *l*iceat *propriet*atis eum [35] . . . fretus coniunctionis firmitate proi . . . . . [36] em . . . m iuxta statutum iudicantis adflixerit . . . a deprimitur. Viderit enim utrum in praeteritum . . . *d*ote repromissa aestimantis aliquid remanere . . . constituta petendi firmitas putaretur, e conmu . . . tior parentium affectus persuasit, ut in solo . . . dote obligatio gigneretur frustra evidens . . . . am restituendae dotis voluntatem astutia here*d* . . . speciebus, quas doti pater filiae nomine designave . . . um libelli scribtione promat, et de redhibitione . . . a filiae dotem restitui voluit. Frustra Maximus . . . *d*esiderat Renato submoto, cui dos Paulinae no*mine* . . . repetitionem instituere potuisse iudicavit . . . . ui voluntas soceri primo per libellum dehinc . . . consuluit auxilium nostrae mansuetudinis in . . . *un*dique versum eius actionibus aditum daret, qui cum repetitionem . . . set violato necessitudinis iure secundo soceri iu . . . *ad*ipisci merebatur. quapropter Maximi sententia dotem, cuius . . . *iuxta*[37] extremam restitui voluntatem, qui eam reddi . . . *pro*hiberi placuit. nec enim dubium est effectum restitutio . . . *d*estinatum, cui dotem filiae nomine per libellum.

§. 114. Paulus lib. VIII. R. [*Inter*] virum et uxorem convenit, cum res et . . . [38] *in d*otem darentur, ut
99. a. divortio secuto utrum vellet mulier | eligeret, vel mancipia, vel aestimationem. Manente *matrimonio ancillae* [39] pepererunt. quaesitum est, si mulier mancipia elegisset, *an partus apud maritum remanere*[39] deberent? P. respondit, quoniam periculo mariti vixerun*t mancipia, partus sicut fructus matrimonii* [39] tempore perceptos apud virum remanere debe*re* . . .

§. 115. . . talem consultationem et responsum [40] . . . *Lucia* Titia cum nuberet Septicio maioris dig*nitatis* . . . milia in dotem dedit, cum non amplius in bonis ha*beret* . . . verum est quod a quibusdam dicitur, omnia in dotem da . . . da . . . [41] dari posse, argumento esse in manu*m* [42] conventione*m* . . .

§. 116. . . . ia [43] filia repudium genero misit. Quaero . . . nis [44] dotem petere possit? P. respondit matrimonium quidem re*pudio a patre misso ipso iure solutum*[45] videri, se*d non licere* patri filiam invitam a marito *abducere; nec* [45] dotem repetere posse, nisi filia consentiente.

§. 117. Lucius Titius Septiciam ducturus uxo*rem erat* . . Postea Septicius datus tutor Septiciae eunde*m Titium potiorem*[46] *nominavit*[47] tutorem. Quaero an excusandus sit? P. respondit, de o*fficio* . . . [48] eum facturum, si eum, de quo quaeritur, potiorem non *pronuntiet, ne nuptias*[49] destinatas eorum [50] inpediat.

§. 118. P. respondit etiam ma*nente accusatione adulterii* [51] eam, quae rea facta erat, nubere potuisse.

§. 119. Ulpianus lib. II. de officio proconsulis. Impp. Augg. Iulio Iu . . tam [52] dotem recte reddi sibi desiderare dix*it* [53], quae . . . quod etiam in patre servabitur, qui consentiente filia re . . . [54] nec moratoriae dilationi locus erit, quod mal . . .

§. 120. Ulpianus lib. XXXIII. ad Edictum. Inter cetera reddenda . . . ut [55] retentionum ratio habeatur. Siquidem conveni*t* . . non [56] deterior dotis causa fiat, nisi in eum casum, quo . . . [57] hoc enim iure utimur; et Iulianus scribit, et est rescript*um* . . . dos [58] retineri uno filio interveniente potest, si modo non culpa... [59] quodsi nihil convenit, exercendae retentiones non sunt [60].

§. 121. Papinianus lib. IV. R. Non ab eo culpa dissociandi matri*monii procedit, qui nuntium div*ortii [61] misit, sed qui discidii necessitatem inducit [62].

§. 122. Item. Convenit, ut divortio vel morte viri solu*to matrimonio* . . .

---

quaerendae habet *quaerere*. 33) Meyerf. *virum teneri, nam per quemcunque posse*. Kell. supplet: *virum videri ideoque posse*. 34) In margine scholion: *Posse per quemcunque actionem . . . perpetuari*. Meyerf. supplet *act. rei uxoriae*. 35) In marg. sch. *Donum per libellum promissum et sine stipulatione affert actionem*. 36) Quinque vel sex litterarum spatium exesum esse annot. Mai. 37) Ita Dirks. 38) Keller *res et ancillae*. Meyerf. *res aliae et ancillae aestimatae*. Bark. *cum aestimata mancipia in dotem*. Kl. *res aestimatae et in his mancipia*. 39) Ita restituimus. 40) Sequitur spatium vacuum. 41) Spatium quattuor litterarum. 42) V. et Mai. *manus*. 43) Spatium septem fere litterarum Kell. his explevit: *Pater invita filia*. Meyerf. *L. Titius pro inscia filia*. 44) Bark. suppl. *cum filia in potestate patris sit, an is*. Kell. *quaero an deductis sextis*. Buchh. *an solus*. Meyerf. *iure stipulationis*. 45) Haec supplevi. 46) Ita Kell. 47) Ita Bl.; Kell. *nominat*. 48) Buchh. supplet *off. boni viri*. Fortasse *boni praetoris*. 49) Ita Kell.; Buchh. *nominet n.n.*; Rudorff *admittat n.n.* 50) V. Mai. *earum*. 51) Sic lacunam explendam esse censeo. Cf. L. 11. §. 13. D. ad leg. Iul. de adult. Dirks. *manente iudicio adult*. 52) Buchh. *Iulio Iuliano . . Datam*. 53) Ita Mai.— V. *d* cum linea traiecta. An *dixerunt?* 54) An *repudium misit*, aut *repetit dotem?* Postremum Buchh. recepit. 55) Legendum puto: *ad Edictum, inter cetera Reddenda dos est ita, ut*. 56) Lege *convenit, cavendum est, ne*. 57) An: *quo filii exstent?* 58) Supple: *Ideoque et tota dos*. cf. L. 24. D. de pact. dot. 59) Kell. *non culpa mariti divortium factum est*. 60) Reliquum spatium versiculi scriptura vacare videtur. Mai. 61) Sic Mai. ex schol. quod in marg. ita est: *Non ab eo culpam divortii procedere, qui repudium dedit, sed qui dandi necessitatem indixit*. Corr. *induxit*. Mai. 62) Mai. h. quoque l. corrigi vult *induxit*.

82. a. §. 123. . . | eum, de quo agitur, et de incolumitate eius sibi rescribant.

§. 124. Item. Hi quoque, qui sunt ex collegio sex primorum, habent a tutelis excusationem; sed non simpliciter, sed post unam. nam non alias a ceteris vacant, nisi unam habeant.

§. 125. Item. Olim varie observa*ba*tur [1] circa numerum tutelarum; sed hodie certo iure utimur, tam ex rescriptis divorum [2], quam ex constitutionibus imperatorum nostrorum: nam siquis tres tutelas sive curas habeat [3], excusatur.

§. 126. Item. Haec locuti sumus de tutelis finitis non inputandis. eodem loco sunt et non coeptae.

§. 127. Item. Sed hodie hoc iure utimur, ut si filium quis habeat in potestate, tam patris, quam filii onera patri in numerum proced*ant* [4].

§. 128. Item. Hodie itaque ut quis excusetur tria onera allegare debet, sive tutelarum, sive curarum, sive etiam curae kalendari; et s*ive* [5] eiusdem tituli [6] sint tria onera [7], a quarta excusant.

§. 129. Item. Valetudo quoque mala praestat vacationem, si talis sit, ut ostendat eum ne quidem rebus suis administrandis idoneum esse.

§. 130. Item. Siquando autem huiusmodi valetudo adfirmetur, inspectio praetoris necessaria est. Sive autem quis arthr*i*ticus [8] sit, sive posicus [9], sive epilempticus [10], sive orbus, et his similia, excusantur.

§. 131. Item. Verba rescripti: Libertus, qui negotia senatoris populi Romani curat [11], a tutela excusatur; a muneribus autem civilibus, cum ipse quoque bonis publicis fruatur, non vacat.

§. 132. Item. Sic autem interpretantur prudentes has constitutiones, ut unum libertum procuratorem in quaqua domo senatoris voluerint vacare, non quotquot erunt, si plures fuerint.

§. 133. Item. Ergo videmur hoc iure uti, ut is vacet, cui omnium rerum generaliter procuratio mandata sit; et non amplius, quam unus.

§. 134. Item. Arcari Caesariani, qui in foro Traiani habent stationes, ex sacris constitutionibus multifariam emissis habent immunitatem.

§. 135. Item. Qui iam tutores vel curatores sunt, si rei publicae causa absint, ad tempus excusantur.

§. 136. Item. Eum, qui viae curam habet ab imperatore iniunctam, excusari.

§. 137. Item. Anabolicari [12] a tutelis curationibusque habent vacationem.

§. 138. Item. Ii, qui in centuria *accensorum* [13] velatorum sunt, habent immunitatem a tutelis et curis.

§. 139. De litibus, quas tutor cum pupillo habet, an propterea excusetur? Et dicit [14] propterea non excusandum; et extant rescripta.

§. 140. Item. Veterani quoque post emerita stipendia | missi, si [15] honesta missione, in perpetuum a tutelis 82. b. vacant.

§. 141. Item. Primipilaribus ob id ipsum, quod primipilares sunt, vacatio a tutelis a divo Hadriano dari coepit.

§. 142. Item. Decuriales quoque, qui ob id ipsum vacant, a tutelis condecurial*is* [16] filii non vacare, si non habeant aliam excusationem.

§. 143. Item. Neque autem primipilarium filii, neque veteranorum, a tutelis excusantur.

§. 144. Item. Is, qui inter vigiles militat, quamvis post emerita stipendia legitima missus sit, non in perpetuum vacat a tutelis, sed intra annum, quam missus est; ultra non vacat.

§. 145. Item. Officium quoque militare excusat. namque [17] munus emeritum prodest; multo magis cum frequentatur [18].

§. 146. Item. Qui Romae magistratu funguntur, quamdiu hoc funguntur, dari tutores non possunt.

§. 147. Item. Imperatores nostri constituerunt, ne *ul*tra [19] ducentesimum miliarium senator populi Romani cogatur res pupillares administrare. Itaque in usu ita servatur, ut ad eas res, quae ultra ducentesimum lapidem sunt, equestris ordinis [20] viri dentur tutores vel curatores a praetore. et hoc non tantum in eo senatore servatur, qui decreto tutor vel curator datus est, sed et in eo, qui testamento.

§. 148. Item. Is [21], qui in portu pro salute imperatoris sacrum facit ex vaticinatione archigalli, a tutelis excusatur [22].

§. 149. Item. *Ph*ilosophis quoque et medicis et r*he*toribus et grammaticis, quibus per [23] hanc professionem immunitas dari solet, etiam vacatio a tutelis da-

---

1) Ita Mai.; V. *observatur.* 2) Bark. supplet *principum.* 3) Ita Mai.; V. *habeant,* littera *n* fortasse deleta. 4) Sic scribendum vel *ut* delendum esse monuit Mai.; V. *procedere.* Bg. nisi *procedere debeant* malis, τὸ *ut* aut delendum, aut *velut* legendum, in verbo autem nihil mutandum esse putat. 5) Ita Mai.; V. *su* superducta lineola. Malim *et si vel* Bg. 6) Kell. *eiusdem tutelae.* 7) Mai. *sive non* excidisse putat. minus recte. 8) V. Mai. *arthrytricus.* 9) Ita V.; Mai. coni. *sonticus.* Dirks. *psoricus.* Bark. *phthisicus.* Kl. *poricus* a Graeco *πῶρος.* 10) Ita V. 11) Buchh. vult *procurat*, quasi geminatis *P. R.* quae praecedunt. 12) Ita V. cf. Vopisc. in Aurel. c 45. 13) Ita Blum. Bark. — V. Mai. *censorum.* 14) Ita V. An *dicitur?* Mai. 15) Voculam *si* superabundare quis dixerit. 16) Ita Mai. — V. *condecuriales.* 17) Infra §. 222. ubi idem fragmentum iterum occurrit, scriptum est *nam cum.* 18) In §. 222. adiicitur *prodesse debet* rel. 19) Ita Mai. in add.; V. *intra.* 20) V. *aequestri ordini.* Videtur tamen addita *s* τῷ *ordini.* Mai. 21) V. *iis.* 22) V. *excusantur.* 23) Mai. mavult *propter.*

tur tam divorum principum rescriptis, quam imperatoris nostri. Quod[24] ad medicos uniuscuiusque civitatis pertinet, intra numerum quinque esse debere sacrae constitutiones docent. cetera.

§. 150. Item. Neque geometrae, neque hi, qui ius civile docent, a tutelis excusantur.

§. 151. Item. Qui[25] muniti sunt aliquo privilegio, aliquando [*non*][26] admittuntur ad excusationem, veluti si minor sit annorum XXV, si adfini datus sit tutor[27], et aliquem usum rerum habeat[28], quod ius venit ex epistula divi Hadriani[29].

§. 152. Item. De libertis[30] quoque, quamvis multa privilegia excusationum praetendant, tamen a patroni sui liberorum tutela non excusantur.

§. 153. Item. Qui patri pupilli promiserunt se suscepturos tutelam, non excusantur, quia[31] est ini*quu*m[32] alios non esse datos.

§. 154. Item. Si inmiscuit se administrationi tutor, perdit beneficium excusationis; plus enim egit, quam si promisisset. idque divi Fratres Domitio Rufo rescripserunt in haec verba: Liberi*s* tute|la*m*[33], quam sponte suscepisti, praebe; nam desideras*ti*[34].

§. 155. Item. Igitur observandum deinceps erit, ut qui tutor datus [*sit*][35], siquas habere se causas excusationis arbitrabitur, adea*t*[36] ex more: *nec*[37] in infinitum captiosi silentii temp*us*[38], per qu*od*[39] res interfrigescat, concessum sibi credat. Hi, qui Romae vel intra centesimum[40] fuerint, sciant in proximis diebus quinquaginta se excusationis causas allegare debere, aut capessere administrationem; ac nisi id feceri*n*t, in ea causa fore, in qua sunt, de quibus consules amplissimi decreverunt periculo suo eos cessare.

§. 156. Item. Formam autem ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari animadvertimus, ut ex eo die incipiant quinquaginta dies enumerari, ex quo scierat[41] se esse tutorem vel curatorem, scilicet ex eo, ex quo in notitiam eius decretum prolatum[42] sit testato: vel, si testamento datus sit, ex quo id quoque scierit. Itaque ubi sciit, ne praescribtione L dierum excludatur, si sint *s*essiones[43] vel pro tribunali vel de plano, adversario, id est ei, qui eum petit, denuntiare debet, et adire praetorem et titulum excusationis suae apud eum expromere. si feriae sint, libellos det contestatorios.

§. 157. Item. Tunc demum excusandus est qui prius datus fuerat, si is, quem nominaverit, et potior necessitudine et idoneus re fideque, vel absens reprachendatur[43*].

§. 158. Item. Pars oratio*nis*[44] imperatoris Severi „Promiscua facultas potioris nominandi nisi intra certos fines cohibeatur, ipso tractu temporis pupillos fortunis suis privabit: cui rei obviam ibitur, patres conscripti, si censueritis, ut collegae patris sive[45] pupilli in decuria vel corpore, item cognati vel affines utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt, potiorem non nominent; ceteri cognati vel adfines amicive atque municipes eos tantummodo nominent, quos *su*pra[46] conplexus sum. vicinitatis autem iure nemo potior existimetur".

§. 159. *Impp.* nost*ri*[47] Aelio Diodoto[48]. Tutores secundum patris voluntatem decreto praetoris, clarissimi viri, quo*d*[49] non iure testamento vel codicillis dati fuerant, confirmatos potiores nominare posse non arbitra*mur*[50]: nam iudicium patris, licet iure deficiat, servandum est.

§. 160. Item. Libertus sicut excusare se a tutelis, ita nec potiorem nominare potest.

§. 161. Item. Ex ea die, ex qua quis potiorem nominavit, deinceps omnibus sessio|nibus adversus eum, {92 a. 97. b. quem nominavit, adire debet, usque dum causam finiat. ceterum si aliquam sessionem intermiserit is, qui potiorem nominavit, praescriptione excluditur. plane illa sessio, quae de plano celebratur, ei non conputabitur.

§. 162. Item. Si is, qui potiorem nominavit, litteras petierit ad magistratus, ut conpellant eum venire, quem potiorem nominavit, libellos[51] dedit, alia[52] die litteras accipere debet, ac[53] magistratibus reddere per dinumerationem vicenum[54] milium passuum.

§. 163. Item. Illud curare debet, ut intra diem decimum, quam litteras reddidit magistratibus, rescripta*s*[55] deposcat; et ubi eas acceperit, per dinumerationem simili modo reverti debebit: et si sessionem invenerit pro tribunali, reddere praetori[56], ut subnotet *sua* manu quod volet.

---

24) V. videtur habere *quam*. Mai. 25) Eadem fere verba occurrunt infra §. 223. *Hi, qui muniti* rel. 26) Negationem, quam sensu postulante inseruimus, librarii culpa omissam esse etiam §. 223. docet. 27) In §. 223. ita est: *annis XXV adfini datus tutor*. 28) In §. 223. adiicitur *hereditariarum*. 29) §. 223. pergit: *quam scripsit Claudio Saturnino* rel. 30) Ita V.; Bark. corr. *liberti*. 31) Num *quamvis?* Mai. Nihil mutandum est. 32) V. *inicum*. Bark. proponit: *quia eis imputatur*. 33) Ita Mai.; V. *liberi tutela*. 34) Ita Mai.; V. *desideras*. 35) Mai. suppl. 36) Ita Mai.; V. *adea*. 37) Ita Mai.; V. *sed*. Fortasse *sed non infinitum*. Kl. 38) Ita Mai.; V. *temporis*. 39) V. videtur habere *quam*. Mai. 40) Intellige *lapidem* s. *miliarium*. An cum Buchh. adiiciendum sit, dubito. 41) Ita Mai.; V. *scierant*; Buchh. *scierit*. 42) Buchh. corr. *perlatum*. 43) Ita Mai.; V. *cessiones*. 43*) Ita V. Corr. *deprehendatur*. Bl. Bark. 44) Ita Mai.; V. *oratione*. 45) Sic Mai. in annot. In contextum posuit *sui vel*. V. habet *suiu*. 46) Ita Dirks. Muchlenbr et Kell.; V. Mai. *cura*. 47) V. *N*. superposita o. Mai. in contextu *Imp. noster*, in annot. *Impp. nostri*, quod praeferendum est propter §. 246. ubi idem rescriptum ex Paulli libro sing. de excus. tut. descriptum exstat. 48) In §. 246. adiicitur *salutem* 49) Ita Mai.; V. *quos*. 50) V. Mai. *arbitramus*. In §. 246. inverso ordine legitur *nominare potiores*. 51) Ita V.; Mai. in annot. supplet *qui lib.* Malim *cum*, vel *postquam*; Bl. Kl prop. *et lib. dederit*. 52) Malim *altera*. 53) Ita Mai. V. *ad*. 54) Ita V. et Mai.; Buchh. *vicenorum*. 55) Ita Mai in annot. cf. §. 165. V. Mai. *rescripta*. 56) Ita hic et infra §. 165. interpungendum esse censeo; Mai. et Buchh. comma ante verba *pro tribunali* posuerunt.

§. 164. Item. Siquis eos, quos potiores [57] nominavit, non probaverit, si adhuc intra quinquagesimum diem est, alios potiores potest nominare.

§. 165. Item. Quamvis supra dixerimus eum, qui potiorem nominaverit, si aliquam sessionem intermiserit pro tribunali, praescribtione submoveri, utique verum est, si litterae non sunt impetratae; ceterum ex quo impetratae sunt, in eum diem, quo reddi praetori rescribtae debent, et [*si*] [58] hoc medio spatio sessio fuerit, non oberit si sessionibus non adierit. et ita in usu servatur.

§. 166. Item. Libelli ita formandi „Cum proxime „decreto tutorem me dandum existimaveris illi, quod „mihi in notitiam pertulit ill*a* die, nomino potior*em* [59], „ut municipe*m* suprascripti [60], illum Veientanum, mo„rantem eo loco, habentem in substantia plus minus „tantum." Si eques Romanus fuerit qui *p*otior nominabitur, etiam hoc compraehendi debet. Deinde fine [61] talem clausulam addat „Rogo, praetor, propter prae„scriptiones, tempora [62], libellos accipere digner*is*."

§. 167. Si pro tribunali dabuntur vel de plano, IIII dandi erunt, et petendum ut denuntietur ex auctoritate. cum denuntiaverit [63] et non venerit, libellos det, ut litteras petat.

§. 168. Item. Quidam tamen iustos secundum has *le*ges putant dici. Divi quoque Marcus et Lucius Apronio Saturnino ita rescribserunt „Si instrumentis probas habere te iustos tres liberos, excusationem tuam Manilius Carbo praetor vir clarissimus accipiet". Sed iustorum mentio ita acc*i*pienda est, uti secundum ius civile quaesiti sint.

§. 169 Item. *In* [64] adoptionem dati ad hanc causam proderu*nt* [65].

§. 170. Item. Ius liberorum a principe impetratum nec ad hanc causam, nec ad mu|*nera* [66]

[*Desideratur folium.*]

94. b. §. 171. tionem poterit . . . .
Non enim testamentarius [67] . . .

§. 172. Paulus libro II. Sententiarum [68]. Pro t . . . ut est Latinus Iuni*anus* . . . . *codi*cillis ad testamentum non pertinen*tibus* . .

§. 173. Ulpianus de officio praetoris *tutelaris.* [69] *In Italia* [70] domicilium cons*tit* . . . . neribus [71] subicietur, ta*men* [72] . .
recuperabit . . .
vit sacerdotium cont . . .
tutelam privileg . . .
apertum testamentum sacerd*oti* . .

§. 174. Item. Haec de sa . . .
excusationem eous . . .
quo quis consul vel praetor vel . .

§. 175. Item. Collegas eo . . . .
exerceant, quam pater f . . .
quo pater pupillorum ex . . .

§. 176. Item. Sicut autem de . . .
lium. Et ita imperator noster . . .

§. 177. Item Veteran . . .
Veteranorum autem *filii* . . .
Sed utrum simul non plu . . .
unam [73], tractari potest. Puto [73*] . . .
inveni rescriptum . . . . *ex*cusantur. Et ita de ig*nomini* [74] . . . . . . *Masu*riae [74] Sabinae rescripser*unt* [75] . . .
exauctoratum e . . . . *Sed ignominia missi* ab urbicis plane *tutelis excusabuntur, quia ingredi eis urbem non licet* [76].
Sed etsi non sint perfectis . . .
si missionem non ig*nominiosam* [77]

§. 178. item. Sed primipil . . . |
. . . . *p*rimipilarem dabunt 94. a.
. . . . . legare quoque ipse quoque [78] in locum [79] . . . .

§. 179. . . . . m sacerdotio fungitur . . . . rescripto divi Pii declaratur . . . . .

§. 180. . . . . uut in primipilaribus . . . . *exemplo* veteranorum . . . . . .

§. 181. . . . . veterem suam empt . . . . sestertia [80] centum mi- . . . . mmatam eam nan*cisc* . . . .

§. 182. . . . . ducit: nam minor vigin*ti quinque annis* . . . . . *tutela* excusantur ut . . . . o daret minores XXV *annis* . . . . . .

§. 183. . . . . t a principio negotiorum . . . . onera tutelarum

---

57) Ita Mai.; V. *potiorem.* 58) Ita Mai. in annot.; V. *et.* 59) Ita Mai. melius, quam quod in add. proposuit *potiores.* V. *potior.* linea traiecta per mediam *r.* 60) Ita lego. Mai. *municipes suprascriptos.* V. *municipes ss.* Sequentia quoque ad formam libellorum pertinere Buchh. non vidit. 61) An *fini?* Buchh. 62) Kell. vult *praescriptionis tempora.* Buchh. *praescriptiones temporis.* 63) Ita fortasse V. secunda manu; prima *denuntiaveris.* 64) Ita Mai. — V. non habet praepositionem. 65) Zimm. vult *non prodeunt.* 66) Supple: *prodest.* Buchh. *cetera devitanda proderit.* 67) Buchh. sententiam loci hanc fuisse putat: *Nec legitimus tutor ad potiorum nominationem poterit descendere, ... si iam administrationi se miscuit. non enim testamentarius excusabitur, si patri pupilli promiserit se suscepturum tutelam.* 68) In Paullo Visigotthorum non invenitur haec sententia. 69) Ita Mai. in add. 70) Ita Mai. 71) Utrum *muneribus*, an *oneribus* scribendum sit dubito. Mai. prius in contextu, posterius in add. probavit. 72) Totius loci sententiam Buchh. ex L. 19 D de excus. ita constituit: *Nemo, qui in Italia domicilium constitutum habet, provincialibus oneribus subiicietur. Tamen.* 73) Buchh. *non plures suscipere tutelas debeant, quam unam.* 73*) Mai. adiecit *tamen.* 74) Ita Buchh. 75) V. *r. r. r.* . . . 76) Ita Mai. restituit ex verbis Ulpiani in L. 8. §. 9. D. de excusat. 77) Mai. *ig* . . . Buchh. supplet: *perfectis militiae annis ob causam missi, tamen, si missionem non ignominiosam meruerint, ad tempus excusantur.* Cf. L. 8. §. 3. D. de excus. 78) Ita V. 79) Buchh. supplet: *excusati tutoris alium tutorem petere.* 80) V. *extertia.*

. . . . m iniuriam adferat . . . . *a tutela* excusabitur. Hi, quos . . . . tutelas, quas ante . . . .[81]

§. 184. . *excusa*bitur etiam ab ea, quam antea sus*cep* . . . . si[82] ad tempus curator . . . . . .

§. 185. . . . . m per rusticitatem se alie*num* . . . *excusationem*[83] mereri paupertas pla . . . . .

§. 186. *Item. Tria*[84] *onera tutelarum excusatione*m tribuunt[85]. Tria autem o*nera sic sunt accipienda, ut non numerus pup*illorum plures tutelas faciat, *sed patrimoniorum separatio. et ideo qui tribus* fratribus
93. b. tutor datus est, | qui indivisum patrimonium habent[86], vel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam suscepisse creditur.

§. 187. Item. Qui curam kalendarii Gaditanorum a principe inductam[87], in equestri[88] ordine susceptam administrabat[89].

§. 188. In tribus non inputabitur tutela vel cura, quae affectata est. Affectatam sic accipiemus, si vel appetita videatur, vel cum posset quis se excusare, ab ea se non excusavit. creditur enim affectasse qui onus, cum posset declinare, non recusavit et id saepe decretum est in tutore, qui non potuit invitus dari tutor, vel curatore[90], qui, cuius fuerat tutor, curator est nominatus.

§. 189. Item. Siquis[91] inter tres[92] emancipati fili sui tutelam administret, an ei haec in numero cedat[93] scio dubitatum. invenio tamen Fulvio Aemiliano in persona Manili Optivi rescriptum[94] emancipatae filiae tutelam numerari ei[95] inter onera oportere.

§. 190. Item. Tria[96] autem onera in domo[97] esse sufficit. proinde si pater alicuius vel filius vel frat*er*[98], qui est in eiusdem potestate, tria onera sustineat, quae ad periculum patris pertinent, quoniam[99] voluntate eius administrant, omnibus excusatio a tutela competit[100].

§. 191. Item. Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit: civibus quidem Romanis earum tutelarum, quae Romae sunt iniunctae, trium[101] filiorum; earum vero, quae in municipiis Italicis iniunguntur, quattuor numero liberorum. idque imperator noster et divus Severus Claudio Herodiano rescripserunt[102]. et ideo siquis a magistratibus municipalibus fuerit datus, quattuor numero liberorum debebit excusari.

§. 192. Item. Sed et si in provincia delata fuerit tutela, licet Romae excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi.

§. 193. Item. Exemplo civium Romanorum Latinos Iu*ni*anos[103] excusari oportet.

§. 194. Item. Iusti autem an iniusti sint filii non requiritur: multo minus, in potestate necne sint; cum etiam iudicandi onere iniustos filios relevare Papinianus lib. V. Quaestionum scribat.

§. 195. Item. Ex filia nepotes [*non*[104]] prodesse ad tutelae liberationem, sicuti nec ad caducorum vindicationem palam est; nisi mihi proponas ex veterano praetoriano genero socerum avum effectum; tunc enim secundum orationem dei[105] Marci, quam in castris praetor*iis*[106] recitavit, Paulo iterum et Aproniano consulibus[106*] VIII. id. Ian., id habebit avus, quod habet in nepotibus ex filio natis. cuius orationis verba haec sunt „Et quo facilius veterani nostri soceros repperiant, illos quoque novo privilegio sollicitabimus, ut avus nepotum ex veterano praetoriano natorum iisdem commodis nomine eorum | fruatur, quibus 93 a.
frueretur, si eos haberet ex filio".

§. 196. Item. In adoptionem dedisse non nocet; nec adoptasse ad excusationem proderit, quoniam soli naturales tribuunt excusationem.

§. 197. Item. An bello amissi a tutela excusare debeant? nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis, et publicorum kapite vi*cesimo* se*xto*[107], item privatorum kapite vicensimo septimo de iudicando cavetur. Et puto constituendum ut et a tutelis excusent. proinde sive tres bello amiserit, sive unum duosve, pro superstitibus cedent.

§. 198. Item. Sed utrum soli filii, an et nepotes debent[108] prodesse, subsistendum; quoniam lex quidem privatorum kapite XXVII. *solos* natos[109] appellat, lex vero publicorum kapite XXVI. liberorum facit mentionem. Puto tamen eandem esse aequitatem in nepoti-

---

81) Buchh. proponit: *Hi, quos imperator domicilium mutare iussit, etiam eas tutelas, quas ante susceperant, statim deponunt.* 82) Kell. *in locum furiosi.* Buchh totum articulum ita restituit: *Adversa valetudine excusabitur etiam ab ea, quam antea susceperat, tutela; sed interdum in locum furiosi ad tempus curator datur.* 83) Ita supplendum censeo. cf. infra §§. 240. 243. 244. 84) Est L. 3. D. de excusat. inscripta *Ulp. lib. sing. de off. praetoris tutelaris*, cuius ope Mai. locum nostrum restituit. 85) Dig. *dant excusationem* 86) Dig. *haberent.* 87) Buchh. proponit *iniunctam.* 88) V. *sequestri.* 89) Excidisse [Bg.: aut fortasse solummodo subintelligendum esse] aliquid manifestum est. Mai.— Kl. prop. *administrat excusatur.* 90) Ita Mai. in annot.; V. *curator ei.* Buchh *in curatore.* Fortasse legendum est: *vel curatore, qui ei. (eius), cuius fuerat* rel. 91) Hanc Ulpiani sententiam ex Modestini lib. VI. excusat. L. 15. §. 16. D. de excusat. ita refert: *Ulpianus libro singulari de excusationibus ita scribit: Siquis* rel. 92) Dig. adiiciunt *tutelas.* 93) Dig. *in numerum procedit.* Cf. supra §. 127. Buchh. *in numerum cedat.* 94) Dig. *invenio tamen rescriptum.* 95) Dig. omittunt *ei.* 96) Est L. 5. D. de excus. inscripta: *Ulp. lib. sing. de officio praetoris tutelaris.* 97) Dig. *Tria onera in domo una.* 98) Ita Dig.; V. et Mai. *fratres.* 99) Dig. *patris sui spectent, quia.* 100) Dig. adiiciunt: *Sed si non patris voluntate administrent, non prodesse saepe rescriptum est* 101) V. *a trium.* Fortasse *a tribus filiis.* Cf §. 192. 102) Verba rescripti infra §. 247. Mutatum invenitur in L. 1. C. qui numero liberor. (5. 66.) 103) V. *iumanos.* 104) Negationem, quam inserendam esse Mai. annotavit, abundare putat Buchh. propter eiusdem Ulp. dictum in §. 160. Verum enimvero in eo loco sic construenda est oratio: *sicut excusare se a tutelis (non potest), ita nec pot. nominare potest.* 105) Ita V. explicatis litteris hic et infra §§. 210. 220. 247. quod utrum recte factum sit, an librarius siglam *d* perperam explicaverit, dubito; Mai. illud probare studet ex Capitol. Marc. c. 18. 106) V. *praetoris*; Buchh. *praetorii.* 106*) A. p. Ch. 168. 107) V. Mai. *viginti sex.* 108) Ita V. 109) Ita Mai proponit. V. *senatus.* Bl. *ex se natos* [ut saepius in Livio. Bg.] Kl. et Bark. *gnatos.*

bus, qui in locum filiorum succedunt, quae est in filiis.

§. 199. Item. Utrum in acie dumtaxat amissus, an tempore belli amissus prosit? Sed Aristo in acie amissum dumtaxat. ego [110] puto per tempus belli amissum debere prodesse, ne publica strages patri noceat.

§. 200. Item. Erit haec etiam excusatio, siquis se dicat tutelam alicuius administrasse, et ad curam eius vocetur. nam invitum non esse conpellendum suscipere imperator noster cum patre Polo Terentiano rescripsit.

§. 201. Item. Siquis uxori [111] suae curator datur. nam sicuti senatus censuit, nequis eam ducat, cuius tutor vel curator fuit, ita uxoris suae non debere curam administrare divus [112] Severus Flavio Severiano rescripsit.

§. 202. Item. Proinde sicui fuerit pupilla a patre desponsa, non debebit ei tutor dari, ne nuptiae inpediantur, et datus excusabitur; et si sponsae suae curator fuerit datus, debebit excusari, nisi forte a patre tutor vel curator fuerit destinatus. aut enim ipse eam pater despondit, et utrumque perficiet; aut post mortem patris desponsa est, et magis est, ut voluntati patris obtemperetur in onere, quam ipsius in matrimonio; quare nuptiae inpediuntur.

§. 203. Item. Est et hoc genus excusationis [113], siquis se dicat domicilium non habere Romae [114] delectus ad munus, vel in ea provincia, ubi domicilium non habet; idque et d. [115] Marcus Pertinaci et Aeliano conss. [116] rescripsit.

§. 204. Item. Proinde qui studiorum causa Romae
100.b. sunt, praecipue civilium, debent | . . . ris causa Romae agunt studii cura distracti. Et ita . . . imperator Antoninus Aug. Caereali a censibus et aliis *rescripsit.*

§. 205. Item. Proinde siquis ad urbicam *dioecesim* [117] pertinens . . . r [118], excusare se debebit ab eo patrimonio, quod in regio . . . r [119] a re proviuciali; sed caveat, si legatum accepit, hoc facere, li . . . ad ministratum [120], quoniam [120*] in plenum voluntati paret legati . . . *excusa*bitur [121]; idque d. [122] Marcus in eo, qui se a re provinciali excusavit, . . . s [123], Claudio Pulchro rescripsit.

§. 206. *Item. An is, qui se* voluit excusare, nec optinuit, postea potiores nomi*nare possit quaeritur* [124]. et magis est ut possit, si *dierum* [125] tempora patiantur. Vos enim . . . us, licet potior nominatus alterutrum debeat eli*gere, an velit nega*re se potiorem, an vero magis potiorem nominare. *idque imperator noster Aelio* [125*] *Dio*doto praetori [126] rescripsit.

§. 207. *Item. Licet is, qui* tutor datus est, et excusare se et non recepta excu*satione potiores* nominare potest, si tempora dierum patiantur, *tamen si elegerit* [127] potiores nominare, postea ad excusationem transire *non potest. nam confi*tentis est nullam se excusationem habere, cum potiores *nominaverit; nec* ferendus est, si dicat se sine praeiudicio hoc facere, for . . . teatur excusationem et potior*um* [128] nominationem . . . [129]

§. 208. *Item. Is, qui potior* nominatus est, siquidem negat se esse in ea coniunctione, am*plius nominare* potiorem non potest: convictus ne excusare se quidem poterit: *et ita est rescripto ad He*rodianum [130] de excusatione insertum.

§. 209. *Item. Is, qui potior* nominatus est, ad omnia haec dies eos habebit, quos *habent qui primo* loco [131] *dati* sunt, ut eodem rescripto declaratur.

§. 210. *Item. Is, qui* potiorem nominat, libellos debet quaternos dare praet*ori de plano vel pro* tribunali, ut epistula dei [132] Marci ad Aemilianum *continetur, et dicere quo* iure potiorem nominet, id est gradum necessitu*dinis eius vel cognat*ionis aperte designare. et ideo non sufficit cognatum *vel collegam* generali*ter* dicere, sed debebit gradum dicere vel nomen *collegii di*gnitatisve designare et ius cognationis expri*mere; nec sufficit colle*gam dicere, nisi in quo
collegio addiderit. et si forte | in aliquo horum delique- 100.a.
rit, emendandi ei facult*as intra tempus, quo* potuit potiorem nominare, conceditur; postea non. idque imper*ator noster . . . rescripsit* [133].

§. 211. Item. Ne hi quidem possunt [134], quos praetor confirmavit, testamento de*signatos* [134*], *ut imperator noster Aelio Dio*doto [135] praetori rescripsit. proinde si a matre fuerint design*ati, an potiores* nominare possint

---

110) Contraria sententia eidem Ulpiano adscribitur in L. 18. D. de excusat. 111) V. et Mai. *uxoris* 112) Ita V. explicatis litteris. 113) Similia ex Paulli lib. sing. de cognitionibus inveniuntur in L. 46. §. 2. D. de excus. *Sed et hoc genus excusationis est, siquis se dicit ibi domicilium non habere, ubi ad tutelam datus est: idque imperator Antoninus cum divo patre significavit.* 114) Buchh. inserit *ibi.* 115) V. siglam exhibet; Mai. *deus.* 116) Ita V. In fastis nostris non invenitur hoc consulum par, quod Maius anno 163., sed apposito interrogandi signo, assignavit. 117) V. *dyocesim.* 118) Suppleo cum Blum. *testamento tutor detur.* Buchh. *designetur.* Rudorff. *Romae tutor designetur.* 119) Fortasse *regionibus iuridicorum est, et similiter.* Cf. §. 232. Buchh. *regionibus iuridicorum situm est, multo magis*, quae spatium vacuum excedere videntur. Rudorff. *regionibus situm est, quae sunt sub iuridicis, sicut excusatur* rel. 120) An legendum: *licet nihil de tutela sit administratum?* Sed Rud. prop. *licet enim urbanum patrimonum a se probet* admin. 120*) Rud. *quia non.* 121) Ita Mai. Lacunam sic expleo: *legatum accipiendo, ideoque nec excusabitur.* Rud. expl. *commodo priva*bitur. 122) Siglam Mai. explicat *deus.* 123) Buchh. supplet: *testamento designatus.* Rud. *testamento tutor designatus et legatum consecutus.* 124) Coni. Mai. 125) V. *eum* — Mai. in ann. prop. *dierum.* Cf. §. sq. 125*) Mai. om. *Aelio.* 126) Ita Mai. V. *praetor.* Hoc rescriptum idem esse videtur atque quod §§. 159. 211. 215. 246. memoratur. 127) Mai., qui locum ita restituit, habet *velit.* correxi *elegerit.* 128) Mai. (et V.?) *potiorem.* 129) An: *forte si simul profiteatur excus. et pot. nom.?* Rudorff. prop. *forte quia utrumque se habere fateatur.* 130) Ita Mai. cf. §§. 191. 247. 131) Coni. Kell.; Mai. prob. Klenz. *quos ii, qui tutores dati sunt.* Buchh. *quos habent ii, qui prius dati sunt.* 132) Ita V. explicatis litteris. 133) Ita restituit Mai.; Buchh. in fine §. addit *imp. noster cum patre.* idem enim rescriptum in §§. 200. 234. 235. 238. occurrere putat. 134) Excidisse verba *potiores nominare* Mai. putat. Equidem ex iis, quae praecesserunt, quaeque non recepit compilator, ea subintelligenda esse censeo. Cf. §. 187. 134*) Rudorff. ins. *a patre.* 135) Dubitare non debuit

quaeri potest; et puto eos nomin*are posse;* nam *de iis tantum*[136] rescriptum est, qui a patre erant designati. sed hoc erit serv*andum* ... alio[136*] virilis sexus per virilem sexum descenden*t* . . . curae[137] destinati. nam et Papinianus respondit libertum a patro*na nepoti des*tinatum[138] tutorem posse potiorem nominare.

§. 212. Item. Nominare autem potiores non possunt in primi*pilaris filio, ut* divus[139] Severus constituit.

§. 213. Item. Licet autem patris appellatio in oratione . . . accipiendam, quamquam[140] circa primipilares hoc iure *utimur, ut filio primi*pilaris dentur soli, nec[141] etiam nepoti.

§. 214. Item. Sed nec cognati vel adfines possunt nominare[142] potiores; *sed, ut oratione*[143] *ex*pressum est, hi soli, qui lege Iulia *Papia*ve[144] excepti sunt.

§. 215. Proinde siquis cognatus alterutra[145] lege exceptus lic . . . *Dio*doto[146] praetori est rescriptum, potiorem nominare non poterit; n . . . nominare adfinis qui alterutra lege exceptus . . .[147]

§. 216. Item. Excipiuntur autem lege quidem Iulia cognatorum *sex gradus et ex septimo*[148] sobrino sobrinave natus; sed et nata per interpretatio*nem; item qui in* horum potestate sunt, quaeve in matrimonio, vel ii, qui su*nt cognatarum no*strarum[149] hoc gradu nos contingentium mariti, v*el eorum, qui sunt in potes*tate[150] nostra, cognati, contingentes eos ea cognatio*ne, quae septimum gradum*[150] non excedit.

§. 217. Item. Nuptarum nobis co*gnati usque ad sextum*[150] gradum vel nostri cognati ab uxoribus nostris . . .[151]

§. 218. Item. Lege autem Papia ii adfines excipiuntur, qui v*ir et uxor, et gener et nurus*[152], et socer et socrus umquam fuerunt.

§. 219. Item. . Vitricus, *noverca, privignus*, privigna, vel ipsorum, vel eorum, qui in eorum potestate fuerunt.

§. 220. Item. Memini itaque me suad*ente* . . . Alcimum libertum maternum Furi Octavi clarissimi viri i . . .[153] cum tutelam eius administrasset, necessari-
90. a. usque ad . . .[154] | nam et liberti materni in pari sunt condicione. oratio enim dei[155] Marci ita scribta est, 90. a.
ut patroni[156] patronae libertus tutor deligi possit, tametsi aliquo privilegio subnixus sit.

§. 221. Item. Si alius eum Latinum fecerit, alius iteraverit, an utriusque liberorum tutelam suscipiat videndum, quasi utriusque meritum habeat. Nisi forte, exemplo munerum, ut d.[157] Marcus rescripsit, apud orig*i*nem[158] eius, qui Latinum fecit, debere eum fungi, sol*i*us[159] eius liberorum tutelam suscept*urum*[160] dicemus.

§. 222. Item. Officium[160*] quoque militare excusat. nam cum munus emeritum prodest, multo magis cum frequentatur prodesse debet. sed si ad tempus rei publicae causa absit, non in perpetuum, sed ad tempus excusabitur. Denique cum ex facto sub divo Hadriano quidam cum legatus esset legionis, testamentum recitatum esset, quo tutor erat datus, non in perpetuum, sed ad tempus, quo legatus legionis erat, meruit excusationem. Etiam is, qui commentarios habet praefecti, quamdiu hic commentarios habet praefecti, ut d.[161] Marcus cum filio rescribsit.

§. 223. Item. Hi, qui[162] muniti sunt aliquo privilegio, aliquando non admittuntur ad excusationem, velut si minor sit annis XXV adfini datus tutor[163], et aliquem usum rerum habeat hereditariarum[164]. Quod ius venit ex epistula divi Hadriani[165], quam scribsit Claudio Saturnino, legato Belgicae; quae constitutio videtur de his loqui, qui a praetore dati sunt. ego[166] idem esse accipiendum, si testamento datus sit. in eandem sententiam et divus[167] Pius Plactorio[168] Nepoti scribsit.

§. 224. Papinianus lib. XI. Quaestionum respondit, verbis orationis Fratrum imperatorum libertum, etsi ob aliquod privilegium a tutelis va*cet*, patroni tamen patronaeque liberorum[169] tutor ut delegatur[170], comprachensum. In numero liberorum pronepos patroni sine dubio continetur. sed potest dici non aliis patroni liberis libertum hoc debere, quam qui iure patroni hoc sper*a*re possunt; et ideo neque patronae nepotis tutelam administrare conpellen*dum privilegio*...

Mai. utrum *Cl. Theodoto,* ut §. 43., an *Aelio Diodoto,* ut §§. 159. et 246., ubi verba huius rescripti exhibentur, scribendum esset. 136) Ita Mai. 136*) Rud. expl.: serv*andum, etsi liberti a patrona sive nepoti sive* ali*i* rel. 137) Rud. descendent*i fuerint tutelae vel* curae. Buchh. coni. *servandum*; Bark. prop. *servandum et si fuerint ab alio . . . descendentium tutelae vel curae.* 138) Ita Mai. cf. §. 224. 139) Ita V. explicatis litteris. Lacunam Mai. explevit. 140) Ita V.; Buchh. coni. *in oratione latius sit accipienda, tamen.* Kl. prop. *in orat. occurrat, puto latius accip.* Malim *in orat. sit, puto latius eam acc.* 141) Ita V. et in add. Mai. In contextu habet *non.* 142) Wenck. vult *nominari.* 143) Ita Wenck. 144) Ita suppleo; V. Mai. *iuliave.* Mai. prop. *papia iuliave,* aut *publicorum privatorumve.* 145) V. et Mai. hic et in fine §. *alterultra.* 146) Buchh. supplet: *exceptus est, sicut Diodoto.* Sed plura desiderari existimo. 147) Buchh *nec potiorem poterit nominare . . . exceptus est.* 148) V. et Mai. . . . *no.* 149) Ita Bark. melius quam quod, Dirks. adstipulante, proposueram: *suprascriptarum personarum,* vel *cognatarum . . . mariti sunt.* 150) Ita restitui. Buchh. *cognati a nobis usque.* 151) Buchh. *excepti sunt.* Fortasse *capere possunt.* 152) Ita Buchh. cf. §. 302. 153) Buchh., quod sensum attinet, recte restituit: *in cura detentum esse.* 154) Buchh. *ad curam eum nominasset.* An *necessariusque* (i. e. potior) *ad curam nominaretur?* 155) Ita V. explicatis litteris. 156) Abundat copula *et,* quam Buchh. h. l. ins. 157) Ita V.; Mai. *deus.* 158) Ita Rudorff. et Buchh. cf. L. 17. §. 9. D. ad municipal. Mai. *Orignem.* V. *orignem.* 159) V. *solus.* sed in annot. Mai. *solius.* 160) Ita Mai; V. *suscepturam.* 160*) Eadem fere verba supra §. 145. inveniuntur. 161) V. siglam, Mai. *deus* habet. 162) Eamdem sententiam scriptor recepit supra §. 151. quae incipit: *Qui muniti.* 163) In §. 151. est: *annorum XXV si adfini datus sit tutor.* 164) §. 151. *hereditariarum* non habet. 165) Sequentia omisit compilator ex §. 151. 166) Buchh. suppl. *puto.* 167) Ita V. explic litt. 168) V. prima manu *platoria,* secunda, ut videtur, *plaetorio.* Mai. 169) Ita Mai; V. *libertorum.* 170) Ita V. pro *deligatur,* quod Buchh. in contextum posuit.

vilegio *subnixum* [171], neque pupilli, qui ex filia patroni venit, quia vacatione *praeter* [172] liberos patronorum, qui per virilem sexum descendunt, liberti fruuntur.

§. 225. Item. Et haec *quidem* [173] de eo, cui beneficium datae libertatis exprobrari potest. alioqui nequaquam [174] credendum est ei privilegium [175] ablatum, cui fideicommissa [176] libertas soluta est. nam in toto fere iure manumissor eiusmodi nihil iuris [*ut*] [177] patronus adversus personam modo liberti consequitur, licet in bonis eius patroni ius exerceat; excepto [178] quod in ius vocare patronum iniussu praetoris non debeat. |

90. b. §. 226. Item. Ius anulorum ingenuitatis imaginem praestat, salvo iure patronorum patronique liberorum.

§. 227. Paulus libro sexto Quaestionum sub rubrica [*de*] [179] legitimis tutelis. Apollinaris Paulo. Duo [180] sunt Titi, pater et filius: datus est tutor Titius, nec apparet de quo sensit testator; quaero quid sit iuris? R. Is datus est, quem dare se testator sensit. si id non *ad*paret [181], non ius deficit, sed probatio: ergo neuter est tutor [182]. Hoc rescriptum est in Sticho manumisso, si duo sint Stichi, et incertum de quo testator senserit; vel si Erotem legaverit qui plures eodem nomine habuit servos. Quod in nummis legatis non ita placuit: si non *ad*paret voluntas, id acceptum est, quod minus est.

§. 228. Antoninus Granio Firmino militi. Ex duobus tutoribus, qui non specialiter in locum excusati dati sunt, sicut precibus tuis adlegas, si unus pro tutore res tuas administravit, adversus eum tantum tibi competere actionem ignorare non debes. nec enim mutuo cessationis periculo qui nihil gessit teneri potest, cum simpliciter datus *eius* [183], qui administrationi se miscuit, contutor iure fuisse non videatur.

§. 229. Paulus libro singulari de testamentis. Parentibus licet liberis suis in potestatem habentibus [184] testamento tutores dare, masculis quidem inpuberibus, feminis vero etiam puberibus, et tam iam natis quam etiam postumis. itaque post institutionem *here*dum hoc modo scribere potest „Lucio Titio filio meo, et si mihi vivo mortuove nati erunt, tutores do Lucium Aurelium et Gaium Optatum; a quibus peto ut tutelam liberorum meorum gerant, ita ut ea, quae in Asia reliquero, Aurelius, ea autem, quae in Italia, Optatus administret."

§. 230. Possumus autem et singulis liberis alium atque alium tutorem dare, veluti hoc modo „Titio filio meo Aurelium tutorem do; Seio filio meo tutorem Optatum do". Pluribus quoque liberis unus tutor, item uni plures dari possunt.

§. 231. Paulus libro singulari de excusationibus. Ii, qui tres pluresve tutelas vel curationes, vel permixto modo cuiuscumque [*tituli*] [185] separatas administrant, excusari a tutela curationeve solent. quodsi fratrum tutelam suscipiant, pro una tutela *reput*antur eadem bona. |

§. 232. Ulp. de officio praetoris tutelaris. Observari 89. a. 84. b.
autem oportet, ne his pupillis tutorem det, qui patrimonia in his regionibus habent, quae sunt sub iuridicis, ut Cl. Pompeiano praetori imperator noster rescripsit; multo magis, si in provincia sit patrimonium, licet is, [*qui*] petitur [186], in urbe consistat.

§. 233. Ulp. de officio praetoris tutelaris. Qui [187] in collegio pistorum sunt a tutelis excusantur, si modo per semet ipsos [188] pistrinum exerceant. sed non alios puto excusandos, quam qui intra numerum [189] constituti centenarium pistrinum secundum litteras divi Traiani ad Sulpicium Similem exerceant. quae omnia litteris praefecti annonae significanda sunt.

§. 234. Ulp. lib. suprascripto. Sed Ostienses pistores non excusantur, ut Filiuminiano [190] imperator noster cum patre rescripsit.

§. 235. Item. Urbici [191] pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur, quamvis neque decuriales, neque qui in ceteris corporibus sunt, excusentur. et ita Hadriano [192] rescripto ad Cl. Iulianum praefectum annonae significatur; quam epistul*am* quodam rescripto ad Vernam et Montanum pistores imperator noster cum patre interpretatus est et ad pistores pertinere, cum in eo negotio frumentum agenti*bus* daretur a collegarum filiorum tutelis vacatio. Plus [193] etiam imperator noster indulsi*t*, ut a tutelis, quas susceperant antequam pistores essent, excusarentur. sed hoc ab ipso creatis pistoribus praestitit; et ita Marco Diocae praefecto annonae rescripsit.

§. 236. Item. Sed et qui in foro suario negotiantur, si duabus partibus bonorum annonam iuvent, habent excusationem litteris allatis *a praefecto* urbis testimonialibus negotiationis; ut imperator noster et divus Severus M. An*icio* Cereali rescripserunt; quo rescripto declaratur ante eos non habuisse inmunitatem, sed *nunc* [194] eis dari eam, quae data est his, *qui* annonam populi Romani iuvant.

§. 237. Paul. lib. singulari *a*d municipalem. Urbici [195]

---

171) Ita Wenck cf. §. 220. Bark. Blum. Kell. *munitum* V. et Mai. lacunam quattuor litterarum et *irum* exhibent. 172) Ita Kell. et Mai. in add.; V. *pp.* id est *propter*, quod Mai. in contextu habet. 173) Ita Blum. et Kell.; V. *hac q.* Mai.: hac *quae* ... 174) Est L. 24. D. de excusat. *Papinianus libro XI Quaestionum. Nequaquam* rel. 175) Dig. adiiciunt *excusationis.* 176) Dig. *fideicommissaria.* 177) Ita Mai. e Dig. ins. 178) Dig. *adversus liberti pers. consequitur, excepto.* 179) Ita Mai.; V. *sub R.* 180) Est L. 30. D. de test. tut. *Paulus lib. VI. Quaestionum. Duo* rel 181) V. hic et infra *atparet*, quod Mai. recepit. 182) Dig. *igitur n. e. t.*; om. sequentia. 183) Ita Buchh.; Wenck. *ei.* V. et Mai. *est.* 184) Ita V.; Bark. vult *in potestate manentibus.* Nihil mutare ausi sumus. Cf. etiam Bg. annot. ad Ulp. XXIX. §. 1. 185) Ita Buchh. cf. §. 128. 186) Num *petit?* Mai.— Sav. Wenck. Buchh. *cui petitur.* 187) Eadem verba L. 46. pr. D. de excus. ex Paulli lib. sing. de cognitionibus exhibet. cf. §§. 235. 203. 188) Hoc *ipsos* L. 46. cit. non habet. 189) L. 46. cit *intra numerum sunt.* 190) Buchh. *Filumeniano.* 191) *Urbici autem pistores ... excusantur* sunt verba L. 46. §. 1. cit. ex Paulli lib. sing. de cognitionibus. 192) Mai. quam adiectivum nomen maluit *Hadriani.* 193) Ita incidit locum Sav.; Mai.: *pertinere. Cum ... vacatio, plus.* 194) Coni. Sav.; Mai. *inmunitatem. Sed non.* 195) Eadem usque ad v. *excusantur* ex Paulli lib. sing. de co-

autem pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur. Sed et siqui in foro suario negotiantur, si [196] duabus partibus patrimonii annonam iuvent, a tutelis habent excusationem.

§. 238. Ulp. de officio praetoris tutelaris libro singulari. Proinde si mutus surdusve quis sit, sine dubio a tutela excusabitur. Hi vero, quos valetudo *vel* furor vel morbus perpetuus excusat, etiam eas tutelas, quas ante *susceperant*, deponunt: alia causa aetatis est: luminibus etiam captum [197] Port*ato* Faustino rescripsit imperator noster cum patre.

84.a. 89.b. §. 239. Item. Furio | Epatidae, cum allegasset se unum oculum amisisse et in alio periclitari, rescripsit, an propter adversam valetudinem oculorum excusari deberet praetorem aestimaturum. Hi etiam a susceptis excusabuntur.

§. 240. Item. Paupertas [198] plane [199] dat excusationem, siquis imparem se oneri iniuncto possit docere [200]; idque divorum Fratrum rescripto continetur.

§. 241. Item. Siquis autem in provincia domicilium habet, debet excusari; sed et siquis patrimonium in ea regione, quam iuridicus administrat, habet.

§. 242. Item. Scio tamen quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrasse [201], ut deserto iure potiorum ad excusationem se converterent.

§. 243. Paulus libro singulari ad municipalem. Paupertas [202] quoque solet tribuere excusationem, quod oneri tutelae inp*ar* esse [203] videatur.

§. 244. Paulus libro singulari de officio praetoris tutelaris. Mediocritas [204] et rusticitas et domesticae lites [205] interdum excusationes merentur [206], ex epistula divorum Hadriani et Antonini [207] et Fratrum ad Caerellium Priscum, praetorem tutelarem.

§. 245. Item. Qui conplura allegant, quae singula non sint firma, interdum excusari solent. nam et Fratres imperatores Sentio Potito ita rescripserunt „Quamvis singula, quae litteris tuis conplexus es, non praestent *tibi* [208] iustas causas excusa*ti*onis, tamen quia multa simul congruerunt, movere nos possunt, ut excusatio tua a tutela recipi possit".

§. 246. Paulus libro singulari de excusatione tutorum. Imperatores nostri [209] Aelio Diodoto suo *salutem* [210]. Tutores secundum patris voluntate*m* decreto praetoris, clarissimi viri, quod non iure testa*mento* [211] vel codicillis dati fuerant, confirmatos nominare potiores [212] posse non arbitramur. nam iudicium patris licet iure *de*ficiat, servandum est.

§. 247. Paulus libro I. editionis secundae de iurisdictione tutelari. Qui tres pluresve liberos habent superstites excusari solen*t*, *id*que e npluribus constitutionibus cavetur tam dei [213] Marci et Luci, quibus [214] Pontium Ma*r*cellum trium liberorum patrem liberaverunt litteris ad eum em*i*ssis, quam dominorum nostrorum. Sed hic numerus in Italia cives Romanos liberat [215]: nunc *ex* constitutione principum nostrorum nec in Italia, sed Romae tantum exem*p*lo municipalium munerum. nam Clodio [216] Herodiano ita scribserunt „Sicut in Italia cives Romani consistentes numero quattuor liberorum *inc*olumium a civilibus [217] | ...

XXVII.

QUANDO DONATOR INTELLEGATUR

REVOCASSE VOLUNTATEM.

21.b. 86.b. §. 248. ... | ipsam [1] contumeliis persequi, in affectu pietatis monitos posse mitescere. Volumus igitur, ut si constet [2] iuxta patrem liberos, contra quam humanitatis ratio deposcit, superbe cru*deliterque* se tollere, emancipatio firmitudine evacuetur; idque, quod liberis pater do*natio*nibus contulit, patris dicioni naturaeque *iuri* subiugatis [3], patriae reccida*t* potestati. Et ita illi, qui sacris evoluti a functione obsequii re-

gnitionibus L. 46. §. 1. D. de excus. exhibet. 196) V. et Mai. ins. *a*. 197) Buchh. adiicit *habere excusationem*. 198) L. 7. D. de excus. eamdem sententiam Ulp. libro sing. excusationum tribuit. cf. supra §. 189. 199) Dig. *sane*. 200) Dig. *probare*. 201) V. et Mai. *impetrassent*. 202) Similia ex Paulli lib. II. Sententiarum inveniuntur in L. 40. §. 1. D. de excusat. *Paupertas, quae operi et oneri tutelae impar est, solet tribuere vacationem*. 203) Ita Mai.; V. *inpetrasse*. 204) Modestinus haec Paulli verba allegat in L. 6. §. 19. D. de excusat. 205) Dig. om. *et domesticae lites*. 206) Dig. *excusationem praebent*. 207) Dig. *secundum epistulas divorum Hadriani et Antonini. Eius, qui se neget litteras scire* rel. 208) V. Mai. *sibi*. 209) Idem rescriptum §. 159. exhibetur. 210) §. 159. om. *salutem*. 211) V. et in contextu Mai. *testato*. 212) §. 159. *potiores nominare*. 213) Ita V. 214) Klenz. corr. *qui*. 215) Buchh. *liberabat*. 216) Buchh. *Claudio* ut in §. 191. ubi idem rescriptum memoratur. Mutatum exstat L. 1. C. qui numero lib. (V. 66.) 217) Buchh. supplet *muneribus excusantur*.

1) Buchh. vult *ipsum*. 2) Blum. prop. *constabit*, plures enim litteras desiderari. 3) Ita Buchh. — V.

cesserunt, necessitatis laqueis adstricti, in qua[4] commendatione pietatis etiam detrectantes adveniant. Dat. XVII. kal. Augg. Constantinopoli, Gallicano et Symmacho conss. (330.)

§. 249. Constantinus et Caess.[5] Multas saepe natas ex donatione causas cognovimus, in quibus vel adumbrata pro expressis[5*], vel inchoata pro perfectis, vel plurima pro omnibus controversiam faciant, cum agentium visa[6] ex ingenio ac facultate dicendi aut perfecta deformarent aut inchoata perficerent. inde ius anceps ac pro dicentium inpulsu vaccillans[7] sententiarum decreta differebat[8], Maxime carissime ac iucundissime. hinc enim nuper exceptis personis dicta lex est[9], in quibus summum ius et voluntas omnibus libera, solemnitate more perfecta, ortus[10] suos praesenti munere opulentat[11]; tempestiva dehinc communium donationum cura successit. absolutis enim illis, quae ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, circumacto animo ad universum donationum genus conspeximus omnes earum species signis ac nominibus inprimendas, ut in hominum contractibus differentiam sui nuncupationum proprietate secernant. Itaque sive illa donatio[12] directa sit, sive mortis causa instituta, sive condicionibus faciendi non faciendive[13] suspensa, sive ex aliquo notato tempore promissa, sive ex[14] animo dantium accipientiumve sententiis, quantum ius sinit, cognita[15]; eius haec prima observatio est[16], ut, quas leges indulgent[17], condiciones pactionesque promantur[18]; hisque penitus cognitis vel recipiantur, si conplacitae[19], *vel* reiciantur, si sunt molestae. sed iure receptis[20] parendum erit, nec denegabitur officium, quin simul spes abiciatur adipiscendi[21]. in ceteris sane condicionibus indefensos minores, quando[22] praestare[23] promissa difficile est, non . . it[24], quorum tamen defensores[25], si forte per eos in obeundis donationum officiis, neglecta [*fuerit*] utilitas minoris, quare, cum res erit recepta, commodis[26] spoliabitur[27], rei amissae periculum praestabunt[28]. Ita familiaris dispendii | metus etiam segniores ad ea conficienda ex 86. a.
tarditate incitabit[29]. Post in iisdem conscribendis[30] 21. a.
praecipue nomen donatoris, ius ac rem notans proscribatur; tum ab utroque iure conpleatur, neque id occulto[31], aut per imperitos, aut privatim. his[32] enim rebus saepe clandestina fraus, et quae facta sunt infecta, *et* inducta[33] quae scripta sunt simulans, aliisque ac dehinc aliis largiendo ac donando, ac saepe vel dando multos habendi spe allectos concurrere in expugnanda sibi proprietate impulit. Tabulae *igitur aut*[34] quodcumque aliud materiae[35] tempus dabit, vel ab ipso vel ab eo, quem fors sumministraverit, scientibus plurimis perscribantur[36], eaeque, ut supra conpraehensum est, rebus, nominibus, personisque distinctae sint; ac tum[37] corporalis traditio, in quam saepe multi talia simulando inrepentes, aut veluti corpora capientes, sollemne illud ius ac voluntarium, inconcessa usurpatione praeripiunt. Ea igitur ipsa rerum traditio praesentium advocata vicinitate, omnibusque arbitris[38], quorum post fide uti liceat[39], conventu plurimorum celebretur. non enim aliter vacua iure dantis res erit, quam ea vel eius voluntate, si est mobilis, tradatur, vel abscessu sui, si domus aut fundus aut quid eiusdem generis erit, sedem novo domino patefecerit[40]. Quae omnia consignare actis[41] iudicis praestat, ut res multorum mentibus, oculis, auribus testata, nullum effugiat, cuius aut scientiam capiat, aut dissimulationem tegat. Quodsi iudex aberit, cui summa provinciae commissa est, mandetur istud magistratuum actis, atque ut nullus sit subiciendi aut sur-

---

Mai. *subiugati.* 4) Mai. prop. *iniqua.* 5) Huius constitutionis verba decisiva exstant in L. 1. Th. C. de donat. (8,12.) et L. 25. I. C. eod. (8,54.) inscr. *Imp. Constantinus A. ad Maximum Pf. U.* 5*) Mai. (et V.?) *espressis.* 6) Sic V. habere videtur. Mai. — Buchh. prop. *agentes quaevis.* 7) Ita Buchh.; V. Mai. *vaccillanti.* 8) Bark. vult *differebant.* 9) Videtur esse L. 4. Th. C. de donat. (a. 319. p. Ch.) 10) Ita V.; Blum. coni. *ocius.* 11) In V. additur *e*, superposita lineola; postea vero expuncta est. 12) His verbis incipiunt L. 1. Th. C. et L. 25. I. C. citt. *Donatio sive directa* rel. 13) V. Mai. *faciendis non faciendisve.* Th. C. *faciendi ac non faciendi.* I. C. *sive condicione faciendi aut non faciendi.* 14) Th. et I. C. om. *ex.* 15) Th. et I. C. *cognominata.* 16) Fort. *esto.* Bg. Th. et I. C. *sub hac fieri debet observatione.* 17) Th. et I. C. ins. *actiones.* 18) Th. et I. C. *contineat.* 19) Th. et I. C. add. *sunt.* 20) Ita Rud. Mai. *rectius*; Buchh. *Sic iuri. rectius.* Haec usque ad vv. *quorum tamen* omitt. Th. et I. C. 21) Spatium vacuum hic vidit Bl. 22) V. *qu.* i. e. *quando.* cf. notae iur. a Magn. coll.; Mai. *quoniam.* 23) Rud. prop. Mai. *certa re.* Vocem *certa* incertam esse testatur Bl. ipse vidisse sibi videtur *pota* aut *fota.* 24) Ita Mai. An *sinit?* Sententia loci esse videtur: *Minores, siquando iniquis condicionibus donationum se subiecerint, indefensi non erunt, i. e. in integrum restituentur.* 25) Th. C. *ita ut minorum defensores, si per eos donationum condicio neglecta est, rei amissae periculum praestent*, quae I. C. omittit. repetita autem sunt in L. 2. Th. C. de adm. et per. tut. (3,19.) et L. 21. I. C. eod. (5,37.), quae incipit *Pupillorum seu minorum* rel. 26) Ita locum ordinavi. V. Mai. habent *officiis, quare cum res erit recepta, neclecta utilitas minoris commodis* rel. 27) Ita V. secunda manu; prima *probabitur.* 28) Sententiam loci hanc esse puto: *si defensores minorum modum donatae rei impositum non impleverint, ideoque donatio revocata fuerit, amissae rei periculum praestabunt.* 29) Haec om. Th. et Iust. C. 30) Th. et I. C. *In conscribendis autem donationibus.* 31) Th. et I. C. *rem notari oportet, neque id occulte.* Sequentia *aut p. imp.* non sunt in I. C. 32) *His ... impulit* non hab. Th. et I. C. 33) Ita V. prima manu; secunda *indicta.* 34) Ita Bl. et Bark.; Mai. in context. *i...*; in add. *igitur.* In Th. et I. C. ita est: *Sed aut tabula aut quodcumque.* 35) I. C. ins. *genus.* 36) Th. et I. C. *sors ministravit ... perscribatur.* V. in marg. habet schol.: *Donationes apud acta firmandas et praesentibus multis inplendas.* 37) Th. C. om. quae praecedunt, et sequentia usque ad v. *praesentium* ita exhibet: *Et corporalis traditio ad excludendam vim atque irruptionem.* I. C. haec omnia non habet. 38) Th. C. ins. *adhibitis.* 39) Th. C. *quor. postea fide probabitur.* 40) Th. C. *donatam rem, si est mobilis, ex voluntate traditam donatoris, vel, si immobilis, abscessu donantis novo domino patefactam.* 41) Th. et I. C. finem constitutionis ita exhibent: *actis etiam annectendis, quae apud iudicem vel magistratus conficienda*

ripiendi locus, cum alterutri co*mm*odum sit verum, exemplis idem magistratus adscribant. sic enim conscie*nt*ia multorum, monumentis iudiciorum ac populorum praescri*bt*is, aut litium causa pervulgatis omnibus, fides abstrusior non erit. Tal*ia* enim esse oportet domin*i*orum[42] initia, quorum diuturna possessio saepe legitim*a* proprietatum iura perfringit; talis liberalitatum honestas, quae locis clamata omnibus accipientium donantiumque familiis, liberalitatis et gratiae praedicatione conpleat[43]. Simul cum sit eximi*um* cuiusque donum promerendo cepisse, eius iucunditas nulla lit*i*um tristitudine minuatur. Quodsi expectanda causa dicendaque sententia, orba publico testimonio liberalitas caecam gratiam obscuros*que* coetus prodiderit, quoniam sola fraus cognita est, eorum[44], quae
23. b. donata dicu*nt*ur, temere non erit fides acci|pienda,
sed ea aliena*tione* . . .
uorum reiecta vel su . . .
versis studiis recte r . . .
iure quod quibusque rebus don*atis* . . .
ea perfectione faciend . . . . *ver-*
borum deinde esse quicquam . . .
lege commutata ver*borum* . . .
faciendis neque ullam . . .
flare cum futuris ius p . . .
quae ut omnes cognosc . . .
ti tuo praeferenda est. PP. *III.* |*non. Feb. Severo et Rufino* conss. in foro divi *Traiani.* (323.)[45]

§. 250. Paulus[46] lib. XII. R. Inperfec*ta* . . . . .
liberalitatis novissim[47] . . . .

§. 251. Item. Non ideo donatio . . . .
filiae tradita placui . . . .
tatem sibi recepisse . . . .

§. 252. Item. Cuius[48] mater absenti *filio*[49] . . . .
ad eum fecit quas procu*rator*[49] . . . .
quae instrumenta praediorum e . . . .
praediorum ad filium . . . .
vel servis eius tradita n . . . . *prae-*[49]
diorum ad filium perven . . . . *mater-*[49]
nae voluntatis et c . . . .
causa redire iussisset . . . .
possessionem praediorum . . . .
constare . . . .
factam praedio neque m . . . .
habuisse. Respondi nec fideicommissum s . . . .
in aede sacra editu[50] . . . .
teris post mortem su*am* . . . .
post mortem suam . . . .
. . . . r poenam mad . . rationem 23. a.
. . . . vit quod ne fiduciae daretur
. . . . num accepit perveniret, qui
. . . . . .

§. 253. . . . actio perficitur. Cum autem creditor
. . . . . . nem si debitor pecuniam, quam dele-[51]
gat[52] . . . . . *stipulati*one[53] factam novationem
. . . . dam stipulationem venit
. . . . *i*nchoavit. Respondi
. . . . *possess*ione tradita, quam inritam
. . . . *d*onavit, in iis praediis fuit

§. 253a. *Donationes in concubinam coll*atas[54] non posse revocari conve*nit*, *nec si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractum*, ad irritum reccidere, *quod ante iure valuit. an autem maritalis honor* et affectio pridem praecesseri*t*[55] . . . *personis com*paratis vitae coniunctione *considerata perpendendum esse respondi*[56].

§. 254. *Item. Species extra dotem a matre filiae nomine viro* traditas[57] filiae, quae *praesens fuit, donatas et ab ea viro traditas vide*ri respondi; nec matrem *offensam repetitionem habere, vel eas recte* vindicare, quod vir caviss*et extra dotem usibus puellae sibi traditas; cum* ea significatione non *modus donationis declaretur, nec ab usu propri*etas separetur, sed peculium *a dote puellae distingueretur*[58].

§. 255. *Item. Pater, qui filiae, quam habuit in potestate, mancipia*[59] donavit, et peculium *emancipatae non ademit* . . . *eman*cipationis vita decess*erat*[60], *ex post facto donationem videbatur perf*ecisse.

§. 256. . . . bat praediorum, quae pater ei post
. . . . am donationem genuit
. . . . esset: parvi etenim refert
. . . . . . *perfe*cta[61] non probaretur arbitrum[62]
. . . . em recte secuturum
. . . . ea dati sint[63]
. . . . si filiae *pro*pria praedia |
praelegaret, et adiecisset „exceptis quae sorori tuae 19. a.
donavi". nam et testamento liberalitatem confirmatam, et aperte patris declaratam voluntatem[64]; quod divisionis arbitrio sufficit, iuris quoque verbis deficientibus.

---

sunt. I. C. adiicit, *ubi hoc leges expostulant.* 42) Ita Mai.; V. *dominorum.* 43) Mai. vult *praedicationem* aut *compleatur.* 44) Ita Mai.; V. *earum.* 45) Subscriptionem Mai. restituit ex L. 1. Th. C. et L. 25. I. C. citt. quae tamen *Romae* datam esse legem indicant. Praeterea *Sabino et Rufino conss.* scribendum esse contendit Wenck. in annot. ad L. 2. Th. C. de adm. tut. 46) V. *Paul.*; sed Papiniani haec et sequentia esse Mai. putat; cf. §. 253a. seqq. 47) Sententiam Rudorff. hanc esse coniicit: *Imperfectam collationem liberalitatis ad novissimum diem vitae voluntas perseverans confirmat.* 48) Verba L. 48. D. de acq. vel am. poss. et L. 77. §. 26. D. de leg. 2. agnoscere sibi videtur Dirks. 49) Ita restitui. 50) Buchh. prop. *aedituum.* 51) Ita Mai. in add.; in cont. *quando.* 52) Ita Buchh. 53) Sic restitui. 54) Est L. 31. pr. D. de donat. inscr. *Papinianus lib. XII. Responsor.*, ex qua locum nostrum restituimus. 55) Ita Dig.; Mai. *praecesseris.* 56) Dig. adiic. *neque enim tabulas facere matrimonium.* 57) L. 31. cit. §. 1. esse vidit Mai. eaque usus est in rest. h. §. 58) Dig. adiic. *iudicem tamen aestimaturum, si mater iure contra filiam offensa eas revocare velit, et verecundiae maternae congruam bonique viri arbitrio competentem ferre sententiam.* 59) L. 31. cit. §. 2. 60) Ita Mai.; Buchh. *ademit, atque post diem em. vita decesserit.* Dig. *ademit, ex post facto.* 61) Ita rest. 62) Rudorff. prop. *arbitrum enim hereditatis dividundae donationem recte.* cf. §§. 295. 296. 281. 63) Ita Bl.; Mai. ed. *sint*, et finem versiculi scriptura vacare testatur. 64) V. ins. *confirmat*, postea deletum. Fortasse v. *esse* aut *valere* excidit. Bg.

§. 257. Item. Eiusmodi [65] lege deposita in aede area, ut eam ipse, qui solus [66] deposuit, tolleret, aut post mortem domini Aelius Speratus, non videri perfectam[67] donationem respondi.

§. 258. Item. Pomponius[68] Filadelfus dotis causa praedia filiae Pomponiae [69], quam habuit [70] in potestate, tradidit, et mercedes [71] eorum genero solvi [72] mandavit. An ea praecipua filia retinere possit, cum communes [73] filios heredes instituisset, quaerebatur. Iustam causam retinendae possessionis habere filiam, quoniam pater praedia, [*de*] [74] quibus quaerebatur, dotis esse voluit, et matrimonium post mortem quoque patris constiterat [75], respondi; filiam [76] etenim, quae naturaliter agros retinuit [77], specie dotis, cuius capax fuit [78], defendi.

§. 259. Item. Mulier sine tutoris auctoritate praedium stipendiarium instructum non mortis causa Latino donaverat. perfectam in praedio ceterisque rebus nec mancipii [79] donationem esse apparuit; servos autem et pecora, quae collo vel dorso domarentur, usu non capta. si tamen voluntatem mulier non mutasset, Latino quoque doli profuturam duplicationem respondi: non enim mortis causa capitur quod alteri [80] donatum est, quoniam [81] morte Cincia removetur [82].

§. 260. Item. Filius emancipatus, cui pater peculium non ademit, res quidem pro donato vel pro suo, quod iustam causam possidendi habet, usucapit; sed debitores convenire non potest, neque lites pecun*iae* [83] prosequi, si non sit in rem suam cognitor datus aut nominum delegationes intervenerunt. Plane quod ei solvitur patre non dissentiente debitorem liberat; nec interest an emancipatum ignoret vel ei non esse peculium ademptum, cum rei substantia plus polleat [84] existimatione falsa.

§. 261. Item. Peculium vindicta manumisso vel inter amicos si non adimatur, donari [85] videtur. Quae ratio facit, ut ex iusta causa possidens usuca*pere rem* possit. aliu*d* in his placuit, qui tantum libertatem acceperunt, si testamento parentis [86] potestate solvuntur; quos amittere peculium, si non sit legatum, constitit. neque enim tacita liberalitas defuncti permittentis[86*] retinere peculium po|tuit intellegi. 19 b.

§. 262. Item. Sponsae res simpliciter donatae non insecutis nuptiis non repetuntur. sed etsi adfinitatis contrahendae causa donationes factae sunt et nuntium sponsus culpa sua remiserit, aeque non repetuntur. quod ita intellegi oportet, si revocan*dae* donationis [87] condicio non coniuncti matrimonii conpraehendatur, non [88] perficiendi contractus.

§. 263. Item. Eam, quae bona sua filiis per epistulam citra stipulationem donavit, si neque possessionem rerum singularum tradidit, neque per mancipationem praediorum dominium transtulit, nec interpositis delegationibus aut inchoatis litibus actiones novavit, nihil egisse placuit.

§. 264. Item. Matrem, quae sine tutoris auctoritate filio donationis causa praesentes servos mancipio dedit, perfecisse donationem apparuit [89].

§. 265. Item. Aurum et argentum, quod in re praesenti fuit, pater filio sui iuris donavit, eiusque possessionem traditam esse instrumento palam fecit: non i*d*circo [90] donationem inritam factam existimavi, quod usum omnium rerum apud patrem filius reliquit [91].

DE DONATIONIBUS AD LEGEM CINCIAM [1].

§. 266. Ulpianus lib. I. ad edictum de rebus creditis. Indebitum [2] [non] [3] solutum accipimus non solum si omnino non debebatur [4], sed et si per aliquam exceptionem peti non poterat, id est perpetuam exceptionem [5]. quare hoc quoque repeti poterit, siquis perpetua exceptione tutus solverit [6]. unde siquis contra

65) L. 31. cit. §. 3. 66) Dig. *solus qui.* 67) Dig. *celebratam.* 68) L. 35. D. fam. ercisc. *Pap. lib. XII. Resp.* 69) Dig. om. *Pomponiae.* 70) Dig. *habebat.* 71) Dig. *reditus.* 72) Ita Mai.; V. *fulvi.* 73) Dig. *omnes.* 74) Ita Mai. e Dig. 75) Dig. *steterat.* 76) V. Mai. male *per filiam.* Fortasse *posse filiam.* Bg. 77) Dig. *tenuit.* 78) Dig. *fuisset.* 79) Ita V. 80) Ita Sav.; V. *altero.* Mai., prob. Rudorffio, prop. *Latino.* 81) V. *qn.* An *quamvis?* Mai. — Nihil mutandum est. 82) Versus scriptura vacat. 83) Ita Mai.; V. *pecun.* An *pecuniarias?* 84) V. Mai. *pulleat.* 85) Hoc, vel *donatum* prop. Mai.; V. Mai. *donatori.* 86) Dele *parentis.* Sav. 86*) V. *promittentis.* Mai. 87) Ita Sav. Kell.; V. Mai. *revocantis.* Mai. *donatione.* 88) Ita V.; Mai. habet *sed* pro *non.* 89) Post hunc versum interponitur scholion: *Pollicitatio donationis inter privatos vim obligationis non inducit.* 90) V. Mai. *itcirco.* 91) V. prima manu *reliquid.*

1) Hic titulus in summis paginarum oris scribitur: nulla tamen in ipso contextu secretio fit. Mai. — Hugo et Schrad. dubitaverunt, anne cum priore coniungendus esset hic titulus; id quod fecit Buchh. At cum neque in aliis locis appareat, qua ratione sive compilator sive librarius in ordinandis discernendisque titulis usus sit, nihil mutare ausus sum. 2) Verba sunt L. 26 §. 3. D. de cond. indeb., inscr. *Ulp. lib. XXVI. Ad edictum.* 3) Loco *non*, quod del., Dig. habent *autem.* In loco nostro *uo* (*vero*) fuisse dixerim. Bg. 4) Dig. *debeatur.* 5) Dig. *per aliq. except. peremptoriam peti non poterat.* 6) Dig. *poterit, nisi sci-*

legem Cinciam obligatus non excepto solverit, debuit dici repetere eum posse; nam semper exceptione Cinciae uti potuit non solum ipse, verum, ut Procul[e]iani contra *Sabinianos*[7] putant, etiam quivis, quasi popularis sit haec exceptio; sed et heres[8] eius, nisi forte durante voluntate decessit donator: etenim doli replicationem locum habere imperator noster rescripsit in haec verba[9].

§. 266.a. Greg. lib. XIII. tit.[10] *Imp.* Alexander Flavio Menandro. Professio donationis apud acta factae, cum neque mancipationem, neque traditionem subsecutam esse dicas, destinationem potius liberalitatis quam effectum rei actae continet. eapropter quod non habuit filius tuus dominium, si quae adfirmas vera sunt, obligare pacto suo creditori non potuit; nec quod sine effectu gestum est, vindicationem tui iuris impedit. PP. III. kal. Ian. Alexandro Aug. III. et Dione II. conss. (229.)

§. 267. *Impp.* Severus et Antoninus Augg. Cosoniae
17.b. } Hilarae. Actio nova[11] ex pro|missione[12], quae donati-
85.a. } onis causa facta sit, dari non[13] solet. PP. prid. kal. Ian. Romae, Antonino II. conss.[14] (205.)

§. 268. Quaerebatur an, cum Seius filiam suam emanciparet, apu*d* acta professus sit ei *se* donare fundum, nec instrumenta donationis fecerit, an[15] videatur professione actorum perfecta esse donatio. Respondi, si neque mancipatio, neque traditio secuta est, solis actis dominium non transisse.

§. 269. Ulpianus libro XLVI. ad Sabinum. „Ut, quod utendum mater filiae dedit, non videatur donatum; et si donatum sit, non *v*aleat, in potestate filia constituta patris. Aliud esse, si dotem dedit". Ulpianus: Constat quod utendum filiae datum est non esse donatum; sed etsi do*natum*[16] esset, aeque donatio non valeret in filiam conlata, quae in patris erat potestate[17]. plane si in dotem mater filiae dedisset, valet quod factum est: potest enim donare filiae, cum res mariti fiant; quamvis quandoque filia vel sola, si iuris sui fuerit, vel voluntate filiae pater habeat rei uxoriae actionem. Merito igitur Sabinus ait, si inscia uxore vel invita, ma*ter*[18] in dotem dedit, rem mariti non esse fact*am*, et ideo vindicari ab herede mulieris posse. quod*si*[19] sciente ea hoc factum sit, consequens erit dicere in dotem conversum esse id, quod datum est[20].

§. 270. Hermog. tit. de donationibus[21]. Divi Diocletianus et Constantius Caeciliae Anagrianae. Si donationibus in unam filiam conlatis quarta non retenta patrimonium exha*u*stum[22] in fraudem ceterorum filiorum probetur, has rescindi ad instar inofficiosi testamenti[23] sacris constitutio*n*ibus parentum nostrorum evidenter continetur. Matre quoque filiae res venundante nihil ei auferre posse non ambigitur. Subscripta V. kal. Mai. Sirmi, Caess. conss. (294.)

§. 271. Idem[24] Boncio Secund*o*. Praeses provinciae amicus noster notionem suam impertiet, non ignorans pro sua auctoritate atque experientia, si docebitur inmoderatis donationibus, non retenta quarta ad excludendam inofficiosi querellam[25] nepotis ex filio nati, patrimonium suum avum exhausisse, postque[26] constitutiones huiusmodi commentis ad exemplum inofficiosi querella*e* esse occursum[27]. PP. Mogontiaci XI. kal. Iul. Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 272. Greg. lib. XIII. tit.[28] Imperator Philippus Agilio Cominio[29] suo salutem[30]. Inter patronos [*et*[31]] libertos de iure donationu*m* tractari non oportet, cum etsi[32] perfectis donationibus in possessionem inductus libertus, quantolibet tempore ea, quae sibi donata sunt, pleno iure ut dominus possederit, tamen[33] omnis donatio mutata patronorum volu*n*tate revocanda sit[34]. Quod observabitur etiam[35] circa | ea, quae libertorum { 85.b.
nomine, pecunia t*amen* patrono*rum* et beneficio con- { 17.a.
parata sunt. nam qui o*b*sequiis suis liberalitatem patronorum provocaverunt sunt digni, quin eam non retineant[36], cum coeperint obsequia neglegere[37]: cum magis eos[38] conlata liberalitas ad obsequium inclinare debeat[39], quam ad insolentiam erigere. Fundus[40] autem, que*m* Agilio liberto donasse te tribus et decuria quae ipsius nomine p*arata*[40*] . . sive partis est vindicatio cum consuetudo novo[41] . . . . [42] libertus obtinere debeat, circa quas voluntas patronorum in supremam[42*] usque diem perseveraverit. Hoc tamen ius

---

ens se tutum exceptione solvit.; rel. omittunt. 7) Ita Bg. Rudorff. — V. Mai. *tabulas.* 8) Ita Mai.; V. *heris.* 9) Verba huius rescripti desiderantur. nam quod sequitur rescriptum Alexandri ad alia omnino pertinet, nec ab Ulpiano citari potuit, quippe qui libros ad edictum sub Antonino Caracalla scripsit, et a. 228. p. Chr. interfectus est. quare nec Hassii Wenckiique sententiam probo, qui post v. *habere* plene distinguendum esse censuerunt. 10) Ita V. recentiore uti videtur manu. Mai. — Ed. Berol. habet: *verba: [Greg. lib. XIII. tit.] Imp.* rel. 11) Hass. prop. *nuda.* 12) Wenck. vult *professione.* 13) Ita Mai. in add.; in contextu *non dari.* 14) Ita V. duabus *s.* Mai. 15) Mai. τὸ *an* ex contextu om. in add. supplevit. 16) Coni. Mai.; V. *donator.* 17) In marg. schol. *Mater filio in potestate posito donando nihil agit* 18) Ita Blum.; V. Mai. *maritus.* 19) V. Mai. *quod.* 20) Verba *datum est* deleta atque alia manu restituta esse testatur Mai. in add. 21) Haec quoque alio scripturae genere inter versus addita sunt. Mai. 22) Ita Mai.; V. *exhastam*; alia manu *exhastum.* 23) V. *tt.* superimposita *i* Mai. 24) In marg. schol. *de inmodicis donationibus.* 25) V. *quaerellam.* Mai.; sed *q̄. rellam.* Blum. 26) Ita Mai. In V. v. *post* per siglam a Magnone exhibitam scriptum esse test. Blum. Corr. cum Rudorff. *per.* Buchh. *iuxta.* 27) Ita Blum. et Mai. in annot. In contextu *querellam esse concursum.* Syllaba *con* in V. per siglam scripta est. Blum. — Buchh. *concessam.* 28) Ita V. ut §. 266. a. 29) Hoc rescriptum exstat in L. 1. C. de revoc. don. (8,56.) inscr. *Cosmino.* 30) In marg. schol. *In libertos conlatam a patrono donationem, si ingrati extent, revocandam, vel si nomine eorum quid emptum sit.* 31) Copulam Mai. ins. 32) L. 1. cit. ab v. *etsi* incipit. 33) Iust. C. ins. *si ingratus sit.* 34) Iust. C. *est.* 35) Iust. C. *et.* 36) Iust. C. *non sunt digni, quo eam retineant.* 37) V. *neglegerent.* 38) Iust. C. *in eos.* 39) Iust. C. *eos incl. deberet.* 40) Iust. C. om. locum: *Fundus ... perseveraverit.* 40*) Mai. *parata*; sed praeter *p* omnia incerta esse testatur Blum. 41) In hoc versu non nisi ductus plane incertos se vidisse testatur Blum. 42) Rudorff. suppl. *donationes.* 42*) V. Mai. *suppremam.*

stabit intra ipsorum tantum liberalitatem, qui donaverunt[43]: ceterum neque filii eorum, neque successores da[44] beneficium pervenient[45]. neque enim fas est omni[46] modo *inquie*tari donationes, quas is, qui donaverat, in diem vitae suae non revocavit[47]. *Dat. XV. kal. Iul. Aemiliano II. et Aquilino conss.*[48] (249.)

§. 273. Divi Constantinus et Caess. Prisca legum aequitate provisa, variis ambagum versutiis exquisita donatio, licet instrumentum emptionis vel debiti tenorem conpraehendere videatur, tamen claris donationibus[49] probata debet[50] in irritum devocari; siquidem consultissima ratione videatur esse provisum matrimonio constante donationes inter virum et uxorem ac r. in . . . . . atas[51] nullam firmitatem habere. nec sibi debent mulieris[52] blandiri, *qua*mquam venditores vel debitores ad eludendas legum sanctiones mariti earum se falso videantur esse professi. quare Vettium Rufinum, clarissimum virum praefectum[53] urbi, amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui *par*tium allegationis exa . . [54] petitioni tuae secundum iuris providebit institiam. Dat. XIIII. kal. Nov. Mediolano[55], Constant*ino*[56] et Licinio conss. (315.)[57]

§. 274. Idem Aureliae Sabinae sive Gaudiosae. Licet in potestate filii [sunt] degentes[58] donationum effectum a patre sibi conlatu*m* mox consequi *non*[59] posse videa*n*tur[60], tamen persevera*n*te *volun*tate[61] ad instar mortis causa donationis huiuscemodi liberalitatem redigi oportere retro principum *r*escribtis[62] cognosci*tur*[63] esse concessum. unde virum clarissimum praefectum urbi, amicum nostrum, cuius notio est, adire non prohiberis, qui omnibus rite consideratis, *quae* in precem tuam conferenda m . . . *n* si pro experientia sua recte . . ari . . Dat. idib. Augustis, Romae, Constantino et Licinio Augg. conss. (312?)

§. 275. Divi Diocletianus et Constantius Sab*inae*[64] et Diodulae. Perfectam dona|tionem mutata voluntate donatoris, etsi parum gratus existet cui dono res data est, minime contendi[65] posse saepe rescriptum est. PP. V. non. Mart. Nicomediae, Maximo et Aquilino conss. (286.) 24.!.

§. 276. Idem . . . [66] iae. Si *pater*[67] tuus nomine matris tuae de sua pecunia . . . [68] *donat*ionis causa, eique tradidit et decedens non revocavit, ad . . . [69] contulisse videtur, intellegis frustra te velle experiri, cum oratione divi Severi huiusmodi donationes post obitum eorum, qui donaverunt, confirmentur. PP. pridie non. Mart. Antiochiae, Augg. IIII. et III. conss. (290.)

§. 277. Idem A . . . [70] *con*tulit donationem et decedens supremo[70*] *iu*dicio non revocavit, scilicet manente potestate, praeses provinciae iuxta divorum principum constitutiones super hac re factas vim prohibebit, de ceteris inter vos disceptaturus. PP. IIII. kal. Sept. Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 278. Idem Aurelio Zoilo. Cum adfirmes patrem tuum donationes perfectas in te contulisse et supremis[70*] iudiciis eas non revocasse, poteris iure constituto, praesertim cum honori primipilari sis adstrictus[71], securo animo ea, quae donata sunt, possidere. PP. VIII. kal. Nov. Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 279. Idem Benign*ae* Superlatae. In filiam post emancipationem a patre conlatam[72] postea auferri ab ea non potuisse dubitari non oportet. si igitur nihil aliud tibi de iure adversatur, praeses provinciae ne qua tibi legitime possidenti fiat iniuria intercessu auctoritatis suae providebit. PP. IIII. kal. Dec. Maximino[73] et Aquilino conss. (286.)

§. 280. Idem[74] Aur. Anni*ae*[75]. In q . . . lum[76] non venit adversus enormes donationes, quae ita[77] in quosdam liberos vacuefactis[78] facultatibus in filiorum pernicie[79] conferuntur, iamdudum divorum principum statutis *esse* provisum. si[80] igitur mater tua ita patri-

---

Cf. not. 70*. 43) Iust. C. *intra ipsos tantum qui liberalitatem dederint.* 44) Iust. C. ins. *hoc.* 45) Iust. C. *pertinebunt.* 46) Iust. C. *ullo.* 47) Iust. C. *retractavit.* 48) Ex Iust. C. restituta. In V. tria circiter sunt verba litteris inclinatis atque obscuratis. Mai. 49) Corr. *documentis.* Buchh. *probationibus.* 50) Ita Buchh.; V. Mai. *debent.* 51) Mai. *uxorem ac re* (sive *res*) *insecuta non ratas.* Blum. *ac r.* (cum linea transiecta) *in ... itatas.* Fort. *ac res invicem datas.* Bg. Schol., quod in marg. est, Mai. in add. ita dedit: *De donationibus sub emptione . . . sub . . . tis*; Blum. ita: *De donationib. sub emp . . . tis*; Rudorff. suppl. *sub emptionis titulo factis.* 52) V. pro *mulieres.* 53) V. Mai. *c. u p. f.* 54) Ita V. Mai.; Blum. prop. *allegationes exaudiens.* Bark. Buchh. Rudorff. *allegationibus examinatis.* 55) Ita V. Mai. Cf. infra not. 143**. 56) V. Mai. *Constantio.* 57) Quartum consulatum Constantini et Licinii AA. intelligendum esse Buchh. monuit, quia hoc anno Vectius Rufinus praef. urbi fuit. Mai. habet (312?) 58) Wenck. et Buchh. hic ins. *ut.* Rudorff. *et.* Equidem puto delendum esse v. *sunt.* 59) Rudorff. prop. *non* vel *minime.* Mai. *m . .* 60) Ita Wenck.; Rudorff. *videntur.* V. Mai. Buchh. *videatur.* 61) Coni. Rudorff.; Wenck. prop. *perseverantia voluntatis.* V. Mai. *perseverat et . . . . satis.* 62) V. Mai. *scribtis.* 63) Ita Mai.; V. *cognitor.* 64) Ita Mai.; V. *Sab . . na.* 65) Hass. prop. *condici* vel *rescindi.* Bark. *contundi.* Cram. aut nihil mutandum aut *Post perf. don.* legendum esse censet. 66) Desiderantur sex fere litterae. Mai. 67) Ita Rudorff. et Wenck. Sex litterae desiderari videntur. Mai. 68) Wenck. *fundos emit.* 69) Rudorff. *ad matrem* vel *eam.* Malim [*quae*] *ad eam.* Buchh. *ad illam recte donationem cont. videtur.* 70) Totus fere versiculus abrasus est. Mai.; Rudorff. suppl. *Si pater tuus in te contulit.* 70*) V. Mai. *suppremo* et mox *suppremis* Cf. not. 42*. 71) Ita potius videtur in V., quam *adscriptus.* Mai. 72) Ita V. Mai.; Blum. ins. *donationem.* Sav. prop. *conlata*; Buchh. *conlatum.* 73) Buchh vult *Maximo II.* Cf. superiores subscriptiones. 74) In marg. schol. *De inmodicis donationibus.* 75) Est L. 7. Iust. C. de inoff. don. (3,28.), inscr. *Iidem AA.* (Diocl. et Max.) *Ammiano,* unde Buchh. Maii scripturam corr. *Aur. Ammiano.* 76) Mai. quattuor litteras desiderari notat. Bg. prop. *querelam.* Rudorff. *quaestionem.* Buchh. *dubium.* 77) Una tantum littera post *ita* legi non potest; sed nescio quid aliud supra versum videtur esse additum. Mai. 78) Ita Buchh. V. *vacua factis.* Mai. *vacuis factis.* 79) Ita V. Mai.; Buchh. *perniciem.* 80) Principium

monium suum profund*a* liberalitate *in* fratrem tuum *e*visceratis *o*pibus *suis* *ex*hausit[81], ut quartae pa*rtis* dimidiam, quam[82] ad excludendum inofficiosi querelam adversum au . . . . . . habes[83], praeses provinciae quod *immoderat*e[84] gestum est revocabit[85], eamque[86] aeris alieni solutionem, *si*[87] ab intestato cum fratre tuo matri heres exstitisti, revocare non pot*es*. *Dat.* Nicomediae V. non. Mart. Augg. III. et II. conss.[88] (287.?)

§. 281. Idem[89] Aurelio Severo Alexandro. Pater in filium, quem in potestate habet, conferens ipso iure don*ation*em non facit; sed ex praeceptis statutorum
24. a. recepta | humanitate placuit, si in eodem iudicio perseverans in fatum concesserit, liberalitatem eius salva lege Falcidia probari. Proinde si pater, qui per epistulam res tibi dono dedit, non revocata liberalitate, nec mutata voluntate fatalem diem intestato obiit, inlibata donatio permanet, nisi tamen legis Falcidiae ratio comminui eam exegerit; quod si locum habet, eatenus ex donatione fratres tui deducent, quatenus id fieri indemnitas et iuris ratio [et][90] in optinendis portionibus, quas eos habere necesse est, exigunt. Iuxta hanc iuris formam praeses provinciae ad vicem familiae herciscundae officium sententiae suae legibus temperabit. PP. Byzanthio[91] XI. kal. Apr. Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 282. Idem[92] Calpurniae Aristenetae. Quoniam non contenta rescripto, quod ad primas preces acceperas, iterato supplicare voluisti, ex iure rescriptum reportabis: Communes res in solidum donari nequeunt, sed portiones eorum, qui donant, ad eos, qui dono accipiunt, transitum faciunt. nec[93] ambigi oportet donationes etiam inter absentes, si[94] ex voluntate donantium possessionem ii[95], quibus donatum est, nanciscantur, validas esse[96]. Restat, ut si[97] filius tuus inmoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, iuxta legum placita[98] praesidis provinciae auxilio[99] utaris[100]; qui discussa fide veri si integri[101] restitutionem ex filii persona conpetere tibi[102] ob inprobabilem donationis enormitatem animadverterit[103], in removendis his, quae perperam gesta sunt, tibi subveniet[104]. PP. III. id. Feb.[105] Mediolani, Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 283. Idem[106] Aurelio Carrenoni. Si stipendiariorum[107] proprietatem dono dedisti, ita ut post mortem eius, qui accepit[108], ad te rediret, donatio inrita est[109], cum ad *tempus*[110] proprietas transferri nequiverit. si vero usumfructum in eam, contra quam supplicas, contulisti, usumfructum a proprietate alienare non potuisti. PP. V. id. Mart. Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 284. Idem Alexandriae. Ea quidem, quae iure donationis a socru tua in te conlata sunt, manere inconcussa rector provinciae efficiet. *In*[111] matrimonio vero retinendo tui arbitri[112] est, an velis et filiis communibus intervenientibus in eodem proposito perseverare. PP. III. id. Oct. Heraclia[113] Thracum, Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 285. Greg. lib. XIII. tit.[114] Idem Aurelio Abanti. Si filiae tuae possessiones, de quibus agitur, neque mancipasti, neque tradidisti, frustra vereris, | ne ex 22. a.
una professione vel . . . .[115] *praeser*tim cum fundos tributar*ios* . . .
etiam ab iniuria tempera[116] . . .
Maximo et Aquilino conss. (286.)

§. 286. Eodem libro eodem tit.[117] Idem[118] Iuliae Marcellae. *Quoties donatio ita conficitur, ut post tem-*

L. 7. cit. *Si mater tua patrimonium* rel. 81) Ex L. 7. rest.—Mai. habet *profundit lib. in fratrem tuum . . . isce pati . . . pibus tuis auxit.* 82) Ita Mai.; Buchh. *partem.* Iust. C. *partis dimidium, quod.* 83) Mai. *adversum au . . . rtat his datis . . . atis quae in Aurelio tecum ri habes.* Buchh. non male: *adversum Aurelium* (fratrem) *sufficere constat, his datis collatisque in Aurelium tu non habes.* Iust. C. *ad excludendam inoff. testamenti querelam adversus te sufficeret, in his donationibus, quas tibi largita est, non habeas.* 84) Mai.: . . . *tae.* 85) Iust. C. *quod imm. gest. est, revocabitur.* 86) Ita Mai.; Buchh. prop. *quamquam.* An *namque?* 87) Ita Rudorff. et in fine *non potest*, quod displicet. Buchh. *quia.* 88) Fasti hos conss. non exhibent, sed a. 207. Augg. III. et I.; a. 290. IV. et II. In Iust. C. subscr. est: *PP. V. id. Maii, conss. ut supra.* (Maximino II. et Aquilino conss. a. 286.) 89) In marg. schol. *Si pater in filiumfamilias aliquid* confert, *liberalitas eius salva lege Falcidia probanda* est. 90) Copula abundat. Mai. Buchh. *et indemnitas et iuris ratio in.* 91) Ita V. In margine notas Tironianas vidisse sibi visus est Mai. 92) In marg. schol. *Communes res in solidum donari non posse. Donationes etiam inter absentes posse fieri, et validas esse, si ex voluntate donantium hi, quibus donatum est, nanciscuntur possessionem rerum donatarum.* 93) Verba *nec . . . validas esse* exstant in L. 6. Iust. C. de donat. (8,54.), inscr. *Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Christianae.* [in cod. Casin. et Vat. 1427. est *Aristianae*. Blum.] 94) Iust. C. *et maxime si.* 95) V. Mai. *hii.* Iust. C. *possessiones hi.* 96) Schol. *Idem supra pag. VIII. et infra pag. XV. et XXIII.* 97) Haec inveniuntur in L. 4. Iust. C. de inoff. don. (3,29.), inscr. *Impp. Diocl. et Max. AA. Aristinae.* 98) Iust. C. om. *iuxta leg. placita.* 99) V. Mai. *aucxilio.* 100) Iust. C. *uteris.* 101) Iust. C. *in integrum.* 102) Iust. C. *tibi comp.* 103) Iust. C. *animadverteret.* 104) Iust. C. pergit: *ideoque non est tibi necessarium adversus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamenti.* 105) Ita quoque L. 6. cit., sed L. 4 habet *Dat. VI. id. Febr.* 106) Hoc rescriptum mutatum exstat in L. 2 Iust. C. de don. quae sub modo (8,55). *Impp. Diocl. et Max. AA. et CC. Zenoni.* 107) Iust. C. *rerum tuarum.* 108) Iust. C. *qui accipit.* Rudorff. corrigi vult *quae accepit.* 109) Iust. C. *donatio valet,* et loco sequentium haec habet: *cum etiam ad tempus certum vel incertum ea fieri potest, lege scilicet, quae ei imposita est, conservanda.* Subscriptio eadem est. 110) Ita Rudorff. ex Iust. C.; V. Mai. *ad te.* Buchh. *a te.* 111) Una vel duae litterae legi nequeunt. Mai. 112) Ita V. pro *arbitrii.* 113) Ita V. Mai. 114) Haec inter versus alia manu addita sunt. Mai. 115) Buchh. suppl. *vel apud acta facta perfecta sit donatio.* 116) Buchh. *temperari aditus praeses provinciae praecipiet.* 117) Haec quoque alia manu addita sunt. Mai. 118) Est L. 3. Iust. C. de don. quae sub modo (8,55.), inscr. *Iidem AA. et CC.* (Diocl. et Max.) *Marcellae.* ex qua

pus id, quod donatum est, alii restituatur [119], *veteris iuris auctoritate rescriptum est*, si is, in quem liberalitatis conpen*dium conscrebatur*, *stipulatus non sit*, *placiti* fide non servata [120] ei, qui libera*litatis auctor fuit*, *vel heredibus eius condicticiae actionis* persecutionem conpetere. sed cum *postea benigna iuris interpretatione divi principes* ei, qui stipulatus non sit, *utilem actionem iuxta donatoris voluntatem* decernendam esse [121] admi*serint*, *actio*, *quae sorori tuae*, *si in rebus humanis* ageret, potuit decerni [122] s . . . . . *tibi* adcommodabitur. PP. Si*rmii* [123] . . .

§. 287. Constantinus et Caess. . . .
nec ea, quae matres in filios cont*ulerunt* . . .
tunt. Sane si generaliter r . . .
vel mancipatione totius pa*trimonii* [124]
est, id quod donatum est, stare non . . .
transferri non valeat qu . . .
li possit rectorem provinciae interp . . .
Licinio V. et Crispo *conss.* (318.)

§. 288. Greg. lib. XIII. tit. [125] Divus [126] imp. Probus Massiciae R. . . est, siquidem donatur*am* [127] te, quae d . . . menta [128] fecisti, aut eundem, cui do*n* . . .
perfectam ac solam ti*b*i p . . .
non posse, quando apud te eius rei propri*etas*. . .
functiones [129] vel per eum, cui dona*ta res non erat*, *vel ab actoribus ipsius nomine* celebratae non tibi obesse [130] . . .
iustum magistrum sum . . .
cum comminatione vide . . .
praefinitione allega, ut si prae . . .
latur. PP. VI. [131] kal. Ian. Mes*sala et Grato conss.* (280.) |

22. b. §. 289. . . . . stipendiarii vel tributa*rii* . . *donatio* [132] perficitur. Pone igitur sollicitu*dinem* . . . . . egit non tradidisse ea, vel quae . . . . *s*pernenda non sunt. PP. non. Oct. . . . . . .

§. 290. . . . . a fides adiuvet. Ceterum . . . . lem declarat [133] voluntatem . . . . onem ab eo perfecisti, siquidem feminis [134] . . . . *in f*amilia degentibus pater do*n* . . . . s adeo emolumenti tribuat . . . . . . *les*, quod *t*ibi [135] ex patris rebus iure . . . . res tuorum inquietudinem, siqua . . . . *por*tionem, quae tibi ex bonis patris . . . . um [136] voluntas perseverans . . . . . . t, vel etiam fundi ex pecunia a patre . . . . m tibi tradita, ac postmodum . . . . tit [137] facta numerans, quod penes . . . . dat. III. kal. Oct. Verona . . . . . .

§. 291. *donation*em in te conlatam, licet [138] in potestate . . . . *in diem nov*issimum [139] vitae voluntas . . . ; . . *arc*: nam tu eorum, quae praetulisti . . . . fiat contra voluntatem defuncti . . . . *arbitr*um [140] divisioni dabit, qui in . . . . tare debebit, ut tibi istae res . . . . *portio* [141] ex legibus ab intestato de*bita* [141] . . . . PP. V. kal. Ian. Treveris . . . . II. conss.

§. 292. . . . . *donat*io [142] quidem a patre in filium . . . . [143] si in eadem voluntate pater . . . . *nov*issimam [143*] voluntas quam in ex*trem*[143*] . . . portio, quae ab intestato debetur, | inlibata servetur. Iuxta quae adi correctorem virum 18. b.
clarissimum, amicum nostrum, et ea, quae in precem contulisti, adlega; qui in examinationibus eam sententiam promet, quam iuris atque aequitatis ratio dictaverit. PP. Mediolano [143**], VII. kal. Ian. Tusco et Anullino conss. (295.)

§. 293. Idem Aur. Luciano [144]. In donatione rei tributariae circa exceptam et non exceptam personam legis Cinciae nulla differentia est; cum et vacuae possessionis inductione celebrata in utriusque persona perficiatur, et si hanc secutam post huiusmodi placitum non constet, manifeste nec coepta videatur. quapropter in his quidem, quae solo tributario consistunt, a maiore V et XX annis in vacuam inductos possessionem ostendi convenit; rerum autem mobilium sive moventium, si [*non*] [145] excepti fuistis, quae mancipi sunt, usucapta vel mancipata post vel antea maiore [146] tempore a vobis anni possessa avocari non possunt; nec mancipi vero, traditione facta, propter eiusdem interdicti potestatem similis possessionis probatio necessaria est. nam si exceptus fuisti, privignus tum constitutus, sola traditio sufficit. Quod autem res [147] tibi ab herede donatricis distractas [148] esse pro*ponis*, *duplicari* [149] tibi titulum possessionis non potuisse con-

---

restituere licuit, quae V. et Mai. non habent. 119) Mai. in add. *restitui*. in contextu habet *rescripti*. 120) Iust. C. *impleta*, 121) Iust. C. *competere*. 122) Iust. C. *competebat*, *tibi accommodabitur*. 123) Subscr. Iust. C. est *PP. XI. kal. Octobr. ipsis IV. et III. conss.* (290.) 124) Suppl. Buchh. 125) Haec verba Mai. uncis inclusit. 126) Ita Mai.; V. *d.* linea traiecta. 127) Ita Buchh., V. Mai. *donaturum*. 128) Bg. Rudorff. prop. *documenta*. Buchh. *instrumenta*. 129) Mai. ... *siones*. Verba L. 4. Iust. C. de donat. (8, 54.) *Imp. Probus A. Marsiae. Si functiones* [*exactiones vel tributa*] *per eum* rel. 130) Ex Iust. C. restituimus quae Mai. non habet. Habet autem Iust. C. *celebratae sunt*, *tibi obesse non potest*. 131) In Iust. C. est *PP. V. kal. Ian.* 132) Ita Buchh.; Rudorff. prop. *Donatio praedii stip. vel trib. sine traditione non perficitur.* 133) V. *dederat* mox *declarat*. Mai. 134) Alia manu in marg. adscripta est v. *feminis*. Mai. 135) Ita vel *sibi* in V. esse videtur. Mai. 136) Rudorff. *in diem novissimum*. Buchh. *usque ad diem vitae supremum*. 137) Ita V. vel *tat* Mai. 138) Prima manu *dicet*. Mai. 139) Ita Rudorff. et Buchh. 140) Ita Rudorff. Buchh. 141) Suppl. Buchh. 142) Ita Buchh. Mai. vidit *rtio* et rest. *portio*. 143) Buchh. suppl. *filiumfamilias collata ipso iure rata non est; quodsi*. 143*) Nos restituimus. 143**) Cf. supra not. 55. 144) Pars huius rescripti est L. 4. Iust. C. de contrah. empt. (4, 38.), inscr. *Iidem AA.* (Diocl. et Max.) *Luciano*. 145) Ita ins. Rudorff. Malim *moventiū nisi*. Bg. 146) V. *a maiore*, sed *a* videtur expuncta. Excidisse nonnulla putat Mai. propter v. *eiusdem interdicti*. 147) Incipit L. 4. cit. a verbis: *Cum res tibi donatas ab herede*. 148) Iust. C. *tibi distractas*. 149) Ex Iust. C. qui habet *proponas*, *intelligere debueras duplicari*. Blum. *duplicare*

stat; sed ex perfecta donatione [150] dominum factum [151] frustra emisse, cum rei propriae emptio non possit consistere; ac tum [152] demum tibi profuerit [153], si ex donatione te non fuisse dominum monstretur [154]. sane quoniam omnia vobis ab eo donata et tradita dicitis [155], ad hoc a filio facta venditione [156] rerum maternarum adferre perfecta etiam donatione poterit [156*] defensionem, *ne vel* [157] exemplo inofficiosi testamenti possit haec avocare. Quibus [158] omnibus praeses provinciae suam notionem praebebit. PP. IIII. kal. Iun. Diocletiano et Maximiano V. et IIII. conss. (293.)

§. 294. Papinianus [159] libro XII. *Resp.* Quod pater filiae, quam habuit ac retinuit in potestate, donavit, cum eam donationem testamento non confirmasset, filiae non esse respondi. nam et peculia non praelegata communia fratrum esse constabat. Diversa ratio est contra legem Cinciam factae donationis: tunc enim exceptio*nem* voluntatis perseverantia doli replicatione perimit [160]. Cum [161] pater filiis, quos habuit ac retinuit in potestate, donat, nihil prodest non mutari voluntatem, quoniam quod praecessit totum inritum est. unde cum filius in divisione bonorum penes fratrem quod pater donaverat, errore lapsus reliquit, portionem eius non esse captam usu Servio Sulpicio placuit; quod neque frater ipse donaverat, neque pater donare
18. a. poterat [162]. | Cur ergo quod vir uxori dedit, morte soluto matrimonio, si voluntas perseveravit, fini decimarum [163] auferri non oportere maximi principes nostri suaserunt, et ita senatus censuit? Sed nimirum liberi, qui repulsam donationis auctoritate iuris tulerunt, aliis rationibus ad bona patris perveniunt; ac plerique plus habere [164] quam fratres iurgiis eiusmodi contendunt.

§. 295. Impp. Severus et Antoninus Augg. Atilio Natili militi [165]. Si frater tuus in potestate patris in diem mortis perseveravit, donationes, quas a patre in eum conlatas esse adfirmas, nullius esse momenti dubitare non debes. de patris igitur bonis dividundis cum fratre tuo apud eum, de quo meres [166], consiste. PP. XIIII. kal. Sept. Faustiniano et Rufino conss. (210.)

§. 296. Papinianus lib. II. [167] *Resp.* Donationem, quam pater in filium, quem in familia retinuit [168], frustra contulit, arbiter hereditatis dividundae non sequitur. et ideo si frater coheres apud fratrem suum possessionem errore iuris lapsus reliquerit, usucapio partis non erit.

§. 297. Divi Diocletianus et Constantius [169] Clodiae Iuliae Ptolemaidi [170]. Cum matrem tuam donationis instrumenta in neptem suam fecisse, nec ea tradidisse dicas, in dubium non venit liberalitatem, quoniam adsignatis instrumentis minime coepta est, invalidam esse. Igitur ut querella [171], quae inter vos orta est, cognita causa conprimatur, a viva matre tua neque instrumenta, neque possessionem traditam esse ostende. PP. IIII. non. Nov. Suneata [172], Diocletiano Aug. II. et Aristobolo conss. (285.)

§. 298. Paulus lib. LXXI. ad edictum ad Cinciam. Personae igitur cognatorum excipiuntur in his verbis „sive quis cognatus cognata [173] inter se, dum sobrinus „sobrinave propiusve eos, et sive quis in alterius po„testate matrimoniove [174] erit, qui eos hac cognatione „attinget, quorumve in potestate matrimoniove [174] erit, „eis omnibus inter se donare capere liceto."

§. 299. Item. Quinque igitur gradus pleni excepti sunt, et ex sexto una persona, sobrinus et sobrina.

§. 300. Item. Excipiuntur et ii, qui in potestate eorum vel manu mancipiove, item quorum in potestate manu mancipiove erunt.

§. 301. Item. Ita [175] si is, qui [176] in eo gradu est, in potestate habeat eum, qui mihi longiore | gradu 20. b.
sit, dare [177] ei potero: sic et lex Furia scribta est: eo amplius, quod illa lex sex gradus et unam personam ex septimo gradu excepit, sobrino natum.

§. 302. Item. Excipiuntur et adfinium personae, ut privignus, privigna, noverca, vitricus, socer, socrus, [*gener* [178],] nurus, vir et uxor, sponsus, sponsa.

§. 303. Item. Sed in hac [179] adfines qui sunt tempore donationis excipiuntur. Idemque etiam divus Pius rescripsit: leges enim quae voluissent etiam eos excipere, qui fuissent, nominatim id cavisse.

§. 304. Item. Excipit tutorem, qui tutelam gerit, si dare volet; quia tutores quasi parentes proprii pupillorum sunt: nam permisit eis [*in*] [180] infinitum donare. Contra, ut possit pupillus donare, non excepit.

§. 305. Item. Item [181] excipit „si quis mulieri virginive cognatus dotem conferre volet." igitur quocumque gradu cognatus dotis nomine donare potest.

§. 306. Item. Quaesitum an et cognata cognatae ultra except*am* [182] donare possit? Labeo scribit non posse; sed ratio aequitatis a*eque* [183] in feminis est.

§. 307. Item. Item [184] excipit „siquis a servis [185],

---

te tibi. 150) Iust. C. *ex donatione et traditione.* 151) Iust. C. ins. *te.* 152) Iust. C. *tunc.* 153) Iust. C. *profuit.* 154) Iust. C. *demonstretur.* 155) Iust. C. *omnia bona tibi* [Blum.: recte! V. *VONA T*] *ab ea don. et trad. dicis.* [Blum.: recte!] 156) Iust. C. *et a filio facta venditio.* 156*) Blum. *poteris.* 157) Ita Iust. C. — V. prima manu *defensionem*, secunda *defensione in.* Mai. *defensionem ne.* 158) Haec et subscriptionem I. C. non habet. 159) In marg. schol. *Nihil prodesse filiofamilias donatum, si[t] non confirmetur donatio, quamvis pater non mutaverit voluntatem. Et sequens et tertia. Infra pag. X. adnota . . . similis huic inc. adnot . . .* 160) Ita Kell. et Rudorff. — V. Mai. *excepti . . . replicationem perimit.* secunda manu *replicatione perimitur.* Blum. et Bark. prop. *exceptio . . replicatione perimitur.* 161) Mai. ins. vult *vero.* 162) Inferiore in marg. huius pag. litteris magnis inclinatis scribitur *CYCNUS.* Mai. 163) Ita V. accentibus positis supra *marm.* Hass. prop. *perseveravit fine dierum, auferri.* cf. tamen Ulp. fragm. tit. XV. 164) Ita V. recte.; Mai. prop. *habent.* 165) In marg. *Quod supra.* 166) Ita V. Mai. — Buchh. *sub quo meres.* 167) Ita V. an XII.? Mai. 168) In marg. *Quod supra.* 169) Ita Buchh.; V. Mai. *Constantinus.* 170) In marg. *Donationem non adsignatis instrumentis non valere.* 171) Ita Mai.; V *q* traiecta linea. An *quaestio?* 172) Ita V. Mai. 173) Mai. prop. *cognatave.* 174) Wenck. prop. *manu mancipiove.* sed nihil mutandum est. 175) Corr. *itaque.* Mai. 176) Ita Mai.; V. *quiqui* aut *quique.* 177) Corr. *donare.* Mai. 178) Suppl. Wenck. 179) Ita V.; supple *lege.* 180) Ita Rudorff. alii. 181) Ita V. 182) Corr. Rudorff. — V. Mai. *exceptum.* 183) Id vel *aequa*, sive *eadem* prop Rudorff. et Kell. — V. Mai. *ea, quae.* 184) Ita V. 185)

quique pro servis servitutem servierunt, accipit, duit"[186]. his verbis „siquis a servis suis" liberti continentur, ut patronis dare possint. sequentibus vero excipitur, ut is, qui bona fide serviit, si postea liber pronuntiatus sit, possit dare ei, cui servit. Sabinus utraque scribtura[186*] contineri et *bis*[187] idem dictum.

§. 308. Item. Sed tantum patronum a liberto excipit. quidam putant etiam liberos patroni exceptos, quoniam libertus continetur servi appellatione: et sicut in XII tabulis patroni appellatione etiam liberi patroni continentur, ita et in hac lege.

§. 309. Item. Contra autem[187*] liberti a patronis excepti sunt? et hoc iure utimur, ne excepti videantur, ut et dare et capere[188] lex eis[189] permittat.

§. 310. Paulus lib. XXIII. ad edictum de brevibus. Perficitur donatio in exceptis personis sola mancipatione vel promissione; quoniam neque Cinciae legis exceptio obstat, neque in factum „si non donationis causa mancipavi vel promisi me daturum". idque et divus Pius rescripsit.

§. 311. Item. Sed in persona non excepti sola mancipatio vel promissio non perficit donationem: in rebus mobilibus, etiamsi traditae sint, exigitur ut et interdicto *Utrubi*[190] superior sit is, cui donata[191] est,
30. a. sive mancipi mancipata sit, sive nec mancipi tra|dita.

§. 312. Divi Diocletianus et Constantius Aurelio Onesimo.[192] Successoribus donatoris perfectam donationem revocare non permittitur; cum inperfectam perseverans voluntas per doli mali replicationem confirmet. unde aditus praeses provinciae si de possessione te pulsum animadvertit, nec annus excessit, ex interdicto Unde vi restitui *rem*[193] cum sua causa providebit; vel si hoc tempus finitum est, [*per*][194] formulam promissam, quasi[195] nullas vires donationem habuisse dicatur, quaestione facti examinata iure praeses provinciae sententiam ferre curabit. PP. VIIII. kal. Mart. Diocletiano V. et Maximiano IIII. conss. (293.)

§. 313. Idem Laelio Sempronio Laeporio.[196] Donatio praedii, quod mancipi est, inter non exceptas personas traditione *atque* mancipatione perficitur; eius vero, quod nec mancipi est, traditione sola. Si igitur patrona tua in rebus humanis agens supradicto iure ex causa donationis, retento sibi usufructu, ad te eundem fundum transtulit, intellegis ius tuum satis esse munitum; si tamen[197] cum moreretur patrona, quam praedium donasse commemoras, possessionem rei donatae non revocavit. Iuxta quae aditus is, cuius de ea re notio est[198], auctoritatem suam interponet. Dat. pridie kal. Apr. Diocletiano Aug. VI. et Constantio II. conss. (296.)

§. 314. Idem Aureliae Apollonidae. In filium a patre donationum conscribtis instrumentis, cum in vacuam inductum possessionem horum lectio manifestat.[199] Ceterum sine dubia facti quaestione divus Titus Antoninus parens noster necessariis angustis ratione*m*[200] eius consortii, quod[201] nascendi tempore liberis et parentibus datur, cogitans[202] non admitti scrupulosam inquisitionem statuit; nec idcirco patris indignatione posse donationem iustam umquam rescindi summa cum ratione placuit. PP. V. id. Nov. Melantia, Caess. conss. (294.)[202*]

§. 315. Idem Ulpiae Rufinae.[203] Cum[203*] ex causa donationis uterque dominium rei tributariae vindicetis, cum, cui priori possessio vel soli tradita est, haberi potiorem[204] convenit. Dat. XII. kal. Mart. Dorocortoro[205], Tiberiano et Dione conss. (291.)

§. 316. Idem Aug. Homoneae.[206] Si non est in vacuam possessionem ex causa donationis inductus is, contra quem supplicas, nulla ratione tributarii praedii dominus constitutus extraneus vindicationem habere potest. . .

XXVIIII.

Buchh. suppl. *suis* propter seqq. 186) Hass. prop. *duitor.* 186*) Buchh. ins. *idem.* 187) Ita Mai.; V. *his.* 187*) Buchh. loco *autem* prop. *an item.* 188) Rudorff. prop. *nec dare nec capere*, prob. Wenck.; Hass. *ut excepti vid. ut et cap.* Nihil mutandum censeo. 189) V. Mai. *eiis.* 190) Coni. Sav.; V. *vel.* Kell. prop. *uti possidetis* Mai. corr. *vel interdicto.* 191) Hass. ins. vult *res.* 192) In marg. schol. *Nec inperfectam donationem a successoribus [non] posse revocari.* Videtur deleta *non.* Mai. 193) Ita Rudorff. et Buchh.; V. *te.* Mai. prop. *te cum tua causa.* 194) Suppl. Rudorff. 195) Buchh. *formula praemissa qua si*; Hass. *formula praemissa, quodsi nullas vires donationem habuisse dicatur.* 196) Schol. *Donatio praedi* (sic) *mancipi ab eo quod non mancipi est in quo discrepet.* 197) Schol. *Donationem praedii patronae in libertum ita firmam esse, si possessionem eius, cum moreretur, non revocavit.* 198) Ita Mai.; V. *e d e r n e.* singulis litteris linea superimposita. 199) Schol. *Traditionem inter parentes et filios non requiri: nec patris indignatione[m] iustam donationem debere rescindi.* 200) Ita Wenck; V. Mai. *ratione.* 201) Rudorff. Buchh. ins. *a* 202) Rudorff. prop. *consulens.* sed vid. annot. praeced. 202*) Mai. habet: 294. 300 302? 203) In marg. schol. *Si in causa donationis duo sibi dominium rei tributariae vindicent, potiorem esse cui possessio tradita est.* 203*) Eadem fere verba inveniuntur in fine L 15. C. de rei vind. *Iidem AA. et Caess. Aureliae Philoxenae. Quotiens duobus in solidum praedium iure distrahitur, . .; cum, etsi ex causa donationis utrique dominium rei vindicetis, eum cui priori possessio soli tradita est haberi potiorem conveniat. Dat. II kal. Octobr. AA. conss.* (293.) 204) Ita Mai.; V. *portionem.* 205) Buchh. corr. *Dorostoro.* 206) Schol. *Eum, cui non sit tradita possessio, rem ex donatione sibi vindicare non posse.*

DE COGNITORIBUS

ET

PROCURATORIBUS.

62. b. §. 317. . . . *apud acta facto*[1] | procuratori haec satisdatio remitti solet.* nam cum apud acta non nisi a praesente domino constituatur, cognitoris loco intellegendus est. Ad defendendum cognitore constituto dominus, non cognitor, actori satisdare cogendus est: cum vero procurator defensurus intervenit, non dominus, sed procurator iudicatum solvi satisdare compellitur. quae satisdatio adeo necessaria est, ut eam remitti non posse[2], etiamsi apud acta procurator constituatur, divus Severus constituerit. cognitore enim interveniente iudicati *actio*[3] domino vel in dominum datur: non alias enim cognitor experie*tur*[4] vel ei acti*oni*[5] subicietur, quam[6] si in rem suam cognitor factus sit. interveniente procuratore iudicati actio ex edicto perpetuo ipsi et in ipsum, non domino vel in dominum, conpetit.

§. 318. Ulp. lib. VIII. ad edictum. Non[7] tamen sic putat certis verbis cognitorem dari debere, *ut*[8] siquid fuisset adiectum vel detractum, non valeat datio, ut in legis actionibus.

§. 319. P.[9] Etiam Graecis verbis cognitorem dari posse inter omnes constat.

§. 320. Secuntur haec verba „et qui[10] eam, quam in „potestate habet[11], genero mortuo, cum eum mortuum „esse sciret, [*intra id tempus, quo elugere virum mo„ris est, antequam virum elugeret*[12],] in matrimonium „conlocaverit, eamve sciens uxorem duxerit[13]; et qui „eum, quem in potestate haberet, earum quam[14] uxo„rem ducere passus fuerit[15], quae virum, parentem, li„berosve suos, uti mos est, non eluxerit; quae, cum in „parentis sui potestate non esset, viro mortuo, cum eum „mortuum esse sciret, intra id tempus, quo elugere „virum mori est, nupserit".

§. 321. „*Parentem*", inqui*t*[16]. Hic omnes parentes accipe utriusque sexus: nam lugendi eos mulieribus moris est. quamquam Papinianus lib. II. Quaestionum etiam a liberis virilis[17] sexus lugendos esse dicat; quod nescio ubi legerit. sed quatenus extendatur parentum a*p*pellatio[17*] non est definitum apud quemquam. itaque erunt lugendi etiam ex feminino sexu parentes. liberos similiter accipere debemus et nepotes et deinceps ulteriores exemplo parentium. Lugendi autem sunt parentes anno, item liberi maiores X annorum aeque anno. quem annum decem mensuum[18] esse Pomponius ait. nec leve argumentum est annum X mensuum[18] esse, cum mino*res*[19] liberi tot mensibus elugeantur, quot annorum decesserint, usque ad trimatum; minor trimo non lugetur, sed sublugetur; minor anniculo neque lugetur, neque sublugetur.

§. 322. . . . . XXXIIII.[20] Verba autem edicti haec sunt „Alieno nomine, item *per*[21] alios agendi potestatem non faciam in his causis, in quibus ne[22] dent cognitorem, neve dentur, edictum conprachendit."

§. 323. Quod ait „alieno nomine[23], item per alios" breviter repetit duo edicta: | cognitorium[24] unum, quod 62 a pertinet ad eos, qui dantur[25]; ut qui prohibentur vel dare vel dari cognitores, *i*idem[26] et procuratores dare darive arceantur.

§. 324. Ob[27] turpitudinem et famositatem prohibentur quidam[28] cognituram suscipere, adsertionem non[29], nisi suspecti praetori.

§. 325. *D*ivi Diocletianus et Constantius Aur. Pantiae. Actor rei forum sequi debet, et mulier quidem facere procuratorem sine tutoris auctoritate non prohibetur. siquam itaque habes actionem, experiri magis iure, quam adversus ea, quae pro tuo[30] statuta sunt, quaecumque postulare debes. PP. V. id. Nov. Heracliae, Augg. V. et IIII. conss. (293.)

§. 326. *Iidem*[31] Aur. Agemacae. Actor rei forum, sive in rem, sive in personam sit actio, sequitur. unde perspicis non eiusdem provinciae praesidem adeundum, ubi res, de quibus *rebus*[32] agitur, sitae sunt, sed in qua[33] is, qui possidet, sedes ac domicilium habet. In rem actio privatiiudicii quaestionem continet. Dominae praesentia[34] si procurator agat vel defendat, satisdationem recte postulat. nam procuratorem tam puellam

---

1) Ita supplevi. Kell. *praesentis.* 2) Ita Mai.; V. *possit.* 3) Ita Kell. — V. Mai. *iudicatio.* 4) Ita emendavi, prob. Muehlenbr.; V. Mai. *cognitori experitur.* 5) V. Mai. *actio.* 6) Ita Mai.; V *q. iam* linea superducta, i. e. *quoniam.* 7) Ita Buchh.; Mai. *ad edictum non tamen* rel. 8) Ita Mai.; V. *u* linea superposita. 9) Haec littera rubro et quidem vix superstite colore scripta est. Mai. 10) Haec verba edicti inveniuntur in L. 1. D. de his qui not. inf. 11) L. 1. cit. *quae in pot. eius esset.* 12) Haec excidisse Mai. non vidit. 13) In L. 1. cit. est *quis duxerit, non iussu eius, in cuius potestate est.* 14) Ita V. — L. 1. cit. habet *eam, de qua supra comprehensum est.* 15) Spatium vacuum. Mai. — L. 1. cit. sequentia non habet. 16) V. Mai *inquid.* 17) Ita Mai.; V. *viriles.* 17*) Mai. (et V?) *apellatio.* 18) Ita V. 19) Ita Mai.; V. *minoris.* 20) Ita videtur in V. Haud scio an legendum sit *Paul. ad edict. lib. LXXIIII.* vel *Ulp. ad ed. lib. LXXVII.* Mai. Priorem scripturam Buchh. recepit. 21) Ita Mai.; V. *post.* 22) Ita V.; Mai *neue.* 23) Spatium vacuum. Mai. 24) An: *edicta cognitorum* vel *cognitoria?* 25) Excidisse puto tale quid: *alterum ad eos, qui dant cognitores; ut qui* rel. Plura suppl. Buchh. 26) V. Mai. *idem.* 27) Vix tantum spatium est, ut scribi possit *idem.* Mai. 28) Ita V. Mai.; Buchh. prop. *quidem.* 29) Mai. *adsertionem, non nisi.* et ante *ads.* inseri vult *ob.* Perperam. 30) Aut *pro te,* aut *pro tuo commodo* legendum est. (Sed ne sic quidem locus sanus est. Bg.) 31) Ita Buchh. In margine esse *quod XII.* vel *quod ait* annot. Mai. 32) V. *de quibus res ubi.* Correxit Bg. 33) Ita Mai.; V. *quas.* 34) An *ab-*

tutore auctore, quam adultam posse facere nulli dubium est. PP. Sersum [35] XVIII. kal. Feb. conss. ss. [36] (293.)

§. 327. . . . [37] Lib. XXI. R. Mulieres quoque et sine tutoris auctoritate procuratorem facere posse.

§. 328. Lib. II. R. Procurator [38] absentis, qui pro evictione praediorum, quae vendidit, fidem suam adstrinxit, etsi negotia gerere [39] desierit, obligationis tamen onere praetoris auxilio non relevabitur [40].

§. 329. Sub condicione cognitor non recte datur, non magis quam mancipatur aut acceptum vel expensum fertur. nec ad rem pertinet, an ea condicio sit inserta, quae non expressa tacite inesse videatur.

§. 330. Lib. II. R. P. [41] respondit, si procurator absentis aliquam actionem absentis nomine inferre velit, cogendum eum adversus omnes absentem defendere.

§. 331. Lib. II. R. Quoniam praesentis procuratorem pro cognitore placuit haberi, domino causa cognita dabitur, et in eum, iudicati actio.

§. 332. Procurator [42] absentis, qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat; [43] et ideo nec iudicati actio post condemnatum procuratorem in dominum datur, aut procuratori, qui vicit, denegatur.

§. 333. Lib. XV. R. Absentis procuratorem satisdare debere de rato habendo recte responsum est. multis enim casibus ignorantibus nobis mandatum solvi potest, vel morte vel revocato mandato [44]. Cum autem certum est mandatum perseverare, id est eum praesens est dominus, *satis*dationis [45] necessitas cessat. |

. . . .

59. b. § 334. dotis nomine effici [46] . .
vel sponsorem revers*um conveniat* . . . *vel opus novum* [47] facientem prohibeat . . . *vel furtum mihi facientem* [48] deprachendat non furt*i manifesti actionem* [49] . . . . adquirat actionem non miru*m* . . . .

cant; Iulianus, etsi ni . . . . *procurator* [50] denuntiet n . . . .
fiduciae actionem . . . .
retinemus [51], velut si m . . . . *sponsorem* conveniat intra bien*nium* [52] . . *vel si prohibeat opus novum fieri interdictum* nobis utile est Quod vi aut *clam* [53] . . . . , ...
et adquirit actionem si . . . .

§. 335. Actor municip*um* . . . . *cogitur*, interdum neut*rum* [54] . . . . . . *iudicium* [54] accipere cogitur, quod iudic . . .
sicut in cognitore . . . . *iisdem* [55] casibus, quibus et cognito*r* . . . . *nec tamen recte* [56] ei solvitur, sicut nec *cognitori* [57] . . . . . .
adversus omnes de*fendere* [57] . . . .
defendere intelle*gitur* [58] . . . . *si* satis dederit; cet*erum* [59] . . . . *adiuvare* debet, sic*ut* [59] . . .

§. 336. Lib. I. Sententiarum. Cum quo ag*itur* . . . *pro praede litis et* vindiciarum adver*sario* [60] . . . .
Si in persona*m* [61] sit actio d . . . .
in rem pro praede litis et *vindiciarum* [62] . . . . .
Actoris [63] procurator *non solum absentem defendere, sed et rem ratam* dominum habitu*rum satisdare cogitur.*

§. 337. Procurator ante g . . .
accipere iudicium [64] . . .

§. 338. *Divi* Diocletianus et Consta*ntius* . . . . .
citra [65] mandatum do*mini* [66] |
. . . . *d*omino a procuratoribus dis- 59. a.
tra [66] . . . . . ex superfluo autem ea, quae procu*rator* [66] . . . . *confir*mare [66] desideras. nam prin-
. . . . temporis terminos perpe-
. . . . *Mar*t. Nicomediae
. . .

§. 339. . . *condem*nato [67] quae periculum ignominiae

---

absentia? 35) Ita V.; Buchh. prop. *Sestini.* 36) Sigla significat *suprascriptis.* Mai. 37) Buchh. suppl. *Papinianus.* 38) Est L. 67. D. de procur. *Papinianus lib. II. Responsorum. Procurator, qui* rel. 39) Dig. *agere.* 40) Dig. *levabitur: nam.* rel. vide in §. 332. 41) *Paullum*, non *Papinianum* intellegit Buchh., non satis idonea ratione. 42) L. 67. D. de proc. ita pergit: *nam procurator, qui* rel. 43) Sequentia in L. 67. cit. non leguntur. 44) Ita Mai.; V. *mandata.* 45) Ita Kell.; V. Mai *dationis.* 46) Sensus esse videtur: *si procurator mulieris interpellat maritum dotis nomine, efficit, ut actio rei uxoriae heredibus quaeratur.* Locum sumptum esse crediderim ex Paulli lib. I. Manualium, unde etiam L. 72 D. de procurat. sumpta est. Cf. quoque L. 24. §. 2. D. de usuris. inscr. *Paul. lib. XXXVII. ad edictum.* 47) Ita restitui. An *conv. intra biennium?* Buchh. *interpellet vel opus nov.* quae versum non explent. 48) Ita etiam Buchh. ex L. 24. §. 2. cit. 49) Ita legendum esse puto. 50) Ita Buchh. 51) L. 72. cit. *Per procuratorem non semper acquirimus actiones, sed retinemus: veluti si* rel. 52) L. 72. cit. habet: *veluti si reum conveniat intra legitimum tempus.* 53) L. 72. cit. *vel si proh. op. n. fieri, ut interd. nobis utile sit q. v. a. cl.; nam et hic pristinum ius nobis conservat.* 54) Ita restitui. Mai *ne ut.* Sensus postulat, ut legamus: *Actor mun. si agat* (ita Blum.) *ex edicto de rato cavere et defendere cogitur.* cf. L. 33. §. 3. D. de procur. et L. 6. §. 3. D. quod cui. univ. nom. 55) Ita Blum. cf. L. 6. §. 3. cit. *Actor itaque iste procuratoris* (cognitoris) *partibus fungitur, et iudicati actio ei ex edicto non datur, nisi in rem suam datus sit.* 56) Ita Blum.; Buchh. *morte.* 57) Ita restitui. 58) Supple: *recte*, aut *boni viri arbitratu def. intellegitur.* 59) Ita Blum. 60) Ita Blum. 61) Ita Buchh.; V. Mai *in persona.* 62) Paulli sententia haec esse videtur: *Is, cum quo agitur, vel iudicatum solvi vel pro praede litis et vindiciarum satisdare debet: si in personam sit actio, de iudicato solvendo cavere debet; si vero in rem, pro pr. lit. et vind.* 63) Haec Mai. ex Consult. vet. ICti. c. 3. restituit, ubi eadem verba ex Paulli lib. I. Sententiarum leguntur. 64) Sententiam hanc esse puto: *Procurator ante quam actionem postulet, vel iudicatum solvi satisdederit, accipere iudicium non cogitur.* 65) Hoc rescriptum esse L. 19 C. de procurat. propter nonnullorum verborum concordantiam minus recte credidit Wenck. 66) Ita restituo. Sententia est: *Citra mandatum domini gesta nullius momenti sunt. Ideoque quae invito domino a procuratoribus distracta comparasti, auferri tibi possunt. Ex superfluo autem ea, quae procuratores ex mandato domini gesserunt, confirmare desideras.* 67) Blum. locum ita restituit: *Cognitore vel procuratore ex eiusmodi causa condemnato, quae periculum igno-*

. . . . itur; quia neque dominus condemnatus est[67]. . . . . et si cognitor in rem suam[67] . . . . *in* rem[68] suam dato bis in . . . . vel cognitore transfertur . . . . . .

§. 340. . . . . *famae* periculum inrogat . . . . cognitorem dirigere . . . . *actio*[69] popularis cognitorem . . . . *post*[69] *litem* contestatam admittit . . . . *iudicium*[70] accipere cogitur maxime . . . . t capitales inimicitias . . . . *permittitur*[70] excusatio cognitori[70] . . . *si* suspectus[71] tutor postuletur *defensorem eius oportere etiam de rato cavere, ne reversus ille velit retractare quod actum est. Sed non facile per procuratorem quis suspectus accusabitur*, quoniam famosa[72] causa est, nisi *constet ei a tutore mandatum nominatim*[73].

§. 341. . . . . um[74] de pluribus speciebus . . . . . cavetur, quod edicto praetor perspiciendum[75]. . . . . *facultatem* vel a cognitore . . . . *iudicium* transferendi[76] . . . . cognitoris sit affectata[77] . . . . t possit transferre non . . . . *verba* edicti talia sunt »Ei qui cognitorem[77]. . . . . . . re"[78]. His verbis non solum . . . . arc[79] autem cognitorem | . . . .


---

miniae irrogat, neque dominus neque cognitor vel procurator infamia notabitur; quia neq. dom. condemnatus est, neque cognitor vel procurator suo nomine condemnatur. Optime! reliqua vero non probaverim: *Sed si cognitor in rem suam datus sit vel procurator, notabitur. Quare cognitore vel procuratore in rem suam dato bis infamia irrogari potest, si post litem contestatam in procuratorem vel cognitorem transfertur iudicium.* 68) Ita Blum.; Mai. *sem.* 69) Ita Blum.; Buchh. male *ante l. c.* Sensus est: *actio popularis cognitorem ante l. c. non admittit; post l. c. admittit.* 70) Ita Blum. De sensu cf. L. 8 §. ult. L. 14. D. de procur. 71) Haec Buchh. restituit ex L. 39. §. 7. D. de procur. inscr. *Idem* (Ulp.) *lib. IX. ad edictum.* quae incipit *Idem ait, si.* 72) Dig. *famae.* 73) Sequitur in Dig. *aut si etiam absente tutore, quasi non defenderetur, praetor erat cogniturus.* 74) Blum. suppl. *Hoc edictum de plur. spec. loquitur. Primo enim* rel. 75) Ita Buchh. 76) Fortasse legendum est: *facultatem vel a cognitore in dominum, vel a domino in cognitorem iudicium transferendi.* 77) Ita legendum puto. 78) Supple: *Ei qui cognitorem dedit ex iusta causa* (vel *causa cognita*) *permittam litem in se transferre.* 79) Blum. et Buchh. *dare.* Malim *quare autem cognitorem solum nominaverit* rel.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Pag 239. §. 18. *vers.* 3. *lege* : Valeriano
- 245. - 41. - 2. - : *fru-*
- - - - - 4. - : certo
- - - - - 6. - : em*p*torem
- - - 43. - 3. - : vin*d*icationem
- - - - - 4. - : Su*b*scripta
- - - 44. - 4. - : actione*m.*
- 246. - 47. - 1. - : de*du*ci
- - - - - 7. - : actione
- - - 50. - 5. - : usufructu
- - - - - 7. - : fu*n*dum
- - - - - 8. - : mancip*a-*
- 247. - 50 - 2. - : *in*
- - - - - 7. - : possit?
- - - 51. - 2. - : po*t*estate
- - - - - 3. - : *her*edibus
- - - - - 6. - : *ut*
- - - 53. - 1. - : Ite*m.*
- - - - - 4. - : i*n*
- - - 55. - 7. - : stipu*l*atio
- - - 57. - 1. - : morte
- - *annot.* 30. *lege* : stip. serv. (45. 3.)
- 249. §. 67. *vers.* 5. - : *v*eteribus
- 251. *annot.* 78. *lege* : Dig. Flor. habent *Iulianus lib. XXX Dig*
- 266. §. 161. *vers.* 5. *lege* : pot*i*orem
- 267 *annot.* 66. *Rudorff. suppl.*: *civilia proderit*
- 268. §. 174. *ita supplevit Rudorffius*: Haec de *sacerdotibus testamento tutoribus datis dixisse sufficiat. similem autem* excusationem *consul et praetor habebit, qui magistratus sui tempore testamento tutor datus est: nam et eo anno,* quo quis consul vel praetor vel *alias in magistratu potestateve est, testamento eum utiliter dari posse constat.*
- - §. 178. *vers.* 1. *lege* : Item.
- 273. §. 217. Rud. prop.: nobis *cognati non excedentes eundem* gradum . . . . nostris, *iive qui in potestate nostra constituti sunt.*
- - §. 220. *Rud. ita restitui posse putat*: Memini itaque me suad*ente, a* . . . *praetore tutelari* Alcimum . . . viri i*n cura fuisse detentum*, cum . . . . necessariusque ad*olescentis curatorem eum nominasset.* nam et . . . . patroni patrona*eque* libertus *etc.*
- 279. *annot.* 24. *Rudorff. expl.*: non *minus quidem quam maiores amittendae donationis dispendium contingit.*
- 280. *annott.* 26. 27. *Rud. proposuit*: officiis, qu*ibus*cum res erit recepta, neclecta utilitas minoris probabitur, rei etc.

Specimen palimpsesti iuridici



Specimen praecipuorum siglorum

auct	dumtaxat	man men	potest pot.	quem	secundo
autem	esse est	manumiss.	pra	quasi	sententiarum
apud fiscum frumentarium	etiam	(matrimo.) modo	pecunia	quare	sive
aut	enim	manifest.	parens karissime	quorum	sine tutoris auctoritate
amantissime	etiam, etjam?	magis	propter	quemadmodum	secundum
apud	eius	magis stratu	potestat.	quamvis	tur
actionem	ergo	non	provincia	quorum	tem
bus	eiusdem	nec	possunt	quicumque	tunc
bene	est sed	nam	perfecti	quinquagesim.	tum
con com	etenim	nem	praeses provinciae	quecumque	tamen
cum	eiusmodi	neque	plus minus testantium	respondit, respons rescript res	testamento
contra contre	edictum	necesse est	que	responsorum	tantum
controversia	eius vero, quod nec	nunc	quidem	rum	testamentum
convictu	edicto	nisi	quod	re uxoria	ter
cuiusde ca re notic est	filium familias	nihil	quia	rescripsit	vel ver
clarissimi viri quos non	fund	nostrorum	qui	rescripserunt	vir clarissimus
causa	fideicommissum	nostre	quumque	responde	verum
defunct	heredem	noster nostri	quo	sed	vero
dies fratris	hec	nomen	qua	secundum	usumfructum
dem	heres	opertere	quam, quan	sunt, sint	velut
deus, devus, dixit	inter	officium	quod nec	sine	
dominorum nostrorum	interest	pro per	questio	sabinus	
	igitur	pos post	quoque	scribit	
	liber	possess.	quibus	suprascript	

LEX DEI

SIVE

INCERTI SCRIPTORIS

MOSAICARUM ET ROMANARUM LEGUM COLLATIO.

CURA

FRIDERICI BLUME.

SIGNORUM EXPLICATIO.

	Pith	=	Codex MS. Petri Pithoei.
	Scal.	=	Apographum Pithoeani codicis, a Iosepho Scaligero factum, publicae Leidensis academiae bibliothecae legatum.
	Vind.	=	Codex bibliothecae imperialis Vindobonensis, Salisburgensis CCCLX. nuncupatus.
	Verc.	=	Codex maioris Vercellensis ecclesiae, num. CXXII. insignitus.
1)	ed. Pith.	=	Princeps Collationis editio, a Petro Pithoeo a. 1573. Parisiis accurata, in 4to.
2)	Basil.	=	Basileensis editio a. 1574. 4to.
3)	Steph.	=	Stephani editio, Paris. a. 1850. 8°. inter Iuris civilis fontes ac rivos.
4)	Paris. III.	=	Cuiacii editio, Paris. a. 1586. fol.
5)	Genev.	=	Genevensis editio a. 1586. 4to.
6)	Lugd.	=	Lugdunensis editio a. 1593. 4to.
7)	Beza.	=	Theod. Bezae editio. Genevae a. 1603. fol.
8)	Paris. IV.	=	Parisiensis editio a. 1607. fol.
9)	Paris V.	=	Parisiensis ed. a. 1609. (P. Pithoei opera sacra.) 4to.
10)	Heidelb.	=	Heidelbergensis ed. a. 1656. 8°.
11)	Lond.	=	Londinensis editio a. 1660. inter Criticos sacros, T. VIII fol
12)	Leew.	=	Simonis Leewii ed., inter Iuris civilis initia et progressus. Lugd. Bat. 1671. 8°.
13)	Paris. VI.	=	Parisiensis ed. a. 1689., post Pithoeorum notas ad Cod. et Novell fol.
14)	Francof.	=	Francofurtana ed. a. 1696., inter Criticos sacros, Tom. VIII. fol.
15)	Amstel.	=	Amstelodamensis editio a. 1698., inter eosdem Criticos, Tom. I. fol.
16)	Schult.	=	Schultingii ed. a. 1717., in Iurisprudentia anteiustinianea.
17)	Lips.	=	Lipsiensis ed. a. 1737., in eodem Schultingii libro.
18)	Finestr.	=	Finestris ed. a. 1744., in Iurisprudentia anteiustinianea, Cervariae edita in 12°.
	H. Canneg.	=	Hermanni Cannegieteri ad Collationem commentarius. Franeq. 1765. 4to (s. 8vo).
19)	Io. Canneg.	=	Io. Cannegieteri ed., cum Ulpiani fragmentis. Traiecti 1768. (1774.) 4to.
20)	Berol.	=	Berolinensis ed., a Frid. Aug. Biener in Iure civili anteiustinianeo. Berol. 1815. in 8°. accurata.

21) Nostra maior editio, quae hoc ipso anno 1833. in 8°. prodiit Bonnae ap. A. Marcum.

PRÆFATIO.

Cum primum noster libellus in eruditorum hominum notitiam pervenerat, a Io. Tilio, Charonda, aliisque tributus est Licinio Rufino, Regularum auctori, Iuliique Paulli coaevo. Quam quidem sententiam cum Petrus Pithoeus in praefatione editioni suae praemissa certissimis argumentis refutasset, Cuiacius tamen non prorsus abiecit, alii eum Marq. Frehero hactenus amplexi sunt, ut nomen Licinii Rufini tuerentur, sed pro iureconsulto monachum vel theologum quemdam, sub finem saeculi quinti degentem, accipiendum esse contenderent. At ex adversa parte exstiterunt Aegidius Menagius et Schultingius, qui nihil omnino de nomine auctoris statui posse rectius monuerunt.

Vixisse scriptorem nostrum post Theodosii XV. consulatum, h. e. post a. Chr. 435., iam Pithoeo persuasum erat: Iacobus autem Gothofredus exactius statuit fuisse eum Cassiodori aequalem. Christianum fuisse omnibus fere indubitatum est: fueritne iurisconsultus an theologus, clericus an monachus, quaestionis est. Iam vero monachum fuisse nulla ratio suadet: clericum fuisse veri similius est, cum propter iuris divini scientiam quam profert, tum propter verba *Scitote iurisconsulti*, quae ad extraneos potius quam ad collegas pertinere videantur. Ceterum non prorsus ignarum eum fuisse iuris Romani complura ipsius dicta probant; unde vel episcoporum iudiciis saepius interfuisse, vel etiam scholastici munere functum esse si quis contendat, ego haud negaverim.

Vix autem est, ut dubitari possit, quin totus liber ab ipso auctore ita inscriptus fuerit *Lex Dei, quam Dominus (s. Deus) dedit ad Moysen.* nam omnes codices in istis verbis fere conveniunt, quae ad primum caput tituli primi trahi haud possunt. Praeterea Vindobonensis codex exordium tituli quarti sic exhibet *Incipit de adulteriis constitut.* IIII. *de legem Moysi.* At maior pars recentiorum iureconsultorum alium titulum substituendum esse putavit. nam multi *Fragmenta Pithoei*, vel *Fragmenta a P. Pithoeo edita* appellaverunt: omnium tamen maxime placuit titulus *Collatio legum Mosaicarum et Romanarum*, quem cum Basileensis editor primum a. 1574., Stephanus deinde a. 1580. libro praeposuissent, Cuiacius a. 1586. ita inverso verborum ordine *Lex Dei sive Mosaicarum et Romanarum legum vetus Collatio*, cum vero nomine coniunxit. In ed. Genevensi a. 1586. dicitur *Collatio Legum Iudaicarum et Romanarum*, a Th. Marcilio vocatur *Legis Mosaicae pariatio s. comparatio*, ab Heineccio denique *Pariator legum Mosaicarum et Romanarum.*

Omnium, quos libri nostri mentionem fecisse videmus, princeps Hincmarus est, Rhemensis provinciae archiepiscopus, qui librum iunctum habebat cum lege Romana Visigotthorum. Deinde Ioannem Tilium, Meldensem episcopum, libelli nostri fragmenta quaedam vidisse, quibus Licinnii Rufini nomen tribuebat, a P. Pithoeo docemur. Atque ab hoc Tiliano codice etiam eum locum manasse crediderim, quem Ant. Contius a. 1555. publicavit, quemque ex integro Paulli libro desumptum esse putabat. sed integrum librum, antequam a Pithoeo ederetur, Contio ad manus non fuisse inde apparet, quod a. 1572. inter fragmenta XII tabularum celeberrimum Collationis locum tit. XVI. kap. 4. non posuit. At ne ille quidem codex integer fuisse videtur, quem Ludovicus Charondas se habere dixit ex bibliotheca Dionysiana. quinimmo hunc Dionysianum codicem ipsum Tilianum fuisse veri simillimum est: Charondas autem illum numquam habuisse, sed Pithoeanum codicem vel potius apographum eius ad tempus sibi permissum pro Dionysiano accepisse videtur.

Pithoeanum codicem *ex antiquissima Sequanorum aut Mandubiorum potius bibliotheca, in qua per annos octingentos et amplius latuerat*, desumptum esse ipse Petrus Pithoeus testatur. at quaenam ista bibliotheca fuerit, vel quonam postea Pithoeanus codex devenerit, frustra quaesitum est. Apographum solum, Sca-

ligeranum dictum, superest, quod Pithoeanum codicem exactissime exprimere videtur. exstat enim in publica Leidensis academiae bibliotheca liber manu scriptus, numerum 61. ferens, cum hac inscriptione *Ex legato Illustris Viri Iosephi Scaligeri.* Is liber, de quo Böckingius etiam supra pagg. 195. 196. in praefatione Dositheanis excerptis praemissa dixit, nostrum libellum continet a fol. 105. usque ad folii 123. paginam primam. Usi sunt isto Scaligerano apographo primum d'Orvillius, deinde Florentius Petrus Pittenius, Matthias Roeverus, Hermannus Cannegieterus, Haenelius denique et Puggaeus.

Venimus ad nova subsidia, quae nostro libro adhibere licuit. Et de Vindobonensi quidem codice, a Lancizollio anno 1822. invento, illud imprimis monendum est ex Iuvavia cum in Imperatoris Austriae bibliothecam translatum esse, ideoque etiamnunc codicem Salisburgensem CCCLX. nuncupari. Est autem codex membranaceus, scriptus saeculo undecimo variis litterarum formis. Alterum Collationis exemplum manu scriptum, num. CXXII. insignitum, Vercellis in bibliotheca maioris ecclesiae ipse inveni mense Octobri a. 1822., cum legis Langobardorum causa, cuius antiquissimum codicem ibi exstare a cel. Peyronio certior factus eram, in illam urbem venissem. Est autem codex membranaceus, quadratus maioris formae, binis columnis, ante medium saeculum XI. exaratus.

His autem tribus codicibus, Pithoeano, Vindobonensi atque Vercellensi, praeter Collationem etiam Iuliani novellarum collectio, Dictatum de consiliariis, et nonnullae Iustiniani novellae constitutiones communes sunt, ut ab uno eodemque fonte eos manasse pro certo affirmari possit. differunt tamen inter se non solum scriptura, sed etiam integritate, kapitumque distinctionibus, cum in his suum quisque librarius ordinem atque rationem secutus esse videatur: nam in Pithoeano codice nostra Collatio a kap. DXCII. incipit, quasi ad antecedentem Iuliani librum pertineret; inter Vindobonensis autem atque Vercellensis codicum kapita quid intersit sequens tabula demonstrat:

Cod. Vindob.		Cod. Vercell.
kap. 1 ... 13.	- -	1 ... 14.
14 ... 27.	- -	15 ... 29.
28 ... 33.	- -	30 ... 36.
34.	- -	37. 38.
35 ... 51.	- -	39 ... 56.
52 ... 66.	- -	57 ... 72.
67 ... 89.	- -	73 ... 96.
90 .. 102.	- -	97 ... 108.
103 ... 113.	- -	109 ... 118.
114. (115.).	- -	119.
116 ... 119.	- -	120 ... 124.
120 ... 124.	- -	125 ... 128.
125 126.	- -	129.
127.	- -	130 ... 134.
128 ... 132.	- -	Desunt.

Edita Collationis XXI exempla signorum, quam supra exhibuimus, explicatio enumerat.

Scribebam Lubecae, die XXVIII. mens. Aug. ann. cIↃIↃcccxxxIII.

TITULORUM KAPITUMQUE INDICES [1].

I. INDICES TITULORUM.

(*Ex editione Pithoei.*)	(*Ex apographo Scaligerano.*)
I. De sicariis et homicidis casu vel voluntate.	I. De sicariis.
II. De atroci iniuria.	II. De atroci iniuria.
III. De iure et saevitia dominorum cohibenda.	III. De iure et saevitia dominorum cohibenda.
IIII. De adulteris.	IIII. De adulteriis, stupratoribus, et incestis.
V. De stupratoribus.	
VI. De incestis.	
VII. De furibus et poena eorum.	V. De furibus et poena eorum
VIII. De falso testimonio.	VI. [2] De falso testimonio.
VIIII. De familiari testimonio non admittendo.	
X. De deposito.	VII. De deposito.
XI. De abigeis.	VIII. De abigeis.
XII. De incendiariis.	VIIII. De incendiariis.
XIII. De termino moto.	X. De termino moto.
XIV. De plagiariis.	XI. De plagiariis.
XV. De mathematicis, maleficis et Manichaeis.	XII. De mathematicis, maleficis et manicheis.
XVI. De legitima successione.	XIII. De legitima successione.

II. INDICES CAPITULORUM.

(*Ex codice Vindobonensi, fol.* 162b. *col.* 2. *in fine.*)	(*Ex codice Vercellensi, fol.* 6b. *col.* 2. *vers.* 22.)
	(kp̄ DXCII Idē dc episcopis et monachis. EXPLICIT.)
INCIPIT LEGEM D̄I QUOD PRECOEPIT DN̄S AD MOYSEN.	INCIPIT CAPITULA LEGIS QUOD PRECEPIT D̄S AD MOSEN
(fol. 163a. col. 1.)	MOYSES DI SACERDUS HEC | DICIT.
I. Moyses sacerdos dicit.	kp̄ I Si quis pcusserit homi nē ferro.
II. Ad legem corneliam de sicariis et beneficiis dicit.	kp̄ II Paulus quoque liB̄ v. sententiarū sub tit̄. ad le- (fol. 7a. col. 1.) gem corniliā. kp̄ III. De
III. Ulpianus liber VII. de officio proconsulis sub titulis	

(*Ex codice Vindobonensi, fol.* 163a. *col* 1.)	(*Ex codice Vercellensi, fol.* 7a. *col.* 1.)
de siccariis et beneficis.	officio proconsolis. kp̄. IIII. Quicūq, cū telo ambulaverit.
IV. Relatis verbis legis modo ipse loquitur.	
V. Itē paulus libro quo supra. et titulo dicit.	kp̄ V. Idē paulus libro quod supra et titulo kp̄ VI.
VI. Ulpianus lib̄ et titulo qui supra.	Ulpianus libro et titulo qui supra. kp̄ VII. Verba
VII. Verba rescriptis.	rescripti qui hominē occidit absolvi solet. kp̄ VIII.
VIII. Paulus liber tertius titulū qui supra.	Paulus lib̄ tertio quinto tit̄ quod supra.
IX. Item gregorianus liber	

1) In indicibus, quos nunc exhibeo, adeo inter se non conveniunt codices manu scripti, ut unumquemque librarium suum sibi indicem pro lubitu confecisse facile pateat. Neque enim in Vindobonensi aut Vercellensi indice tituli recenseri solent, nec apud Pithoeum Scaligerumve index capitum adest: et is, quem Vindobonensis codex continet, ita cum ipso libello coniunctus est, ut eum proxime antecedat, cum e contrario Vercellis statim in exordio codicis ante Iuliani novellarum constitutionum epitomen exhibeatur, ipse istarum constitutionum indici coniunctus. Ceterum codicum scripturam ad litteram retinui, ne in istiusmodi rebus vano emendandi studio duci viderer. immo ex Vercellensi codice vel singularum versuum numerum retinendum curavi, quod in Vindobonensi propter angustiam loci typographo relicti non semper fieri potuit.

2) VI. VII. VIII. correctoris manus restituit ex VII. VIII. VIIII

(*Ex codice Vindobonensi.*)

iiii. ad legē corneliā de sicariis et beneficiis.

x. Item gregorianus in codē titul.

xi. Itē gregorianus in codē lib. et titul.

xii. Ulpianus liber et titulus qui supra.

xiii. Verba consultationis et rescripti.

xiiii. De scientibus et ignorantibus generaliter loquitur.

xv. Paulus libro et titulo qui supra.

EXPLICIT DE SICARIIS ET HOMICIDIIS CAUSA, VEL VOLUNTATEM.

INCIPIUNT DE ATROCIIS INIURIIS

(col. 2.)

xvi. Moyses dicit

xvii. Ulpianus libro singulari sub titulo.

xviii. Papinianus libro definiorū secundo sub titulo.

xix. Ulpianus libro XVIIII. ad edictum sub titulo.

xx. Paulus libro singulari sub titulari.

xxi. Idem paulus in eodem libro singulari sub titulo quemadmodum iniuria agatur.

xxii. Paulus libro sententiarū sub titulo.

EXPLICIT CAPITULA INCIPIT DE IURAE ET SEVITIA DOMINORŪ.

xxiii. Moyses dicit

xxiiii. Paulus libro sententiarum sub titulo.

xxv. Ulpianus liber VIII. de officio proconsulis sub titl.

xxvi. Divus etiam adrianus.

xxvii. Idem divus pius. ad libellum alfi iulii.

xxviii. Gregorianus librū VIIII. sub titulo.

EXPLICIT.

INCIPIT DE ADULTERIS.

xxviiii. Moyses dicit quicunq, moechatus fuerit uxorem proximi sui.

(*Ex codice Vercellensi.*)

I

kp̄ viii Idem. kp̄ x Idē gregorianus eodem liß et titulo. kp̄ xi Idem kp̄ xii Idem

kp̄ xiii Imp̄. euaristus cog novi quod claudius luppi filius in convivio kp̄ xiiii. Verba rescripti kp̄ xv De scientibus e ignorantib, generaliter loquitur kp̄ xvi Idē kp̄ xvii Incipit

de iniuriis moyses dicit kp̄ xviii Idem de iniuriis

kp̄ xviiii De iudicatis p̄sonis p̄ hominū liberorū. kp̄ xx Si fatevitur iniuriam kp̄ xxi Idē de iniuriis. kp̄ xxii

Idem kp̄ xxiii De sicariis et beneficiis kp̄ xxiiii Incipit (col. 2.) de iure et sevitia dominor, moyses dicit kp̄ xxv Idē

kp̄ xxvi De dominor, sevitia kp̄ xxvii Idē kp̄ xxviii De servor, obsequi kp̄. xxviiii. Idē kp̄ xxx De accusationib, Incipit de ADULTERIIS kp̄ xxxi Moyses dixit de a dulteriis kp̄ xxxii de adul

(*Ex codice Vindobonensi.*)

xxx. Paulus libro singulariū sub titulo.

xxxi. Marcellus libro XXXI. digestorū.

xxxii. Idem paulus eodem singularē librū et tituſ.

xxxiii. Idem paulus in eodem libro et titulo.

xxxiiii. Papinianus libro et titulo,

(fol. 163^{b}. col. 1.)

xxxvii. (*sic*) Idem.

xxviii. (*sic*) Idem.

xxxviiii. Sic de mancipiis alterutrius.

xl. Paulus libro sententiarū sub titulo.

EXPLICIT DE ADULTERIS.

INCIPIT DE STUPRATORIB;

xl. (*sic*) Moyses dicit Qui manserit cū masculo.

xli. De adulteris.

xlii. Idem.

xliii. Om̄s qui in flagitionib; luxus virili corpus.

INCIPIT DE INCESTIS NUPTIIS.

xliiii. Moyses dicit quicūq; concubuerit cum mulierem uxorem patris.

xlv. Ulpianus liber singularis nuptiis sub titl.

xlvi. Idem.

xlvii. De nuptiis sub titulo.

xlviii. Si quis contra romani nominis decus sanctitatem.

xlviiii. De nuptiis.

l. De adulteris.

li. Idem de nuptiis.

EXPLICIT DE STUPRATORIBUS.

INCIPIT DE FURIBUS ET DE POENIS EORUM.

lii. Quodsi duodecī tabularū.

liii. Paulus liber sententiarū V.

liiii. Ulpianus liber VIII. ad edictum sub titulo.

(*Ex codice Vercellensi.*)

teriis kp̄ xxxiii Marcellus liß xxxi degestor, de auctoritate kp̄ xxxiiii Idem kp̄ xxxv qui iure matris vel patris qui accusat potest kp̄ xxxvi de adulteriis kp̄ xxxvii Paulus liß singulari et tit quod supra kp̄ xxxviii Idē kp̄ xxxviiii Idem kp̄ xl Idem sic pater qui adulterū occidit et filię suę pepercit. kp̄ xli Si maritus uxorē sua in adulteriū deprehensā occid. kp̄ xlii Si de mancipiis alterius marito vel patre accuS̄

kp̄ xliii de adulteriis Expl kp̄ xliiii Incipit de strupatoribus moyses dicit qui manserit cū masculum

(fol. 7^{b}. col. 1.)

kp̄ xlvi Idem

kp̄ xlvii Idem theodosianus imp̄ | valentinianus theodosius et | archadius āāā

kp̄ xlvii (*sic*) Idem

kp̄ xlviii Incipit de incertis nuptiis moyses dicit

kp̄ xlviiii de nuptiis tiť.

kp̄ l de nuptiis inter parentes et liberos

kp̄ li de nuptiis sub tit exēplū litterarum ni nominis

kp̄ lii Si qua aut contra roma

kp̄ liii Idē kp̄ liiii de adulteris

kp̄ lv De his qui incertas nuptias | contraxerunt

kp̄ lvi Maledictus inquid dixit moyses qui concuuerit cū uxorē patris kp̄ lvii Incipit de furibus et de poene eor, kp̄ lviii Idem kp̄ lviiii Idem

kp̄ lx Idem kp̄ lxi Idem kp̄ lxii (*sic*)

(Ex codice Vindobonensi.)	*(Ex codice Vercellensi.)*
LV. Si quis noctu furem occiderit.	
LVI. De furibus. (col. 2.)	
LVII. IDEM. EXPLICIT.	kp̄ lxiii Idem k (*sic*) lxiiii
INCIPIT. DE FALSO TESTIMONIO.	Incipit | de falso testimonio moyses dicit |
LVIII. Moyses dicit.	
LVIIII. De poenis omnium legū sub titulo.	kp̄ lxv De poenis omīū legum
LXX. (*sic*) De testibus et de questionibus	kp̄ lxvi De testibus et de questio |
LXXI. Idem liber ad legem corneliam de sicariis et beneficiis.	nibus kp̄ lxvi (*sic*) Idē liß ad legē | corneliā de sicariis et beneficiis |
LXXII. Paulus liber sententiarum V. sub titulo ad legem corneliam.	kp̄ lxvii Idē kp̄ lxv (iii) Idē kp̄ lx (viii) Idē |
LXXIII. Idem.	(col. 2.)
LXXIIII. Idem poena. legis cornelie testamentariae liber VIII.	kp̄ lxx Idem kp̄ lxxi Idem χ
LXXIII. (*sic*) Idem.	
LXXIII. (*sic*) Idem.	
LXXVIII. (*sic*) Idem.	kp̄ lxxii Idem kp̄ xx (liiii) Idem kp̄ lxxv |
LXXIX. De officio proconsulis ad legem corneliam.	De officio ꝓconsolis ad legem iuliam kp̄ lxxv De testib,
LXXII. (*sic*) De testibus et de questionibus.	et questionibuſ eorū ⁊ exp´
EXPLICIT.	
INCIPIT DE DEPOSITO.	kp̄ lxxvii Incipit deposito
LXXI. (*sic*) Moyses dicit.	moyses dixit
LXXI. (*sic*) Si aliquid dabit proximo suo.	kp̄ lxxviii De deposito et comen| dato
LXXII. Si subripiatur dominus domui habet furti actionem.	kp̄ lxxviiii Si subripiatur do mus domui habet furti actione |
LXXIII. Cum quis suscepit depositum.	kp̄ lxxx Idem kp̄ lxxxi Idē
LXVIIII. Eas poenas quod vestem.	
LXXV. Idem.	kp̄ lxxxii Idem kp̄ lxxxiii Idē
LXXVI. Idem. A. et C. septimiae.	
LXXXIII. (*sic*) De deposito.	kp̄ lxxxiiii Idem kp̄ lxxxv Idē
LXXXIV. Imperator alexander. A. messorio milite.	
LXXXIIII. (*sic*) Paulus liber responsorum V. sub titulo.	kp̄ lxxxvi Ex locato et con- ducto |
LXXX. (*sic*) Si quis expositis rebus inlesis.	kp̄ lxxxvii Idem

(Ex codice Vindobonensi.)	*(Ex codice Vercellensi.)*
LXXXI. Satis propositā constitutionem. (fol. 164a. col. 1.)	kp̄ lxxxviii de satis ꝓpositā constitutionem
EXPLICIT.	
INCIPIT DE ABACTORIBUS.	kp̄ lxxxviiii Incipit de abac toribus moyses dicit
LXXXII. Moyses dicit.	
LXXXIII. Si quis imbolaverit vitulum aut ovem.	kp̄ xc Idē xci Idē kp̄ xcii
LXXXIIII. De abactoribus atroces pecorum.	
LXXXV. Idem paulus eodem libro et titulo.	
LXXXVI. Idem paulus eodem libro et titulo.	Idem kp̄ xciii Idem kp̄ xciiii
LXXXVII. Qui bovem vel equum errantem invenerit.	
LXXXVIII. De poenis paganorum.	Idem de penis paganorum.
LXXXVIIII. De officio proconsulis.	kp̄ xcv Idem kp̄ xcvi Idem
XCIII. (*sic*) De officio proconsulis.	
XCIIII. [3] Eodem scripto.	kp̄ xcvii Idem kp̄ xcviii Idem.
XCII. (*sic*) Idem ulpianus libro et titulo.	
XCII. Si quis bovem aberrantem vel ęquum.	kp̄ xcviiii Idem kp̄ c Incipit de in |
EXPLICIT.	
INCIPIT DE INCENDIARIIS.	cendiariis moyses dicit.
XCIII. Moyses dixit si exier ignis et invenerit spinas et combusserit.	
XCIIII. Paulus liber sententiarū sub titulo.	kp̄ ci Idem
XCV. Commissum vero servorum.	kp̄ cii Idem
XCVI. Idem.	kp̄ ciii Idem (fol. 8a. col. 1.)
XCVII. De officio proconsulis.	kp̄ ciiii de officio ꝓconsulis.
XCVIII. De poenis paganorum.	kp̄ cv De pęnis paganorum et de | incendiariis
XCVIIII. Ulpianus libro XVIII. ad edictū sub titulo.	kp̄ cvi Si fatebitur iniuria occisū | esse |
	kp̄ cvii Si quis insulā voluerit exurere.
C. IDEM. Idem.	
CI. Et ita celsius libro XXXVII. digestorum.	kp̄ cviii De stipula incendentis | kp̄ cviiii Idem
EXPLICIT DE INCENDIARIIS.	kp̄ cx Idem
INCIPIT DE TERMINO AMOTO.	kp̄ cxi Idem
CV. (*sic*) Non transmovebis terminū proximi tui.	kp̄ cxii Incipit de termino amo|to moyses dicit
CVI. De officio proconsulis.	kp̄ cxiii Idem
EXPLIC̄ DE TMINO.	

3) iiii negligenter erasa sunt.

(*Ex codice Vindobonensi.*)	(*Ex codice Vercellensi.*)
INCIPIT DE PLAGIARIIS. (col. 2.)	kp̄ cxiiii Incipit de plagiariis
cvii. Moyses dicit quicūq; plagiaverit.	xiiii moyses dicit
cviii. Paulus libro sententiarum V.	kp̄ cxv. Idem.
cxiiii. (*sic*) sub titulo ad legem fabiam tenetur.	
cxi. (*sic*) Itemque presidis provintiae.	
cxii. Si servus sciente domino.	kp̄ cxvi Si servi sciente dn̄o ali|enū servū subtraxerit
cxiii. Ulpianus libro VIII.	kp̄ cxvii De officio ꝓconsu lis ad | legē fabiam cohercendis
cxii. (*sic*) Imperator antoninus exposuit constituit idem legis iuliae.	kp̄ cxviii Idem de adulteris
cx. (*sic*) Qui alieno servo persuaserit ad dominum fugiat.	
EXPLIC̄ DE PLAGARIIS (*sic*).	
INCIPIT DE MATHEMATICIS ET MANICHEIS	kp̄ cxviiii Incipit de mathe maticis et monicheis (*sic*) dicit |
ciiii. (*sic*) Moyses dicit. non inveniatur qui lustret filium tuum.	
cxvi. De officio proconsulis sub titulo.	kp̄ cxx de mathematicis et baticinatoribus
cxvi. (*sic*) Pompeio. et rufo consulibus.	kp̄ cxxi Idem
cxvii. Divi pii ad pactum legatum provintię.	kp̄ cxxii Idem
cxviii. De maleficiis et manicheis.	kp̄ cxxiii Idem

(*Ex codice Vindobonensi.*)	(*Ex codice Vercellensi.*)
EXPLIC̄ DE MATHEMATICIS.	
INCIPIT DE LEGITIMAS ACTIONES.	kp̄cxxiii(*sic*) Incipit de legiti (col. 2) ma actione.
cxviiii. Filię salpade.	kp̄ cxxiiii De successione inter fr̄s |
cxx. Gaius institutionem libro III°.	kp̄ cxxv Idem
cxxi. Idem.	kp̄ cxxvi Idem
cxxii. Idem.	
cxxiii. Idem.	kp̄ cxxvii Idem
cxxviii. (*sic*) Item pronepotes proneptesve.	
cxxv. (*sic*) Item si ex duobus filiis nepotes extent.	
cxxvi. Item patruus fratris[4] filio.	kp̄ cxxviii Idem
cxxvii. De intestatorum successiones. (fol. 164^b. col. 1.)	kp̄ cxxviiii De intestatorū successionibus
cxxviii. De legitimis hereditatibus intestatorum.	kp̄ cxxx Idem
cxxviiii. Idem.	kp̄ cxxxi Idem
cxxx. Idem.	kp̄ cxxxii Idem
cxxxi. Idem.	
cxxxii. Idem in eodem libro.	
EXPLICIT KAP.	ExplicIT
INCIPIT LIBER PRIMUS. KAP. I. IDEM.	INCIPIT CONSTITUTIO PRIMA NOVELLARUM IUSTINIANI PP AVḠ. DE GRECO IN LATINO TRANSLATAS PER IULIANUM (*etc.*)
Moyses dei sacerdos hęc dicit (*etc.*)	

4) Sic correctum ex *patris*.

INCIPIT LEX DEI QUAM[1] DEUS PRAECEPIT[2] AD MOYSEN.

TITULUS PRIMUS.

DE SICARIIS ET HOMICIDIS CASU VEL VOLUNTATE[3].

Kp. I.[4] MOYSES DEI SACERDOS HAEC DICIT: §. 1. Si quis percusserit hominem ferro et occiderit eum, mortem[5] moriatur. §. 2. Si[6] autem manu lapideve[7], quo[8] mori possit, percusserit, et mortuus fuerit, homicida est: mortem[5] moriatur. §. 3. Si autem per inimicitiam impulerit eum, vel inmiserit super eum aliquod vas ex insidiis, et mortuus fuerit, §. 4. vel per iram percusserit eum manu[9], et mortuus fuerit[10], mortem[5] moriatur.

Kp. II.[11] PAULUS QUOQUE LIBRO QUINTO SENTENTIARUM SUB TITULO[12] AD LEGEM CORNELIAM[13] DE SICARIIS ET VENEFICIS[14] DICIT: §. 1. Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit[15], eiusque rei causa[16] furtive faciendi cum telo fuerit, et qui venenum hominis necandi causa habuerit, vendiderit[17], paraverit, falsumve testimonium dixerit, quo quis periret[18], mortisve[19] causam praestiterit. §. 2. Quae omnia facinora in honestiores poena[20] capitis vindicari placuit; humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut bestiis subiciuntur[21].

Kp. III. ULPIANUS LIBRO VII.[22] DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO DE SICARIIS ET VENEFICIS: §. 1. Capite primo legis Corneliae de sicariis cavetur, „ut is[23] praetor iudexve quaestionis, cui sorte obvenerit quaestio de sicariis eius quod in urbe Roma[24] propius[25] mille passus[26] factum sit, uti quaerat[27] cum iudicibus, qui ei[28] ex lege sorte[29] obvenerint[30], de capite eius, qui cum telo ambulaverit hominis necandi[31] furtive faciendi causa[32], hominemve occiderit, cuiusve[33] id dolo malo factum erit"[34] ET RELIQUA. §. 2. RELATIS VERBIS LEGIS MODO IPSE LOQUITUR[35] ULPIANUS[36]: Haec lex non[37] omnem, qui cum telo ambulaverit, punit[38]; sed eum tantum, qui hominis necandi furtive faciendi causa telum gerit, compescit[39]. Item eum, qui hominem occidit[40], coercet: nec[41] adiecit cuius conditionis hominem, ut et[42] ad servum et peregrinum pertinere haec[43] lex videatur.

Kp. IV.[44] ITEM[45] PAULUS LIBRO QUO SUPRA ET TITULO DICIT: §. 1. Homicida est qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisve[46] causam praestitit.

---

1) LEGEM DEI QUOD Vind. Verc. 2) PRECOEPIT DOMINUS Vind. PRECEPIT DOMINUS Verc. 3) Haec verba: TITULUS . . . VOLUNTATE absunt ab omnibus codicibus. 4) Haec exstant in Moysis lib. IV. (qui *Numeri* vocatur) cap. 35. verss. 16. 17. 20. 21. multis tamen mutatis in versione vulgata. 5) *morte* Pith. et Verc. *mortem* Vind. Scal. Cuiac. 6) *Sin* Pith. Berol. 7) *manum lapidem* Vind. *manu lapidem* Verc. Scal. *manu lapide* Cuiac. 8) *quod* Vind. 9) *manum* Vind. 10) *vel per . . . fuerit* Scal. omittit 11) Idem locus repetitur Tit. VIII. cap. 4. exstat etiam apud *Paullum* V. 23. §. 1. 12) Verba PAULUS . . . TITULO om. Vind. 13) Hic desinit rubrica in Verc. 14) BENEFICIS Vind. *beneficiis* Verc. Quod quidem vitium et in sequentibus constanter occurrit. 15) *eis . . . occiderint . . . fuerint* et sic p. Paul. Visig. 16) *causam* Verc. Scal. 17) *et vendiderit* Vind. 18) *perisset* Pith. 19) *mortis suae* Scal. Verc. 20) *poenam* Vind. Verc. 21) Ita Vind. Verc. *obiiciuntur* Paul. Visig. 22) Haec absunt a Verc., sed in margine legitur *Ulpiani*. 23) *his qui* Vind. Verc. 24) *romae* Vind. 25) *propriis* Pith. *proprios* Vind. *proprius* Verc. *et propius* cj. Cuiac. *propiusve* cj. Schulting. 26) *mille passuum* Vind. X *milia passuum* cj. Cuiac. 27) *utique erat* Pith. 28) *cui ei* Pith. *qui ea* Vind. 29) *legem sortem* Pith. *lege sortem* Vind. 30) *obvenerit* Vind. Verc. 31) *homines negandi* Verc. 32) *causam* Verc. 33) *cuius* Pith. 34) *fuerit* Pith. 35) *Relatis . . . loquitur* absunt a Verc. 36) *Ulpianus* om. Vind. 37) *Haec lex non* om. Verc. 38) *Qui cum . . . punit.* Haec verba rubricam KAP. IV. efficiunt in Verc. 39) *coerci compesci* Pith. *coherci compescit* Vind. A Verc. utrumque abest. *coercit compescit* cj. Pith. *gesserit compescit* Ed. Paris. III. a. 1586. in marg. Nos Bondami (Var. Lect. II. 14.) coniecturam recepimus. 40) *Item . . . occidit* om. Verc. 41) *coercit nec* Pith. *coerciti in hac* Vind. *coercere ei in hac* Verc. 42) *et* abest a Verc. 43) *pertinet ira haec* Pith. *pertineret hec* Verc. 44) Locus nunc restitutus legitur apud Paullum V. 23. §. 2. 45) IDEM Verc. 46) *mortis suae* Scal. Verc.

Kp. V.[47] ITEM DE CASUALIBUS[48] HOMICIDIIS[49] MOYSES LEGALITER DICIT: §. 1. Si autem subito[50], non per inimicitias, inmiserit super eum aliquod vas, non insidians[51], §. 2. vel lapidem, quo moriatur, non per dolum, et ceciderit super eum, et mortuus fuerit; si autem non[52] inimicus eius fuerit[53], neque quaesierit malefacere ei, §. 3. Iudicabitis[54] inter eum qui percussit[55] et proximum[56] mortui secundum iudicia haec, §. 4. et[57] liberabitis percussorem.

Kp. VI. ULPIANUS LIBRO ET TITULO QUI SUPRA RELATI[58]: §. 1. Distinctionem casus et voluntatis in homicidio servari rescripto Hadriani confirmatur. Verba rescripti[59]: §. 2. „Et qui hominem occidit absolvi solet, sed[60] si non occidendi animo id admisit; et qui non occidit, sed voluit occidere, pro homicida dampnatur". §. 3. „E re itaque[61] constituendum est et[62] quo ferro[63] percussit Epafroditus[64]. nam si gladium instrinxit[65] aut telo[66] percussit, quid dubium est quin[67] occidendi animo percusserit? si clave[68] percussit aut cucuma[69], cum[70] forte rixaretur, ferro percussit[71], sed non occidendi mente[72]". §. 4. „Ergo hoc exquirite, et[73] si voluntas occidendi fuit, ut homicidam[74] servorum[75] supplicio cum cruci[76] iubete adfigi"[77].

Kp. VII.[78] PAULUS LIBRO QUINTO[79] TITULO QUO SUPRA: §. 1. Qui hominem occidit aliquando absolvitur, et qui non occidit ut homicida dampnatur: consilium enim uniuscuiusque, non[80] factum, puniendum est. Ideoque si[81], cum vellet occidere, casu aliquo perpetrare non potuit, ut[82] homicida punitur[83]; et is, qui[84] casu[85] teli hominem imprudenter ferierit, absolvitur. §. 2.[86] Quodsi in rixa percussus homo[87] perierit[88], quoniam ictus[89] quoque ipsos[90] contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum[91] aut in metallum dampnantur[92], honestiores dimidia parte[93] bonorum multati relegantur.

Kp. VIII.[94] ITEM GREGORIANUS LIBRO XIV.[95] AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS TALEM CONSTITUTIONEM PONIT: §. 1.[96] Imperator Antoninus Augustus Aurelio[97] Herculano[98] et aliis militibus. Frater vester rectius fecerit, si se praesidi provinciae optulerit; cui si probaverit non occidendi animo Iustam[99] a se percussam[100] esse, remissa[1] homicidii poena secundum disciplinam militarem sententiam proferet[2]. Proposita prid. Kal. Febr. Laeto bis Cons.[3]

Kp. IX. ITEM GREGORIANUS EODEM TITULO ET LIBRO TALEM CONSTITUTIONEM PONIT: §. 1. Imp. Alexander A. Aurelio Flavio[4] et aliis militibus. Si modo pro quo[5] libellum dedistis, non dolo praestitit mortem, minime perhorrescat: crimen quippe ita[6] contrahitur, si et voluntas occidendi intercedat. ceterum ea, quae ex improviso casu[7] potius quam fraude accidunt, fato[8] plerumque, non noxae imputantur. Prop. XIII. Kal. Aug.[9] Alexandro cons.[10]

Kp. X.[11] ITEM GREGORIANUS EODEM LIBRO ET TITULO TALE RESCRIPTUM DEDIT: §. 1. Diocletianus et

---

47) Exstat Moys. IV. 35. ℣. 22 ... 25. 48) *causalibus* Scal. Vind. Verc. 49) *homicidis* Pith. 50) *subito* om. Pith. 51) *insidiaverit* Vind. *insidiaris* Verc. 52) *si neque* ed. Pith. Sed Scal. habet *si autem*, omisso *non*. 53) *fuerit* om. Pith. 54) *iudicabit is et* Verc. 55) *percusserit* Pith. Sed Scal. *percussit*. 56) *et* ins. Vind 57) *et* om. Vind. Verc. 58) *relati* (extra rubricam) Verc. *relato* Scal. Cuiac. 59) De eodem Hadriani rescripto complura refert Marcian. L. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar. (48. 8.) Cf. etiam Callistr. L. 14. eod. 60) *scilicet* ed Pith. *set* Scal. A Dig. verbum abest. 61) *et re itaque* Scal. Vind. *tremitaque* Verc. 62) *ex* omnes codd. *et* cj. Pith. 63) *ferro quo* cj. Cuiac. 64) *ipsa funditus* Pith. *ipsa fronditus* Vind. *ipsa froditus* Verc. unde facillime effici poterat *Epafroditus*. Cuiac. Paris. III. marg. cj. *ipsa voluntas*; Vonck. (spec. crit. p. 33.) cj. *constituendum funditus, ex quo ferro percussit*. Alii alia excogitaverunt. 65) *instrincxit* Vind. *strinxerit* Dig. 66) *telo* om. Scal. *et in eo* Dig. 67) *qui non* Scal. Vind. Verc. 68) *Sic lapide* Pith. *Si lapide* cj. Cuiac. *Si lapis* Verc. A Vind. locus *Si ... ferro percussit* abest. Nos Digestorum scripturam recepimus, iam Paris. III. margini adscriptam. 69) *aut cucuma* om. Verc. Vind. 70) *aut cum* Pith. Verc. 71) *percusserit* Verc. 72) *occidendo mentem* Vind. 73) *ut* Vind 74) *homicida* Vind. Verc. 75) *servum* omnes codd. *homicidii reum* cj F. Pith. *severo* cj. Noodt. Probabil. IV. 9. 76) *cum iure* Pith. *eo iure* Vind. *eum iure* Verc. *maiore* cj. F. Pith. *servili* cj. Cuiac. *communi iure* cj. Noodt. Sed nostram emendationem cap. II. h. t. satis confirmat 77) *adfici* Pith. 78) Exstat ap. Paul. Visig. V. 23. §. 3. 79) LIBER TERTIUS V. Vind. LIBRO TERTIO QUINTO Scal. Verc.

80) *non* om. Verc. 81) *qui* Pith. Sed Scal. om. vocem. 82) *et* Vind. 83) *puniatur* Scal. Vind. Verc. *punietur* Paul. Visig. 84) *his qui* Vind. Verc. *si quis* Scal. 85) *casu iactu* Paul. Visig. 86) Locus restitutus est Paull. l c. §. 2. Verba *Quodsi ... oportet* exstant L. 17. D. ad leg. Cornel. de sicar. (48. 8.), paucis mutatis. 87) *homo percussus* Vind. 88) *ferierit* Verc. *fuerit* Pith. Vind. *perierit* Dig. 89) *iocus* Scal. *botus* Vind. *votus* Verc. *ictus* Dig. 90) *ipsos quoque* Vind. *quoque ipso* Scal. 91) *lutum* Verc. 92) *damnentur* Scal. 93) *dimidiam partem* Vind. *demedia parte* Scal. 94) Seqq. 3. constitt. Schult. cod. Greg. lib. XIX. tit. 3. inseruit. 95) III. omnes codd. 96) §. 1. exstat L. 1. Cod. ad leg. Corn. de sicariis (9. 16.), additis quibusdam ex cap. IX. huius tit. 97) *Aurelio* abest a Cod. Iust. 98) *Herculario* Vind. Ver. *Herculiano* ed. cod. *Herculano* cod. Casin. 99) *Iustum* Scal. *iusta* Vind. Verc. *hominem* Cod. Iust. 100) *percussa* Verc. *percussum* Cod. Iust. 1) *esse remissa* om. Vind. 2) *proferret* Scal. *profert* Vind. *proferre* Verc. 3) p. Chr. 222. — *prid. Kl. Febrū Letio uis conss.* Scal., additis in margine inferiori *Aimilio Laeto II. Anicio Cerenti Coss.* Cod. Iust. habet *PP. II. Kal. Febr. Laeto II. et Cereale Conss* In Vind. et Verc. haec omnia desunt. 4) *Favio* Pith 5) *quo* om. Vind. 6) *crimen enim* Cod. Iust. Quae sequuntur Tribonianus fini constitutionis antecedentis attexuit, resecta subscriptione 7) Verba *ex improviso ... fato* om. Scal. lacunam asterisco indicans. *ex* abest a Verc. *ex improbis occasum* Vind. 8) *foto* Vind. *facto* Verc. 9) *Id. Augus.* Scal. Omnis subscriptio abest a Vind. et Verc. 10) Anno p Chr. 222. 11) Hoc rescriptum paucis mutatis exstat L. 5. Cod. ad legem Corneliam de sicariis (9 16).

(Maximianus) Domini nostri [12]. Have Agato [13] karissime nobis [14]. Qualitas precum Iulii Antonini clementiam nostram facile [15] commovit, quippe quod adseveret [16] homicidium se non voluntate, sed [17] casu fortuito fecisse [18], cum calcis [19] ictu mortis occasio praebita videatur. Quod si [20] ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni eum [21] metu ac suspicione, quod ex [22] admissae rei discrimine sustinet, secundum id quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari. Dat. prid. [23] Kal. Decemb. [24] Diocletiano Aug. IIII. [25] et Maximiano Cons. [26]

Kp. XI. [27] ULPIANUS LIBRO [28] ET TITULO QUO SUPRA: §. 1. [29] Cum quidam per lasciviam [30] causam mortis praebuisset, comprobatum est factum Taurini Egnatii [31] proconsulis Baetieae [32] a divo Hadriano, quod eum in quinquennium relegasset. §. 2. Verba [33] consultationis [34] et rescripti ita se habent [35]: „Inter Claudium [36], optime imperator, et Evaristum cognovi, quod Claudius [37] Lupi [38] filius in convivio, dum sago iactatur [39], culpa Marii [40] Evaristi [41] ita male [42] acceptus fuerit, ut post diem quintum moreretur [43]. atque [44] apparebat nullam inimicitiam cum Evaristo [45] fuisse; sed [46] cupiditatis culpam coercendum credidi [47], ut ceteri eiusdem aetatis iuvenes emendarentur [48]. ideoque Mario Evaristo [49] urbe, Italia, provincia [50] Baetica [51] in quinquennium interdixi [52] et [53] decrevi [54], ut [55] impendii [56] causa duo milia patri eius persolveret Evaristus [57], quod manifesta eius fuerat [58] paupertas. Velis rescribere" [59]. §. 3. Verba rescripti: „Poenam [60] Marii Evaristi [61] recte, Taurine [62], moderatus es [63] ad modum culpae: refert enim [64] et in maioribus delictis consulto aliquid admittatur [65] an [66] casu" [67]. §. 4. Et sane in omnibus criminibus distinctio [68] haec poenam [69] aut [70] iustam [71] provocare [72] debet, aut [73] temperamentum admittere.

Kp. XII. MODESTINUS [74] LIBRO DIFFERENTIARUM SEXTO SUB TITULO DE SCIENTIBUS ET IGNORANTIBUS GENERALITER LOQUITUR [75]: §. 1. Nonnunquam per ignorantiam delinquentibus [76] iuris civilis [77] venia tribui solet, si modo rem facti [78] quis, non iuris, ignoret, quae scilicet [79] consilio [80] delinquentibus praestari [81] non solet. Propter quod necessarium est addita distinctione considerare utrum sciente an ignorante aliquo [82] quid gestum proponatur. ET RELIQUA.

---

12) Huius inscriptionis manca tantum fragmenta in codicibus exstant: *Quod si dnm* Pith. *quod si* DNN Vind. *quod si d*NN Verc. In Cod. Iust. inscriptio ita se habet: *Exemplum sacrarum litterarum. Diocletianus et Maximianus A. A. Agatho.* — *agatocli* Cod. Vatic. 1427. Nobis autem persuasum est in verbis *quod si* latere *diocl. et*; nam quamplurima argumenta in eam rem concurrunt. Primum enim Iustiniani constitutionum codex illa ipsa nomina hoc loco exhibet, nec vocem *maximianus*, aut potius *max.* librarii culpa excidisse quisquam negabit, cui reliqua inscriptio satis firmata fuerit. Deinde DNN legi debere *domini nostri* res ipsa docet: qua quidem appellatione Gregorianus recte usus est, si vere sub istis imperatoribus codicem suum conscripsit, quod nunc vel nostro loco probari posse facile dixerim. Denique, quo omnis emendationis nostrae summa redit, pro *quod si* legendum est *diocl. et*: nam *d* et *cl* facile inter se confundi et notum est et ipsi nostri codices demonstrant. Ecce enim Vindobonensis tit. I. cap. 11. pro *claudium* habet *daudium*, tit. II. cap. 5. §. 5. pro CL habet *ad*, et tit. VI. cap. 4. exhibet *diodetiani*; Vercellensis autem tit. XV. cap. 3 habet *diodetianus*. Pariter etiam *d* cum *q* vel *di* cum *qu*, atque adeo *et* eum *si* confundi poterat, quod ex scripturae effigie plenius probari potest. 13) *Habe Agato* Pith. *Habe Agatu* Scal. *habe gatu* Vind. In Cod. Iust. verba *Have ... quippe quod* omissa sunt. 14) *K. N.* omnes codd. 15) *facilem* Vind. Verc. 16) *Eum qui adseverat* Cod. Iust. 17) *sed* om. Vind. 18) *fecisset* Scal. Vind. Verc. 19) *calicis* Scal. Vind. 20) *Si hoc* (omisso *quod*) Cod. Iust. 21) *omnium* Scal. Vind. Verc. A Cod. Iust. *eum* abest. 22) *quam ex* Cod. Iust. *ex* abest a Vind. 23) *VII.* Cod. Iust. 24) *Decemb. Sirmii* Cod. Iust. 25) *III.* Scal. 26) A. p. Chr. 290. *ipsis A. A. IIII. et III. Conss.* Cod. Iust. — Subscriptionem om. Verc. 27) Hoc caput inseruit Charondas praefationi digestorum editionis a se curatae, quam scripsit ad senatum Parisiensem a. 1572. 28) LIBRO om. Verc. 29) Haec leguntur L. 4. § 1. Dig. ad leg. Cornel. de sic. (48. 8). 30) *lasciviam nimiam* Vind. 31) *egnati* Pith. *heriati* Vind. *ergati* Verc. 32) *vetice* Scal. Vind. *vettice* Verc. 33) *Verba . . . optime* om. Verc. 34) *consolationis* Pith. Verc. 35) *habentem* Pith. Vind. *habent* Scal. *habent Vellem* Charond., qui verbum *rescribas*, vel aliud simile excidisse putat. Locus ab aliis aliter tentatus est. 36) *Clodium* Pith. Char. *daudium* Vind. 37) *gladius* Scal. *clodius* ed. Pith. Char. 38) *luppi* Scal. Verc. 39) *ietitur* Vind. *iettitur* Verc. 40) *manu* Pith. *mani* Scal. *manu Marii* Char. *mamario* Vind. *marie* Verc. 41) *baristi* Verc. 42) *melle* Vind. *melea* Verc. 43) *commoraretur* Vind. 44) *adque* Pith. 45) *cum evaristi* Pith. *evaristi* Vind. *abaristi* Verc. *cum evaristo* Char. 46) *nec* Pith. Char. Vind. *ne* Verc. 47) *credidit* Pith. Vind. 48) *emendaretur* Vind. *emendarentur ... italia* om. Verc. 49) *et evaristo* Vind. 50) *e provinciae* Verc. 51) *veticae* Scal. *vetica* Vind. *vettica* Verc 52) *interdixit* Pith. Vind. Verc. 53) *et* omitt. Pith. Char. Verc. 54) *decrevit* Pith. Vind. 55) *et* omnes codd. et Char. 56) *impendi* omnes codd. 57) *et baristus* Verc. 58) *fuerat eius* Vind. 59) *vel res* omnes codd. Sed has notas esse, scil. V. R., quae veterem formulam contineant *velim rescribas*, aut potius quando ad principem sermo est, *velis rescribere*, Pithoeus recte animadvertit. 60) *poene* Vind. 61) *Mari evaristi* Pith. *marii et evaristi* Vind. *mariae baristi* Verc. 62) *et Taurine* Pith. *taurine* Scal. *Egn. Taurine* Char. 63) *est* omnes codd. et Char. 64) *enim* omitt. Dig. Verba *refert enim . . . temperamentum admittere* leguntur L. 5. §. 2 D. de poenis (48. 19.), quasi omnia essent verba Ulpiani. 65) *amittatur* Vind. *admittitur* Dig. Flor. 66) *hanc* omnes codd. 67) *occasio* Vind. Verc. 68) *districtio* Vind. 69) *poenarum* Charond. *poenam. Distinctio haec poena*, repetitis quae antecedunt, Vind. 70) *autem ante* Vind. *ante* Verc. 71) *iustitiam* omnes codd. et Char. Nos cum Pithoeo Dig. secuti sumus. 72) *eligere* Dig. Flor. *elicere* Dig. vulg. 73) *autem* Verc. 74) Verba: *Modestinus . . . titulo* Vind. capiti praecedenti iungit, Verc. prorsus omittit. 75) *loquitur aliter* Vind. 76) *delinquentium* Vind. 77) *iuris civili* Scal. *iure civili* ed. Pith. 78) *pacto* Pith. *facto* Vind. Verc. *facti* ed. Pith. 79) *qui scilicet* Scal. Vind. *quis licet* Verc. 80) *consilium* Vind. 81) *praestare* Vind. 82) *scientiae an ignorantiae aliquod* Verc.

Kp. XIII.[83] PAULUS LIBRO ET TITULO QUO SUPRA: §. 1.[84] Qui telum tutandae[85] salutis[86] causa gerit[87] non videtur[88] hominis[89] occidendi causa portare. §. 2.[90] Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne quod nocendi causa portatum est.

EXPLICIT TITULUS DE SICARIIS[1] ET HOMICIDIS CASU VEL VOLUNTATE.

INCIPIT DE ATROCI INIURIA[2].

TITULUS SECUNDUS[3].

Kp. I.[4] MOYSES DICIT: §. 1. Si autem contenderint duo viri, et percusserit alter[5] alterum lapide aut pugno, et non fuerit mortuus, decubuerit autem[6] in lectulo, §. 2. et si surgens ambulaverit homo fortis[7] in baculo suo[8], sine crimine erit ille, qui eum percusserat. praeterea cessationis[9] eius[10] mercedem dabit ei et medico inpensas curationis.

Kp. II. ULPIANUS LIBRO SINGULARI REGULARUM[11] SUB TITULO DE INIURIIS: §. 1. Iniuria si quidem atrox, id est gravis est[12], non sine iudicis arbitrio aestimatur. Atrocem autem aestimare solere praetorem; idque[13] colligi ex[14] facto, ut puta si verberatus[15] vel[16] vulneratus quis[17] fuerit. ET RELIQUA.

Kp. III. PAPIANUS LIBRO DEFINITIONUM SECUNDO SUB TITULO[18] DE IUDICATIS[19]: §. 1. Per hominem liberum[20] noxae[21] deditum[22] si tantum adquisitum sit, quantum[23] dampni[24] dedit, manumittere cogendus est a praetore[25] qui noxae deditum accepit; sed fiduciae iudicio[26] non tenetur.

Kp. IV.[27] ULPIANUS LIBRO XVIII.[28] AD EDICTUM SUB TITULO[29] SI FATEBITUR INIURIA OCCISUM ESSE, IN SIMPLUM ET CUM DICERET[30]: §. 1. Rupisse cum utique accipiemus, qui[31] vulneraverit, vel virgis vel loris[32] vel pugnis cecidit[33], vel telo (vel)[34] cum aliovis[35] genere sciderit[36] hominis[37] corpus, vel tumorem fecerit; sed ita[38] demum, si damnum[39] datum est. Ceterum[40] si in nullo[41] servum pretio viliorem deterioremve fecerit, Aquilia[42] cessat[43], iniuriarumque erit agendum[44]. Ergo etsi pretio[45] quidem non sit deterior factus servus[46], verum[47] sumptus in salutem[48] eius et sanitatem[49] facti sunt, in haec nec[50] mihi videtur[51] damni[52] Aquilia lege[53] agi[54] posse.

Kp. V. PAULUS LIBRO SINGULARI ET TITULO[55] DE INIURIIS: §. 1.[56] Generaliter dicitur iniuria[57] omne quod non iure fit; specialiter alias[58] contumelia[59], quam Graeci (ὕβριν appellant, alias culpa, quam Graeci ἀδίκημα dicunt, sicut in lege Aquilia damnum iniuriae accipitur, alias iniquitas et iniustitia, quam Graeci[60]) ἀδικίαν vocant[61]. nam cum praetor non iure[62] adversus nos[63] pronuntiat[64], iniuriam nos[65] ac-

---

83) Restituta sunt haec Paul. V. 23. §. 7. 84) §. 1. exstat L. 11. §. 2. D. ad leg. Iul de vi publica (48. 6). 85) *tuta de* Verc. 86) *salutis suae* Dig. 87) *ageret* Pith. *geret* Scal. et ed Pith. *gerit* Vind. Verc. *gerunt* Dig. 88) *videatur* omnes codd. *videntur* Dig. 89) *homines* Verc. 90) Similia leguntur L. 11. §. 1. eod

1) Verc. om. *casu . . . iniuria*. Vind. om. *et homicidiis . . . voluntate*. 2) ATROCINIIS INIURIIS Vind. In Verc. rubrica desideratur. 3) Haec duo verba absunt ab omnibus. 4) Haec exstant Exod. XXI. ℣. 18 19. 5) *unus* Vind. 6) *et decubuerit* Vind. 7) *foris* ed. Pith. 8) *suo* abest a Pith. Vind. 9) *praeter accessionis* Pith. Vind. *praeter accessationis* Verc. *practer cessationis* cj. Pith. 10) *eius* omitt. ed. Pith. sed apud Scal. exstat. 11) LIBRO REGULARI ed. Pith. LIBRO REGULARIS Scal. LIBRO SINGULORUM DE Vind. Verba ULP. . . . TITULO om. Verc. 12) *gravis rerum* Pith. 13) *atque* Pith. 14) *collegit. Et* Vind. *colligit ex* Verc. 15) *verberatur* Verc. 16) *aut* Vind. 17) *quis* abest a Pith. 18) *Papianus . . . titulo* om Verc. 19) IUDICATIS PERSONIS Verc. 20) HOMINUM LIBERORUM Verc. *hominem liberorum* Vind. 21) *noxiae* Pith. *moxa* Viud. *mox* Verc. 22) *editum* Verc. 23) *quanti* Vind. 24) *dammum* Pith 25) *a praetutore et* Vind. *praetor. Et* Verc. 26) *iu lici* Verc. 27) Exstat L. 27. §. 17. D. ad legem Aquiliam (9. 2). 28) Sic Scal et Dig. XVIII. Pith. Vind. ULPIANUS . . TITULO om. Verc. 29) Haec inscriptio iisdem fere verbis, quamvis mendosis, infra repetitur tit. XII. kap. 7. 30) *dicere* Vind. 31) *qui autem* Vind. 32) *vel oriens* Vind. Verc. *vel locris* (*loeris? loreis??*) Scal. 33) *pugnis cedit* Pith. *pignus occidit* Vind. *pugnis occidit* Verc. 34) *vel* omnes codd. omittunt, sed exstat in Dig. 35) *cum aliobis* Verc. *quo alio* (omisso *genere*) Dig. 36) *cederet* Pith. *occiderit* Vind. Verc. *ut scinderet* Dig. *sciderit* Hal. 37) *alicui* Dig. 38) *vel ita* Pith. Verc. In Vind. legi videtur: *vel s. itta.* Dig habent *sed ita.* 39) *damnum iniuria* Dig. 40) *De cetero* ed. Pith. *et cetero* Scal. *cetero* Vind. Verc. 41) *sinnullo* Vind. *si nullo* Dig. 42) *ad Aquiliam* Pith. *ad Aquilia* Vind. Verc. 43) *cenat* Vind. Verc. 44) *agendum duntaxat; Aquilia enim eas ruptiones, quae damna dant, persequitur* Dig.; quae tamen iam a P. Pithoeo pro spuriis habita sunt. 45) *pretium* Verc. 46) *servus factus* Dig. 47) *vero* Verc. 48) *salute* Pith. *alte* Vind. *salte* Verc. 49) *sanite* Vind. Verc 50) *nec* omitt. Dig. *et* ed. Paris a. 1586. in marg. 51) *videri* Vind. Verc. Dig. Flor. 52) *damnum datum atque ideo* Dig. 53) *lege Aquilia* Dig. 54) *agi* omnes codd. omittunt; sed exstat in Dig. 55) SINGULORUM TITULI Vind. 56) Exstat pr. I. de iniur. (4. 4) 57) *iniuria dicitur* Iust. 58) *alia est* omnes codd. Sed *alias* habent Instt. Iust. 59) *quae a contemnendo dicta est* additur in Inst. 60) Haec quae uncis inclusa sunt, om omnes codd. [per ὁμοιοτέλευτον]; sed ex Instt. restituenda videbantur. 61) *greci adicent* Vind. Verc. 62) *noster* Pith Vind. Verc. ñer Scal. *nec* Scal. in marg. *non iure* cj Cuiacius, Nerius, Schulting et Roever. quod et Institutiones confirmant. 63) *adversum nos* Pith. *adversūs* (linea per *s* traducta) *nos* Verc *contra quem* Iust. 64) *pronunciaret* Pith. *prenunciat* Vind. 65) *nos*

cepisse dicimus[66]. §. 2. Unde apparet non[67] esse verum, quod Labeo putabat, aput praetorem iniuriam ὕβριν[68] duntaxat significare; commune nomen enim eius est[69], quod semper adversus bonos mores fit, idque non fieri alicuius interest. §. 3. Hoc edictum ad eam iniuriam pertinet, quae contumeliae causa fit. §. 4. Fit autem iniuria vel in corpore, dum caedimur, vel[70] verbis, dum convitium patimur, vel cum dignitas laeditur, ut[71] cum matronae[72] vel praetextatae[73] comites abducuntur[74]. §. 5. Iniuriarum actio aut legitima est aut honoraria. Legitima ex lege duodecim tabularum qui iniuriam alteri facit quinque et[75] viginti sestertiorum[76] poenam subit. Quae lex generalis fuit; fuerunt[77] et speciales, velut illa: „si quis os[78] fregit libero, trecentos[79], (si) servo[80], CL poenam subito sestertiorum[81]."

Kp. VI.[82] Idem Paulus eodem libro singulari[83], sub titulo quemadmodum iniuriarum[84] agatur: §. 1.[85] „Qui autem iniuriarum[86]," inquit[87], „agit[88], certum dicat, quid[89] iniuriae factum sit, et taxationem[90] ponat non minorem, quam[91] quanti vadimonium[92] fuerit." §. 2. Certum dicit qui suo nomine demonstrat iniuriam, neque ita ut per disiunctionem hoc aut illud accidisse[93] conprehendat; sed ut necesse habeat aut unam nomine[94] suo rem designare[95], aut plures ita conplecti[96], ut omnes eas accidisse cogatur probare. §. 3. Certum autem an incertum dicat cognitio ipsius praetoris est[97]. Demonstrat[98] autem hoc loco praetor non vocem agentis[99], sed qualem formulam edat. §. 4. Certum non dicit qui dicit[100] pulsatum, si sit verberatus. Sed et partem corporis demonstret[1], et quem in modum, pugno puta[2], an fuste, an lapide, sicut formula proposita[3] est „quod Auli Agerii[4] pugno mala[5] percussa est". Illud non cogitur[6] dicere dextra an sinistra, nec qua[7] manu percussit. §. 5. Item[8] si dicat infamatum se esse[9], debet adicere[10] quemadmodum infamatus sit. sic enim et[11] formula concepta est „quod Numerius[12] Negidius[13] sillum[14] inmisit Aulo Agerio infamandi causa".

Kp. VII.[15] Paulus libro sententiarum (quinto)[16] sub titulo ad legem Corneliam[17] de sicariis et veneficis: §. 1. Causa mortis idonea non videtur, cum caesus[18] homo post aliquot[19] dies officium diurnae[20] vitae retinens decessit; nisi forte fuerit ad necem[21] caesus, aut letaliter vulneratus.

EXPLICIT DE ATROCI INIURIA[22].

---

omitt. Inst. 66) *dicemus* Scal. *dicitur* Inst. 67) *nos* Vind. Verc. Scal. 68) *imbrim* Vind. *ibrin.* Verc. *hybrin* Scal. 69) Omnes codices exhibent *communem. Omnibus enim iuris est.* In quibus emendandis multa tentata fuerunt, sed nemini probata. *commune enim omni ei nomen iniuriae est* cj. Pith. *commune enim nomen iniuriae est* cj. Grotius flor. spars. ad pr. Inst. de Iniuriis (4. 4.). *commune enim nomen iniuriae ei semper, quod* etc. cj. Barthius adversar. XXIV. 20. *commune enim nomen iniuria: ὕβρις est, quod specialiter* etc. cj Nerius anal. I. 20. *commune enim nomen omnis non iuris est, quod scilicet* etc. cj. H. Cannegieterus p. 87. *commune omnibus enim iniuria est estque* cj. Heraldus obss. cap. 46. *commune omnibus enim iniuriis est quod* [i. e. *quia*] cj. Vonck. p. 58. *commune enim omnibus iniuriis id est, quod* cj. Io. Cannegieterus ad h. I. (*significare*) *seu contumeliam: omnibus enim iniuriis est* cj. Roeverus cap. IV. Salmasius denique in obss. ad ius Atticum c. 7b. pag. 224. haec ita refert: *commune enim nomen esse iniuriae, omni quodcunque adversus* etc.: sed explicandi potius, quam emendandi causa a codicum scriptura recessisse videtur. 70) *in* ins Vind. 71) *vel* Scal. Vind. Verc. Sed Pithoeum Digestorum auctoritas defendit. 72) *patronae* Scal. 73) *praetextato* Scal. *pretextote* Verc. 74) *adducuntur* Scal. Vind. 75) *ex* Scal. Vind. Verc. 76) *virgitire sitrium* Vind. 77) *fuerint* Vind. A Pith. haec verba: *fuerunt . . . fregit* omnino absunt. 78) *velut manifestus* Vind. *velut manifestos* Verc. Pro quibus haec *velut illa si quis os* reponenda erant. nam in illo genere scripturae, quod cursivum nunc vocari solet, tanta similitudo intercedere poterat inter *ma* et *illa*, inter *n* et *si*, atque inter *ifest* et *quis*, ut alterum cum altero facile confunderetur. 79) ccc. Vind. 80) *si* omnes omittunt. *atsi servo* Gaius III. 223, *servos* ed. Pith. Sed Scal. *servo* habet. 81) *subitor extertiorum* Scal. Verc. In Vind. haec duo verba omittuntur. 82) Hoc caput iam ante Pithoeum ediderat A. Contius (lection. subsec. lib. I. cap. IX.) ita inscriptum: Sequitur fragmentum eodem pertinens, ex integro Pauli libro singulari sub Titulo, Quemadmodum iniuriarum agendum sit. 83) singulorum Vind. In Verc. verba singulari sub tit. omittuntur. 84) iniuriam Scal. iniuria Vind. Verc. 85) §. 1. Simil. Ulp. L. 7. pr. de Iniuriis, unde patet verbum *inquit* ad praetorem referendum esse. 86) *iniuria* Scal. Verc. *iniuriam* Vind. 87) *inquid* omnes codd. 88) *aget* Pith. Cont. 89) *qui* Scal. Verc. 90) *taxationum* Vind. 91) *quam* omitt. Vind. 92) *vademonium* Verc. 93) *accidisset* Scal. Verc. A Vind. verba *neque ita . . . aut plures* absunt. 94) *nominis* Pith. *nomini* Verc. 95) *destinare* Pith. Verc. *destinaret* Scal. *designare* cj. Pith. quod Digestorum similitudine satis firmatum. Vid. L. 7. pr. de Iniuriis. 96) *conpleti* Vind. Verc. 97) *est* om. Verc. 98) *demonstrata* Scal. Vind. Verc. 99) *ageritis* Vind. Verc. 100) *quid dicitur* Scal. *qui dicit se* Cont. 1) *demonstrat* omnes codd. 2) *puto* Scal. Vind. Verc. 3) *posita* Cont. Pith. 4) *agerii* Cont. *ageri* Verc. In Vind. verba formulae: *quod . . . percussa est* desiderantur. 5) *mola* Pith. Verc. *mala* cj. Cont. Pith. et Scal. Recte. cf. Gai. IV. 60. 6) *cogetur* Verc. 7) *ne qua* Scal. Verc. *neque* Vind. 8) *ita* omnes codd. 9) *se esse* omitt. Scal. 10) Ita Vind. Verc. *addicere* Scal. 11) *et* om. Vind. Verc. 12) *numedius* Cont. Pith. *innumerio* Vind. *nomedius* Verc. 13) *nigidius* Cont. Pith. Verc. *nigidio* Vind. 14) *illum inmisit* omnes codd, nisi quod Cont. edidit *immisit.* — *sillum* cj. Arnaud apud H. Canneg. p. 107; cui quidem emendationi sola geminatione litterae S opus est. *millum* ipse Canneg. cj. l. c. *carmen emisit* Salmas. cj. ad ius Attic. c. 7. *libellum emisit* Vonck. p. 39. 15) Hic locus restitutus est in Paull. V. 23. §. 5. 16) quinto om. omnes. codd. 17) paulus . . . corneliam om. Verc. 18) *lacsus* Pith. 19) *aliquos* Pith. ed. *aliquot* Scal. Vind. Verc. 20) *diuturnae* Pith. 21) *vicem* Vind. 22) Haec om. Pith. Verc. explicit de atrociis iniuriarum Vind.

INCIPIT DE IURE ET SAEVITIA DOMINORUM[1].

TITULUS TERTIUS[2].

Kp. I.[3] MOYSES DICIT: §. 1. Si quis percusserit servum aut[4] ancillam virga[5], et mortuus fuerit in manibus eius, iudicio vindicetur. §. 2. Quodsi supervixerit die[6] uno aut duobus, non vindicabitur, pretium enim ipsius est.

Kp. II.[7] PAULUS LIBRO[8] (QUINTO)[9] SENTENTIARUM, SUB TITULO AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS DICIT: §. 1. Servus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus non potest postulari: modum enim[10] castigandi et in servorum cohercitione placuit temperari.

Kp. III.[11] ULPIANUS LIBRO[12] OCTAVO DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO DE DOMINORUM SAEVITIA: §. 1. Si dominus in servum[12*] saevierit, vel ad inpudicitiam[13] turpemque violationem[14] compellat, quae sint[15] partes praesidis[16] ex rescripto divi[17] Pii ad Aurelium[18] Marcianum proconsulem[19] Baeticae[20] manifestatur[21]. Cuius rescripti verba haec sunt: §. 2. „Dominorum quidem potestatem in suos servos inlibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius suum detrahi. Sed dominorum interest ne auxilium contra saevitiam vel famem vel intolerabilem iniuriam denegetur his[22], qui[23] iuste deprecantur". §. 3.[24] „Ideoque cognosce de querellis eorum[25], qui ex familia Iulii Sabini[26] ad statuam confugerunt[26*], et si vel[27] durius habitos[28], quam aequum est[29], vel infami[30] iniuria affectos[31] cognoveris, venire[32] iube, ita[33] ut in potestatem[34] Sabini[35] non revertantur. Quodsi[36] meae constitutioni fraudem fecerit, sciet[37] me admissum[38] severius exsecuturum". §. 4. Divus etiam Hadrianus[39] Umbram[40] quandam matronam in[41] quinquennium relegavit, quod ex levissimis causis ancillas[42] atrocissime tractaret[43]. §. 5. Item[44] Divus Pius ad libellum Alfii Iulii[45] rescripsit[46] haec verba: „Servorum obsequium non solum imperio, sed moderatione[47] et sufficientibus praebitis et iustis operibus[48] contineri oportet". §. 6. „Itaque et ipse curare debes[49] iuste ac temperate tuos[50] tractare, ut et facile[51] requirere eos possis[52], nec si apparuerit vel inparem te[53] inpendiis esse, vel atrociorem dominatione saevitiam exercere, necesse habeat proconsul V. C.[54], ne quid tumultuosius contra accidat[55], praevenire te, et[56] ex mea iam auctoritate ad alienandos eos conpellere." Glabrione[57] et Omullo[58] Coss.[59]

Kp. IV.[60] GREGORIANUS[61] LIBRO XIV.[62] SUB TITULO DE ACCUSATIONIBUS: §. 1. Impp.[63] Diocletianus et Maximianus Augusti[64] Aurelio Sacrato[65] militi. Cum servum tuum vi[66] aegritudinis graviter oppressum fati munus[67] implesse proponas, propter inmoderatam castigationem[68] calumpniae accusationem[69] emergere innocentiae[70] ratio, cuius fiduciam geris, non permittit. Prop. Non. Decemb. Diocletiano A. III. et Aristobulo[71] Coss.[72]

EXPLICIT TITULUS[73] DE DOMINORUM SAEVITIA COHIBENDA[74].

---

1) Haec om. Verc. 2) Haec item in Verc. desiderantur. KP III CONS (KP DCXVI) Scal. CONSTIT TITULI III Vind. 3) Kp. 1. exstat Exod. XXI. 20. 21. 4) *et* Vind. 5) *virgam* Vind. 6) *de die* Vind. 7) Restitutus legitur hic locus Paul. V. 23. §. 6. 8) A Verc. verba PAULUS ... CORNELIAM absunt. 9) QUINTO abest etiam a Pith. et Vind. 10) *etsi* cj. Cramerus in Zeitschr. für geschichtl. Rechtsw. T. 1. p. 308. 11) §§. 1 ... 4. exstant L. 2. D. de his qui sui (1. 6.) 12) In Verc. nonnisi ultima tria verba rubricae exstant. 12*) *servos* Dig. 13) *pudicitiam* ed. Pith. 14) *violentum* Vind. 15) *sunt* Vind. 16) *principis* Vind. 17) *divi* om. Vind. 18) *Aurelii* Vind. *Aelium* Dig. et Inst. 19) *proconsule* Scal. 20) *vettice* Vind. *bettice* Verc. *veticae* Dig. sec. cod. Flor. 21) *manifestabitur* Dig. Flor. et Vulg.; sed Hal. habet *manifestatur*. 22) *iis* Pith. ed.; item Hal. et Inst. Sed Scal. cum ceteris habet *his*. 23) *qui si* Scal., addita margini nota: *sic.* Idem confirmat Cuiacius. 24) §§. 3. 4. desuper insertae sunt §. 2. fin. Inst. eod. tit. (1. 8.) 25) *illorum* Pith. ed. et Verc. Sed Scal. sec. Haenel. habet *eorum*. 26) *savini* Vind. Verc. 26*) *confugerant* Vind. 27) *sive* omnes codd. *si vel* Inst. et Dig. 28) *abuti* Vind. 29) *est* om. Pith. Vind. 30) *infamiae* Pith. *infamem* Vind. *famis* cj. Reisig. 31) *adfectos* Pith. *adfectos esse* Inst. Haloandri. 32) *veniri* Pith. ed. Sed Scal. sec. Dorvill. habet *venire*. In cod. Flor. scriptum erat *veniri*, deinde correctum *venire*. 33) *ita* omitt. Pith. *intra* Vind. 34) *potestate* Vind. Verc. et cod. Flor. 35) *savini* Verc. 36) *qui si* Inst. et cod. Flor. sed Haloander ed. *quod* 37) *sciat* Inst. et Dig. Vulg. 38) *admissum hoc* Verc. *hoc admissum* Dig. sec. Vulg. 39) DIVINUS Verc. 40) *Umbriciam* Dig., quod quidem nomen frequenter occurrit. 41) *in* om. Vind. 42) *ancillas suas* Dig. Hal. 43) *tractavit* Vind. *tractasset* Dig. 44) IDEM SERVORUM OBSEQUIUM Verc., reliquis omissis. 45) *Alfi Iuli* Pith. 46) *scripsit* Vind. 47) *imperium reddet moderationem* Vind. 48) *operibus* delendum esse vult Gronov. obss. IV. 6. 49) *debet* Pith. Verc. 50) *et vos* Pith. Verc. *servos* cj. Scal. 51) *facili* Pith. Vind. Verc. sed Scal. habet *facile*, et sic. cj. Pith. 52) *eo possit* Pith. *possis* Vind. *eos possit* Verc. *eos possis* cj. Pith. 53) *in parente* Pith. Verc. *in parentem* Vind. *inparem te* cj. Pith. Cuiac. et Scal. 54) *proconsul v. c.* Pith. sed om. haec tria verba Verc. 55) *accedat* Vind. Verc. 56) *se et* Pith. *et* Vind. Verc. *te, et* cj. Pith. *et te* cj. Scal. 57) *Gravione* omnes codd. *Glabrione* cj. Pith. Cuiac. et Scal. 58) *Romulo* Pith. Vind. *romolo* Verc. *Omulo* cj. Scal sec. Haenel.; ceteri eum *Omnio* scripsisse referunt. *Omullo* cj. Pith. 59) A. p. Chr. 152. *Coss.* om. Verc. 60) Hanc constitutionem Gregoriani libro XIX. tit. 1. restituit Schultingius. 61) In Verc. verba *Gregorianus ... titulo* desunt. 62) XVIIII. Pith. VIIII. cj. Schulting. 63) In Verc. inscriptio desideratur. 64) *Augusti* om. Vind. 65) *sacrati* Vind. 66) *vi* om. Verc. 67) *favemur* Vind. 68) *casticationem* Verc. 69) *causationem* Pith. 70) *innotitiae* Pith. Verc. 71) *Aristone* Pith. *Aristobulo* cj. Scal. et Schulting. Vind. et Verc. subscriptione prorsus carent. 72) A. p. Chr. 285. — *Coss.* III. Scal. sec. Dorvill. Sane iste numerus sequentem titulum indicare videtur. 73) TITULUS om. Vind. TITULO Scal. Verc. 74) COHIBENDA om. Vind. Verc.

INCIPIT DE ADULTERIIS [1].

TITULUS QUARTUS [2].

Kp. I. Moyses dixit [3]: §. 1.[4] Quicunque moechatus fuerit cum [5] muliere [6] proximi sui, mortem [7] moriatur qui [8] moechatus fuerit [9], et quae [10] moechata fuerit. §. 2.[11] Quodsi aliquis seduxerit [12] virginem non desponsatam [13] et stupraverit eam, ducat [14] eam [15] sibi in uxorem. §. 3. Quodsi renuerit [16] pater eius, et noluerit eam dare illi [17] uxorem [18], pecuniam inferet [19] patri, quantum est dos virginis.

Kp. II. Paulus libro singulari[20] et titulo de adulteriis [21]: §. 1. Brevem interpretationem de adulteriis [22] coercendis facturus per [23] ipsa capita ire malui [24], ordinemque legis servare. §. 2. Et quidem primum caput [25] legis Iuliae[26] de adulteriis [27] prioribus legibus pluribus abrogat [28]. §. 3.[29] Secundo vero capite permittit patri [30], (si in) [31] filia sua, quam [32] in potestatem habet, aut [33] in ea quae [34] (eo) [35] auctore [36], cum in potestate [37] esset, viro [38] in manum convenerit [39], adulterum domi [40] suae generive sui deprehenderit [41], isque in [42] eam [43] rem socerum adhibuerit, ut is [44] pater eum [45] adulterum sine fraude occidat ita, ut filiam in continenti [46] occidat. §. 4. In vidua [47] autem filia si [48] adulterum deprehensum occiderit, et in continenti filiam, licito [49] iure hoc factum [50] Marcellus libro XXXI. digestorum scribit [51]. §. 5. Auctoritate [52] quoque (legis) patrem [53] posse [54] interficere [55] vel consularem virum [56], vel patronum [57] suum, (si) [58] in filia[59] adulterum [60] deprehenderit, eodem[61] libro Marcellus probat. §. 6. Sed si filiam non interfecerit, sed [62] solum adulterum, homicidii reus est. §. 7.[63] Sed etsi [64] intervallo [65] filiam interfecerit [66], tantundem[67] est, nisi persequatur illam et [68] interfecerit: continuatione [69] enim animi videtur legis auctoritate [70] fecisse [71].

Kp. III. Idem Paulus eodem libro singulari et titulo [72]: §. 1. Certae autem enumerantur personae, quas viro [73] liceat occidere, in adulterio deprehensa uxore [74], quamvis uxorem non liceat. 2. Ergo [75] secundum leges viro [76] etiam [77] filiofamilias permittitur etiam domi [78] suae deprehensum adulterum interficere servum, et eum [79] qui auctoramento rogatus [80] est ad gladium, vel etiam illum qui operas suas ut cum bestiis pugnaret locavit. §. 3. Sed et in-

---

1) adulterio Pith. 2) constitut. iiii. de legem moysi Vind. At Scal. et Verc. verba: tit iiii. prorsus non habent. 3) dicit Vind. 4) §. 1. exstat. Levitic. XX. 10. Deuteronom. XXII. 18. 5) *cum* om. Verc. 6) *mulierem* Vind. Verc. 7) *morte* ed. Pith. Verc. *mortem* Vind. Scal. Cuiac. 8) *que* Vind. 9) *fuerit* om. Vind. 10) *qui* Vind. Verc. 11) §§. 2. 3. exstant Exod. XXII. 16, 17. Sim. Deuter. XXII. 28. 29. Cfr. cap. 1. X. de adulteriis. 12) *duxerit* Vind. *et duxerit* Verc. 13) *sponsatam* Verc. 14) *dotabit* Vind. *davit* Verc. *docuit* Scal. *ducat* ed. Pith. et Scal. in marg. 15) *eam* om. Verc. 16) *rennuerit* Vind. Verc. 17) *illi dare* Vind. 18) *in uxorem* Pith. 19) *inferret* Verc. 20) liber singularem Vind. 21) de adulteriis sub titulo Pith. de adulteris sub titulo Vind. In Verc. inscriptio his tribus verbis constat: sub titulo de. 22) *adulteris* Pith. *adulterio* Vind. 23) *in* Vind. 24) *ire maluit* Scal. *rem mali* Vind. *in re malui* Verc. 25) *capud* Verc. 26) *iulii* Verc. 27) *adulteris* Vind. Verc. Scal. 28) *obrogat* cj. Scal. 29) Similia refert Paul. Sent. II. 26. §. 1., quae etiam infra kap. XII. huius tituli leguntur. 30) *pater* Pith. 31) *si in* abest ab omnibus; a Pithoeo et Cuiacio restitutum est ex coniectura. 32) *filias suas quas* Pith. Verc. *familias* (omisso *quas*) Vind. 33) *ut* Pith. *aut* cj. Pith. Cuiac. A Vind. et Verc. utrumque abest. 34) *eam queque* Vind. 35) *eo* abest ab omnibus; Pithoeus cum Cuiacio et Scal. ex coniectura restituit. 36) *auctorem* Verc. 37) *potestatem* Verc. 38) *vero* Scal. *viro cum* Vind. 39) *venerit* Vind. 40) *domui* Pith. *domus* Vind. *domo* Verc. *domi* cj. Pithoeus cum Cuiacio. 41) *deprehendens* Vind *deprehendant* Verc. 42) *in quem* omnes codd. *inque* cj. Pith. Cuiac. Scal. *isque in* cj. Schulting. 43) *ea* Verc. 44) *ut his* Scal. *ad hos* Vind. *ad his* Verc. 45) *eum* omnes codd. *eum* cj. Pith.; habet etiam Scal. sec. Dorvill. *cum filia adult.* cj. Cuiacius. 46) *incontinentem* Vind. In Verc. verba *filiam . . . autem* (§. 4.) omissa sunt. 47) *Invidia* Pith. Vind. *in vidua* cj. Pith. Cuiac. et Scal. *in invita* cj. Tydeman. (Ulp. Marcelli vit. II. c. 5. §. 1.) invita sane Minerva. 48) *qui* Pith. 49) *illicito* cj. Cuiacius ad Papin. de adulteriis, L. 22. §. 1. h. t. et Obss. VI. c. 14. 50) Hoc verbo versus clauditur in Scal. kap. xxxi addit Vind. kp. xxxiii Verc. 51) xxx indegestorum scribet autem de Verc. 52) *auctoritatem* Vind. auctoritate Verc. *auctor ita* (*vel auctoritate quaque*) inepte cj. Tydeman. l. c. 53) *pater* (om. *legis*) omnes codd. *paterna* cj. Pith. *sua patrem* cj. H. Canneg. p. 136. *quod pater* cj. Bondam. specim. p. 26. *legis patrem* cj. Cuiac. in marg. et Obss. xxi. 28.; item Puteanus atque Pithoeus. Quam quidem coniecturam imprimis confirmare videntur L. 4. Cod. ad legem Iul. de adulteriis (9. 9.), nec non ultima nostri capitis verba. 54) *possit* Vind. *posset* cj. Bondam. et Tydeman. l. c. 55) *interficeret* Scal. 56) *cons. verum* Pith. *cons. vel utrum* Vind. *consst. virum* Verc. 57) *et patronem* Vind. *vel praetorium* (omisso *suum*) cj. Puteanus, probb. Pith. et Schult. 58) *si*, quod ab omnibus abest, cj. Pith. *si eum* cj. Puteanus et Tydem. l. c. 59) *filiam* Pith. Vind. 60) *adulterium* Scal. Vind. Verc. 61) *ut eodem* cj. Tydeman. l. c. 62) *sed solum . . . filiam interfecerit* abest a Vind. 63) Simil. Papin. L. 23. §. 4. eod. et kap. IX. infra h. t. Cfr. Macer L. 32. pr. eod. 64) *Sed* om. Verc. *etsi* om. Pith. 65) *intervallum* Pith. 66) *interficerit* Verc. 67) *tandem* Vind. In Verc. verba: *tantundem . . . interfecerit* desiderantur. 68) *illum*, omisso *et*, Pith. 69) *continuationem* Vind. Verc. 70) *auctoritatem* Pith. *auctis* Vind. Verc. 71) *fecisset* Pith. 72) Haec om. Verc., sed verba certae . . . personae rubro colore scripta sunt. 73) *vero* Vind. 74) *deprehensam uxorem* Scal. Vind. Verc. *deprehensas uxoris* Scal. cj. in marg. 75) *Ego* Vind. Verc. 76) *vero* Scal. *virum* Vind. 77) *etiam* delevit Cuiac. 78) *domui* Vind. 79) *eo* Verc. 80) Cf. tit. IX. cap. 2. *auctoramentum rogatum* Vind.

dicio publico damnatum licet[81] interficere[82] in adulterio deprehensum, vel libertinum[83] vel suum vel paternum, et tam civem Romanum quam Latinum[84]. § 4. Sed et patris et matris et[85] filii[86] et filiae libertum permittitur occidere: in quo loco et dediticius[87] habetur[88]. §. 5. Debet autem profiteri[89] apud eum, cuius iurisdictio[90] est eo loco, ubi occidit, et uxorem dimittere. quod[91] si non fecerit, impune[92] non interficit[93]. §. 6. Sciendum est autem Divum[94] Marcum et Commodum[95] rescripsisse, eum qui adulterum[96] inlicite interfecerit[97], leviori poena puniri[98]. Sed et Magnus Antoninus pepercit[99] eis[100], qui adulteros inconsulto calore ducti interfecerunt[101]. ET RELIQUA.

Kp. IV. IDEM PAULUS EODEM LIBRO SINGULARI[1] ET TITULO: §. 1. Qui[2] iure mariti[3] vel patris accusat[4] potest[5] et sine calumniae poena vinci: si iure extranei accusat[6] potest calumniae poena puniri, sed tantum post duos menses. §. 2. Intra quatuor menses utiles[7] expertus[8], licet talis sit, qui alias[9] accusare non possit, ut[10] libertinus, aut minor viginti quinque annorum, aut[11] infamis, tamen ad accusationem admittitur, ut et Papinianus libro XV.[12] scripsit[13].

Kp. V.[14] PAPINIANUS LIBRO XV.[15] RESPONSORUM SUB TITULO[16] AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS: §. 1. Civis Romanus, qui sine conubio[17] civem[18] peregrinam in matrimonio habuit, iure quidem mariti eam adulteram non postulat; sed ei non opponetur infamia, vel quod libertinus rem sestertiorum[19] triginta[20] milium, aut filium non habeat[21], propriam iniuriam persequenti[22].

Kp. VI. PAULUS LIBRO SINGULARI ET TITULO QUO SUPRA: §. 1. In uxorem adulterium vindicatur iure mariti, non[23] etiam (in)[24] sponsam: Severus quoque et Antoninus ita rescripserunt[25].

Kp. VII.[26] PAPINIANUS[27] LIBRO SINGULARI DE ADULTERIIS[28]: §. 1. Quaerebatur an pater emancipatam[29] filiam iure patris accusare possit[30]. Respondi[31]: occidendi quidem facultatem lex tribuit eam[32] filiam, quam habet in potestatem, aut (quae)[33] eo[34] auctore[35] in manum[36] convenit; sed accusare iure patris ne quidem emancipatam[37] filiam pater prohibetur[38].

Kp. VIII. PAPINIANUS[39] EODEM[40] LIBRO[41] SINGULARI ET TITULO[42]: §. 1. Cum patri lex[43] regia dederit in filium[44] vitae necisque[45] potestatem, quo[46] bonum fuit lege comprehendi, ut potestas fieret etiam filiam occidendi, vellem[47] mihi rescriberes[48]: nam scire cupio. Respondit: numquid ex contrario praestat nobis argumentum haec adiectio, ut non[49] videatur lex non habenti dedisse, (sed)[50] ut videatur maiore aequitate ductus adulteram occidisse, cum nec filiae pepercerit?

Kp. IX. IDEM DE ADULTERIIS: §. 1. Si[51] pater, qui[52] adulterum occidit, filiae[53] suae pepercit, quaero quid adversus eum sit statuendum? Respondit: sine dubio iste pater homicida est; igitur tenel i-

---

acto ramentoro gatus Verc. *auctoramento locatus* cj. Cuiac. et Scal., quod et Roeverus cap. 11. (Oelrichsii thesaur. T. I. p. 143...45.) defendit, Tertulliani (ad martyres cap. 5 in verbis: „quot otiosos affectatio armorum ad gladium locat") potissimum auctoritate ductus. Sed pro codicum scriptura certant Schultingius et H. Cannegieterus (in commentario p. 215 ... 220.), quamquam diversis rationibus. 81) *licere* omnes codd. 82) *interficere* om. Verc. 83) *etiam* Vind. 84) *litinum* Verc. 85) *et* om. ed. Pith. 86) *filiis* Vind. Verc. 87) *deditius* Pith. *demptitius* Vind. *deditus* cj. Cuiac. 88) *haberetur* Pith. 89) Cf. cap. XII. §. 5. 90) *iurisdictionis* Vind. 91) *qua* Vind. 92) *inpune* Vind. 93) *interfecit* Scal. i. m. sec. Schult. 94) *quod* Vind. *dum* Verc. 95) *quomodum* Vind. Verc. 96) *adulterium* Vind. 97) *interficerit* Verc. 98) *puniret* Vind. *punire* Verc. 99) *perpecit* Verc. 100) *eas* Scal. *si* Vind. *ei* Verc. 101) *in conculis talo* (corr. *taloca*) *occulto loco reducti interficerent* Vind. 1) *singulari* omittit Vind. A Verc. omnis allegatio auctoris et libri abest. 2) *Qui* om. ed. Pith., sed Scal. Vind. Verc. habent. Pithoeus aberrasse videtur a codicis scriptura propter L. 14. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulteriis. 3) *matris* Vind. *matri* Verc. 4) *qui accusat* ed. Pith. Vid not. 2. 6) *potest* om. Vind. 7) *quattuor menses utilis* Vind. 8) *experitur* Vind. Verc. 9) *alios* Vind. 10) *aut* Vind. Verc. 11) *aut* abest a Vind. Verc. 12) In Verc. omnis allegatio desideratur. 13) *scripsit* om. Vind. 14) In Vind. kap. antecedens continuatur. 15) Haec omittunt Vind. et Verc. 16) *responsorium sub titulis* Vind. In Verc. etiam haec desiderantur. 17) *connubio* ed. Pith. *conuvio* Scal. 18) *sibi* Pith. 19) *restersiorum* Vind. *sextertiorum* Verc. 20) *tria* cj. Hotomanus de aureo Iustin. p. 687. propter L. 10. D. de accus. Sed ibi de ingenuo agi videtur, non de liberto. 21) *habuit* omnes codd. 22) *consequenti* Vind. 23) *imo* cj. Cuiac. et Pet. Burgius, Elect. iur. c. 16. Sed codicum scriptura ex L. 13. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. potius confirmatur quam refellitur. 24) *in* om. omnes codd. *et in* (pro *etiam*) cj. Cuiac. 25) *Reversus quoque . . . rescripserit* Vind. 26) In Vind. hoc caput pars est antecedentis. In Scal. capp. VI. VII. primum transposita, postea recto ordini signis appositis restituta sunt. 27) *Papianus* Pith. Verc. 28) *adulteris* Scal. Vind. Verc. 29) *emancipatum* Vind. *mancipatum* Verc. 30) *posse* Verc. 31) *respondit* Pith. *respondeo* Vind. Sed pro Vercellensis codicis scriptura illud afferri debet, quod Papinianus in Responsorum libris haud rarius ipse loquitur, quam respondisse traditur, ut fieri potius solet in Paulli responsis per litteras P. R., i. e. Paullus respondit. Vide e. g. kap. XI. h. t. 32) *ei* Verc. 33) *quae* om. omnes codd. 34) *cum* Pith. 35) *auctorem* omnes codd. 36) *manu* Vind. Verc. 37) *mancipatam* Verc. 38) *patris prohibet* Vind. 39) PAPIANUS Pith. Verc. 40) *eodem* om. Vind. 41) *liber* Vind. LIB. Verc.; Pith. hoc verbum omnino omittit 42) *titulus* Vind. 43) *hec lex* Vind. *ex lex* Verc. 44) *filiam* Pith. Sed veram scripturam iam pridem restituerat Iac. Gothofr. (Comm. ad leg. XII tabb., ad tab. IIII.) quam nuper adversus Scheltingam et Byuckersh. recte defendit Dirksen. ad XII tabb. p. 274. 275 45) *nechis qui* Vind. *nechisque* Verc. 46) *quod* omnes codd. *quo* cj. Iac. Gothofr. l. c. et ad L. 2. Th. C. de liberali causa. 47) *velle* Scal. Vind. Verc. *velis* cj. Cuiac. propter L. ult. D. de minoribus (4. 4). Sed ibi scriptum est *velim rescribas*. 48) *rescribere* omnes codd. *rescriberes* Scal. 49) *non ut* cj. Cuiac. 50) *sed* omnes codd. praeter Scal. omittunt: ex coniectura adscripserunt Pith. Cuiac. et Iac. Gothofr. l. c. *adeo* cj. Gothofr. ibid. *at* (pro *sed ut*) cj. H. Cannegieter. p. 157. 51) *sic* Verc. 52) *qui* delevit Cuiac., non contradicente Schultingio. *quis* cj. Schult. marg. ed. Lugd. a. 1672. 53) *et filiae* omnes codd.; sed redundare *qui*, aut *et*, Schult. etiam monuit.

tur lege Cornelia de sicariis [54]. Plane si filia non voluntate patris, sed casu servata est, non minimam habebit defensionem pater, quod forte fugit [55] filia [56]. nam lex ita punit homicidam, si dolo malo homicidium factum fuerit: hic autem pater non ideo servavit filiam, quia voluit, sed quia [57] occidere eam non potuit.

Kp. X. Papianus idem [58]: §. 1. Si maritus uxorem suam in adulterio deprehensam occidit [59], an in legem [60] de sicariis incidat [61] quaero. Respondit: nulla parte legis marito uxorem occidere conceditur; quare aperte [62] contra legem fecisse eum non ambigitur [63]. Sed si de poena tractas [64], non inique [65] aliquid [66] eius honestissimo calori permittetur [67]: ut non [68] quasi homicida puniatur capite vel deportatione, sed usque ad exilium [69] poena eius [70] statuatur [71].

Kp. XI. Idem sic [72]: §. 1. De mancipiis alterutrius [73] marito vel patre accusante quaestionem habendam palam esse [74]. An idem extraneo accusatori permitti debeat quaero. Respondi: potest videri ea ratio fuisse permittendi istis personis de servis quaestionem habere, ut diligentius dolorem animi sui, item iniuriam laesae [75] domus non translaticie [76] persequerentur [77]. sed quoniam non facile tale delictum sine ministerio servorum admitti creditum est [78], ratio eo perduxit [79], ut etiam extraneo accusante mancipia quaestioni tormentorum subiicerentur [80] a iudicibus.

Kp. XII. [81] Paulus libro sententiarum (secundo) [82] sub titulo de adulteriis [83]: §. 1. (Capite secundo legis Iuliae de adulteriis) [84] permittitur (patri) [85] tam adoptivo quam [86] naturali adulterum cum filia cuiusque [87] dignitatis domi [88] suae vel generi sui deprehensum sua manu occidere. §. 2. Filiusfamilias [89] pater si [90] filiam in adulterio [91] deprehenderit, verbis quidem legis prope est, ut non possit occidere: permittitur tamen etiam ei [92], ut occidat [93]. §. 3. Maritus in adulterio deprehensos [94] non alios, quam infames et eos qui corpore [95] quaestum faciunt [96], servos etiam et liberos [97], excepta uxore, quam prohibetur, occidere potest. §. 4. Maritum [98], qui uxorem deprehensam cum adultero occidit, quia hoc inpatientia iusti doloris admisit, lenius puniri placuit. §. 5. Occiso adultero dimittere statim maritus debet uxorem, atque [99] ita triduo proximo profiteri, cum quo adultero et in quo loco uxorem deprehenderit. §. 6. Inventa in adulterio uxore [100] maritus [1] ita demum adulterum iratus [2] occidere potest, si eum domi [3] suae deprehendat. §. 7. Eum, qui in adulterio deprehensam uxorem non statim dimiserit, reum lenocinii postulari placuit. §. 8. Servi vero tam mariti, quam uxoris, in causa adulterii torqueri possunt; nec his libertas sub spe [4] impunitatis data valebit.

EXPLICIT TITULUS DE ADULTERIIS [5].

---

54) de sicariis kap. Vind., nullo tamen numero addito. 55) *fugit* om. Pith. 56) *filiam* Pith. *filia effugit aut casu evasit* cj. Pith. *quod fortuna superstitem fecit filiam* monstruosissima Io. Canneg. coniect. 57) *voluisset qui* Scal. 58) papianus om. Vind.; omnem inscriptionem om. Verc. 59) *occiderit* Verc. 60) *lege* Scal. Vind. Verc. 61) *incidit* Pith. 62) *ea parte* Pith. 63) *dubitantur non ambigitur* omnes codd. *dubitatur* Scal., qui verba *non ambigitur* delenda esse notavit, assentiente P. Fabro Semestr. II, 25. Cuiacius autem, qui ab initio correxerat *dubitatur*, postea verba *non dubitantur* expunxit. Sane librarii errorem ea, quae in Pithoeano codice sequuntur, satis verisimilem reddunt. 64) *deponas* (vel *deponat*?) *tractas* Pith. *de poenas intractas* Vind. *de pena tractas* Verc. 65) Sic felicissime cj. Od. Müller. *non his quae* Pith. *non idque* Vind. Verc. *quin* cj. Pith. et Cuiacius. *non hic quin* cj. Vouck. p. 40. *an usque ad* cj. P. Faber l. c. 66) *aliquod*, dein *aliquo* Scal. 67) *permittitur* Vind. Verc. In Pith. additur *ambigitur. sic dicit non dubitantur*, quae tamen a Vind. et Verc. recte absunt, cum explicationem tantum antecedentium verborum *non ambigitur* contineant. *permittatur* cj. Pith. *permittatur . . . dubitamus* cj. Cuiac. *remittatur* cj. P. Faber l. c. *dubitanter* cj. H. Cannegieter. p. 160. 68) *non* om. Vind. *non ut* cj. Pith. 69) *exitium* Pith. *exitum* Vind. Verc. *exilium* cj. Pith. Scal. et Cuiac. 70) *poenas* Vind. 71) *statuitur* omnes codd. 72) *Item sic* Pith. *Si* Vind. idem si Verc. 73) *alterius* Pith. *adulteri* cj. Cuiacius. 74) *est* cj. Schulting. 75) *lex et* Pith. *leseo* Verc. *lecti* cj. Pith., propter L. 30. Cod. ad leg. Iul. de adulteriis. Sed Vind. emendatione non eget. 76) *translatici et* Vind. *translaticiae* Verc. 77) *persequentur* Vind. 78) *est* om. Vind. 79) *eum adduxit* Vind. 80) *subicerentur* Vind. Verc. 81) Haec leguntur inter Paul. Sent. II. 26. §§. 1. 2. 4...9. praesertim ex cod. Vesontino: at §. 9. ex nostro libello restituta est. 82) secunno om. omnes codd., restituit Pith.; Verc. om. inscriptionem usque ad *titulo*. 83) adulteris Vind. Verc. 84) Haec ex cod. Vesontino Cuiacio duce restituenda erant. 85) *patri* omnes codd. hoc loco om.; sed in Pith. post v. *naturali* scriptum est. 86) *tam* Vind. 87) *cuiuscunque* cj. Cuiac. 88) *domui* Vind. *domus* Verc. 89) *filiusfamiliae* Pith. *fillusfamiliā* Verc. 90) *si pater* Verc. 91) *adulterium* Verc. 92) *permitti tamen ei debet* cod. Vesontinus, quod Papiniano minus contrarium est. Vid. L. 20. D. ad L. Iul. de adult. 93) Hic quaedam omissa sunt, quae in Pauli sententiis §. 3. continentur ex cod. Vesontino. 94) *deprehensus* Vind. Verc. 95) *corpori* Vind. 96) *habent* Vind. 97) *et liberos* abest a cod. Vesontino. *libertos* cj. Pith. et H. Canneg. propter kap. 3. h. t. At ille in Nic. Fabri sententia acquievit, uxorem quae in manu esset, inter liberos haberi posse existimantis. Cuiacius (Obss. XXI. 18.) autem ita explicat: liberos homines infamia notatos. 98) *maritus* Scal. Vind. Verc. 99) *adque* Verc. 100) *uxor* Vind. *inventam . . . uxorem* lex Roman. Visig., non sine consilio mutatis verbis, ut Brissonio (ad leg. Iul. de adulteriis cap 4.) videtur. *inventum in adulterio uxoris* cj. Cuiacius, sed postea ipse improbavit, Obss. XXI. 18. 1) *maritum* Vind. 2) *maritus* Pith. Verc. *maritum* Vind. In apographo Scaligerano, atque in omnibus legis Rom. Visig. codicibus *maritus* omittitur. *occidere potest si maritus* cj. Vryhoff. obss. iur. civil. p. 118. Nos Crameri emendationem recepimus, Zeitschrift f. gesch. Rechtsw. T. I. p. 305. Cf. Iuvenal. Sat. X. ℣. 312. 313. Ulp. L. 29. pr. D. ad Leg. Iul. de adult. 3) *domui* Vind. Verc. *domus* Scal. 4) *specie* omnes codd. *spe* cj. Pith. Scal. Cuiac. Rittersh. et Schulting. 5) explicit titulo quinto Scal. explicit de adulteris Vind. expl. cap. quod supra Verc.

INCIPIT DE STUPRATORIBUS.

TITULUS QUINTUS[1].

Kp. I.[2]. MOYSES DICIT: §. 1. Qui manserit[3] cum masculo mansione[4] muliebri, aspernamentum[5] est: ambo moriantur[6], quia[7] rei sunt.

Kp. II.[8] PAULUS LIBRO SENTENTIARUM (SECUNDO) SUB TITULO DE ADULTERIIS[9]: §. 1. Qui masculum liberum invitum stupraverit[10], capite punitur[11]. §. 2. Qui voluntate sua stuprum flagitiumque inpurum patitur, dimidia parte[12] bonorum suorum multatur, nec testamentum ei ex maiore parte facere licet.

HOC QUIDEM IURIS EST: MENTEM TAMEN LEGIS MOYSIS[12*] IMPERATORIS THEODOSII CONSTITUTIO AD PLENUM SECUTA COGNOSCITUR:

Kp. III.[13] ITEM[13*] THEODOSIANUS: „Impp. Valentinianus, Theodosius[14] et Archadius[15] AAA.[16] ad Orientium[17] vicarium urbis Romae. §. 1. Non patimur[18] urbem Romam, virtutum[19] omnium matrem, diutius effeminati in viros pudoris contaminatione foedari, et agreste[20] illud a[21] priscis conditoribus robur, fracta[22] molliter plebe[23] tenuatum, convicium saeculis[24] vel conditorum[25] inrogare vel principum[26], Orienti, vir carissime nobis[27]. §. 2. Laudanda igitur experientia tua[28] omnes[29], quibus flagitiosus luxus[30] est virile[31] corpus muliebriter[32] constitutum alieni sexus dampnare[33] patientia, nihilque[34] discretum[34*] habere cum feminis, occupatos[35], ut flagitii poscit inmanitas, atque omnibus eductos[36], pudet dicere, virorum lupanaribus, spectante[37] populo flammis vindicibus expiabit[38]: ut universi intellegant[39] sacrosanctum[40] cunctis esse debere hospitium virilis animae, nec sine summo supplicio alienum expetisse sexum qui suum turpiter perdidisset. Prop. pridie Id. Maias[41], Romae[42], in atrio Minervae[43]."

EXPLICIT TITULUS DE STUPRATORIBUS.

INCIPIT DE INCESTIS NUPTIIS.

TITULUS SEXTUS[1].

Kp. I.[2]. MOYSES DICIT: §. 1. Quicunque concubuerit cum muliere uxore patris sui, pudenda patris sui[3] detexit: mortem[4] moriantur[5]; ambo rei sunt. §. 2. Et quicunque concubuerit cum nuru sua, mortem[4] moriautur[5]; ambo rei sunt.

Kp. II.[6] ULPIANUS LIBRO REGULARUM SINGULARI[7] SUB

---

1) Haec duo verba praeter Scal. nullus codex exhibet. 2) Exstat Levitic. XX. 13. Sim. cod. XVIII. 22. 3) *manserint* Vind. 4) *mansionem* Vind. 5) *lepernamentum* Vind. *apernamentum* Verc. 6) *moriatur* Verc. 7) *quia* om. Pith. Verc. 8) Exstat Paul. Sent. II. 26. §§. 12. 13. 9) Inscriptionem om. Vind. In Verc. sola verba: ITEM DE ADULTERIIS relicta sunt. *secundo* om. Pith., qui habet *adulteris*. 10) *strupaverit* Verc. 11) *punietur* Pith. *puniatur* Vind. Verc. *puniuntur* ed. Paris. 1586. *punitur* Lex Romana Visig. 12) *dimidiam partem* Vind. Verc. 12*) *Moysi* Scal. Vind. Verc. 13) Exstat L. 6. Th. C. ad legem Iuliam de adulteriis (9. 7), sed om. § 1. Integram constitutionem commentario illustravit I. Gothofr. post L. 6. cit.; edidit praeterea Baron. Annal. ad a. 390. §. 65. 13*) IDEM Vind. 14) *Valentiniano Theodosio* Viud. 15) *Arcadius* Pith. *Archadio* Vind. 16) *augg.* Scal. AGGG Vind. AAG. Verc. 17) ORENTIUM Verc. *origenio* Cod. Wirceb. Legis Romanae Visig. *orontio* Cuiac. ed. a. 1566. 18) *patiamur* Pith. 19) *urbis romae virtutem* omnes codd. *urbem Romam virtutem* cj. Cuiacius et Iac. Gothofr. 20) *ageste* Pith. *agreste* Scal. *aggrestis* Vind. *acreste* Verc. 21) *illud ad* Pith. ed. *illud a* Scal. *illum hac* Vind. *illum a* Verc. 22) *robor facta* Vind. Verc. 23) *plero* Viud. *pleve* Verc. *pube* cj. Iac. Gothofr. 24) *seculi* Pith. *regulis* Vind. *seculis* Verc. 25) *conditurum* Verc. 26) *principium* omnes codd. *principum* cj. Cuiac. et Iac. Gothofr. Sed *principium* vel pro genitivo accipi posse ipse Cuiacius cum aliis monuit. 27) *oriente aguc novis* Pith. *orienti* AGVE (?) NOVIS Scal. *Orienti*, ceteris omissis, Vind. Verc. *vicarie karissime nobis* cj. Pith., quem sequitur Iac. Gothofr., item Schulting. *karissime nobis* cj. Cuiac. *amantissime atque karissime nobis* ed. Paris. III. in marg. *vicarie ave carissime nobis* cj. Io. van de Water obss. I. 19. *Aug. C. protinus* cj. H. Cannegiet. p. 173. Nobis, quid de litteris *a g* statuendum sit nondum liquet, ideoque cum Cuiacio eas omisimus. 28) Haec absunt a Vind. Verc., item a L. 6. Th. C. cit. 29) *Omnibus* Vind. et Cod. Wirceburg. Leg. Rom. 30) *lus* Vind. *lusus* cj. H. Canneg. p. 176. *flagitii usus, flagitii usu*, vel *flagitiosum*, Lex Rom. Visig. 31) *viri* Pith. *virili* Vind. Verc. *virile* Lex Rom. Visig. 32) *muliebriliter* Vind. 33) *damuare* Pith. Verc. *damnata* lex R. Vis. ex edit. Sichardi. *taminare* cj. Io. Canneg. ad h. l. 34) *nihil enim* Th. Cod. 34*) *discretum videntur* Th. C. 35) In Th. C. *occupatos* . . . *lupanaribus* desiderantur. 36) *seductos* omnes codd. 37) *huiusmodi scelus spectante* (vel *expectante*) Theod. Cod. 38) *expiavit* Vind. Verc. *expiabunt* Theod. Cod. 39) *intelligant* Pith. Vind. *intellegat* Verc. 40) *sacrosanctis* Vind. Verc. 41) *perdidisse proprie dixi maias* Viud. *perdedisset propridie maiias* Verc. *Id.* om. Scal. 42) *Romae* om. Verc. 43) (p. Chr. a. 390) *minere* Pith. *minerve* Verc. In Theod. Codice inscriptio ita se habet: *PP. in foro Traiani VIII. Id. August. Valentiniano A. IIII. et Neoterio Coss.*; de qua diversitate Iac. Gothofredus complura annotavit.

1) Haec ab omnibus absunt. 2) Exstat Levitic. XX. 11. 12. 3) *patris sui* om. Verc. 4) *morte* ed. Pith. 5) *moriatur* Scal. Verc. 6) Exstat inter Ulp. fragmenta V. §§. 6. 7. De toto hoc kap. conf. cel. Schilling. in diss. critica de Ulp. fragm. 1824. 8. p. 11 .. 46 7) *libro regulari* ed. Pith. *liber singulari* Vind. *libro singulari* Scal. Verc. *regularum* cj. Cuiac. *singulari regularum* cj. Pith. *regular.* l. cj.

TITULO DE NUPTIIS [8]. §. 1. Inter parentes et liberos (infinite) [9], cuiuscunque [10] gradus sint [11], conubium non est. §. 2. Inter cognatos autem ex transverso gradu olim quidem usque ad quartum gradum [12] matrimonia contrahi non poterant [13]: nunc autem (etiam) [14] ex tertio gradu licet uxorem ducere, sed tantum [15] fratris filiam [16], non etiam sororis [17]; nec [18] amitam [19], nec [20] materteram [21], quamvis eodem gradu sint [22]. §. 3. Eam quae [23] noverca vel privigna, vel quae [24] nurus vel socrus [25] (nostra) [26] fuit, uxorem [27] ducere non possumus. §. 4. Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, incestum [27*] matrimonium contrahit [28]: ideoque liberi in potestate [29] eius [30] non fiunt, sed quasi vulgo concepti, spurii [31] sunt.

Kp. III. [32] PAULUS LIBRO SENTENTIARUM (SECUNDO) [33] SUB TITULO DE NUPTIIS [34]: §. 1. Inter parentes et liberos iure civili matimonia contrahi non possunt, nec filiam sororis aut neptem uxorem [35] ducere possumus [36]: proneptem aetatis ratio prohibet. §. 2. Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes ac [37] liberos omnimodo; inter fratres eatenus, quatenus capitis minutio non [38] intervenit. §. 3. Nec [39] socrum, nec nurum, privignam [40], nec novercam aliquando citra poenam incesti [41] uxorem ducere licet; sicut nec amitam, aut materteram. Sed qui vel [42] cognatam contra interdictum duxerit, remisso mulieri iuris [43] errore, ipse poenam adulterii lege Iulia [44] patitur, non etiam ducta.

Kp. IV. [45]. GREGORIANUS LIBRO QUINTO SUB TITULO DE NUPTIIS [46] EXEMPLUM LITTERARUM DIOCLETIANI ET MAXIMIANI IMPP. TALEM CONIUNCTIONEM GRAVITER PUNIRE [47] COMMEMORAT. Exemplum edicti Diocletiani et Maximiani nobilissimorum Caesarum. §. 1. „Quoniam piis [48] religiosisque mentibus nostris ea, quae Romanis legibus caste sancteque sunt constituta, venerabilia maxime videntur, atque [49] aeterna religione servanda, dissimulare ea, quae a quibusdam in praeteritum nefarie incesteque [50] commissa sunt, non [51] oportere [52] credimus: (sed) cum [53] vel cohibenda sunt, vel etiam vindicanda, insurgere [54] nos [55] disciplina nostrorum temporum cohortatur. Ita enim et ipsos immortales deos [56] Romano [57] nomini, ut semper fuerunt [58], faventes atque placatos futuros esse non dubium est, si cunctos [59] sub imperio nostro agentes [60] piam religiosamque, quietam et [61] castam in [62] omnibus more [63] colere perspexerimus vitam [64]. §. 2. In quo id etiam providendum quam maxime esse censuimus, ut matrimoniis religiose atque [65] legitime iuxta disciplinam iuris veteris [66] copulatis, tam eorum honestati, qui nuptiarum coniunctionem [67] sectantur, quam etiam his, qui deinceps [68] servata religione nascentur [69], incipiat esse consultum: et honestate nascendi etiam posteritas ipsa purgata sit. Ita enim pietati nostrae maxime placuit, ut sancta [70] necessitudinum nomina [71] optineant apud affectus [72] suos piam ac [73] religiosam consanguinitati [74] debitam caritatem. nefas enim credere est ea, quae in praeteritum a compluribus constat [75] esse commissa, cum pecudum ac [76] ferarum promiscuo ritu [77] ad inlicita conubia instinctu [78] execrandae [79] libidinis sine [80]

Hugo. 8) *de nuptis sub titulo* Pith. *nuptiis sub titulo* Vind. *de nuptiis titulo* Verc. v. T. *de his qui in potestate sunt* Ulp. fragm. quod praefert Schilling. l. c. p. 42 ... 46. 9) *infinite* ex Ulp. adscripsi. 10) *cuiusque* ed. Pith. Verc. *cuiuscunque* Scal. Vind. et fragm. Ulp. 11) *sint* abest ab Ulp. fragm. *sit* Vind. 12) *usque ad quartum gradum* om. ed. Pith. 13) *conpeterant* (om. *non*) Vind. 14) *etiam* ex Ulp. adscripsi. Vid. Schilling. p. 20 ... 24. 15) *tamen* Ulp. fragm. 16) *filia* Vind. Verc. Ulp. fragm. 17) *sororis filia* Ulp. fragm. 18) *aut* Ulp. fragm. 19) *amita* Vind. Ulp. fragm. 20) *vel* Ulp. fragm. quod receperunt Schult., G. Meerm. atque Io. Canneg. *et amitam, non materteram* cj. P. Faber. 21) *matertera* Vind. Verc. Ulp. fragm. 22) *sit* Ulp. fragm. 23) *eademque uxore* Ulp. fragm. de quo vid. Schill. *eaque* Verc. 24) *quae* abest ab Ulp. fragm. *quem* Vind. 25) *vel socrus* om. Vind. 26) *nostra* ex Ulp. addidi. 27) *uxorem* om. Ulp. 27*) *incertum* Vind. Verc. 28) *contrahi* Vind. Verc. 29) *potestatem* Verc. 30) *eis* Vind. Verc. Scal. (corr. *eius*). 31) *sine patre* cj. Schill. p. 36. sqq. 32) Non exstat in lege Rom. Visig., sed nunc restitutum legitur apud Paul. II. 19. §§. 3 ... 5. 33) *secundo* Pith. om. In Vind. et Verc. etiam quae antecedunt desiderantur. 34) DE NUPTIIS SUB TITULO Pith. Vind. *sub titulo* om. Verc. 35) *uxorem* omittit ed. Pith. et Verc. (?) sed Scal. Cuiac. Vind. habent. 36) *non possumus* Cuiac. Vind. Verc. (Scal.?) 37) *hos* Vind. *hac* Verc. 38) *non* Verc. et Scal. omittunt. 39) *non* Vind. 40) *nec privignam* cj. Moller. Selector. (Oelrichs. thesaur. nov. II. 2.) cap. 6. §. 4. 41) *incerti* Vind. 42) *vel* (omisso *qui*) Pith. *vel qui* Verc. *Si vero* cj. Pith. 43) *mulieris* (om. *iuris*) Vind. Verc. *mulieris iuris* Scal. 44) *legis Iuliae* Pith. *legem Iuliam* Vind. 45) Haec constitutio nunc Gregoriani codicis lib. V. tit. 1. restituta est: praeterea §. 5. exstat L. 17. C. de nuptiis (5. 4.) 46) DE NUPTIIS SUB TITULO Pith. Verc. *de nuptiis sub titulis* Vind. 47) *puniri* omnes codd. 48) *quis* Vind. Verc. 49) *adque* Vind. Verc. 50) *incerteque* Vind. Verc., ut fere ubique *incert.* pro *incest.* 51) *nos* cj. Schult. in marg. ed. Leew. 52) *opponere* Vind. 53) *sed* om. omnes codd.: cj. Vonck. p. 41.; *cum vero* cj. idem et H. Canneg. p. 182.; *verum cum* cj. Schult.; *ut cum* cj. Bondam. specim. p. 49.; *in futurum vero*, vel *in posterum vero* cj. Moller. l. c. cap. 6. §. 3. 54) *ac insurgere* cj. Struchtmeyer. animadv. p. 84. 55) *non* Scal. 56) *inmortales ds* Verc. 57) *romanis* Vind. 58) *superfuerint* Scal. *semper fuerint* Vind. Verc. 59) *cuncto* Verc. 60) *nostro gentes* Scal. *nostram habentes* Vind. *nostro degentes* cj. Scal. 61) *et quietam et* Pith. *et quietem et* Scal. *et quietem* Verc. 62) *in* om. Vind. 63) *more* delendum censet Cuiac., vel *more maiorum* legendum. *bono more*, vel *recto more* cj. H. Canneg. p. 183. 64) *vitia* Verc. 65) *religionem atque* Vind. *religioneque* Verc. 66) *vestri* Vind. *v̄ris* Verc. 67) *coniunctiones* ed. Pith. *coniunctione* Scal. Verc. 68) *cum deinceps* Pith. Verc. 69) *nascitur* Verc. 70) *sancte* Pith. *sanctus* Vind. *suprascripte* Verc. *sancta* cj. Cuiacius. 71) *nomine* Verc. 72) *effectos* Vind. *defectos* Verc. 73) *hac* Vind. Verc. 74) *consanguinitatis* Scal. Vind. Verc. 75) *constant* Vind. 76) *hac* Vind. 77) *promiscui oritur* Vind. *promiscuo ritum* Verc. *promiscue ritu* Scal. sec. Haen. 78) *instinctum* Scal. Vind. Verc. 79) *exercendae* omnes codd. *exercendo* Scal. sec. Haen. *execrandae* cj. Schult. Cfr. tit. XV. kap. 3. §. 4. 80) *ne* Vind. Verc.

ullo respectu [81] pudoris ac pietatis inruerint. §. 3. Sed quaecunque antehac vel imperitia [82] delinquentium, vel pro ignorantia iuris, barbaricae inmanitatis ritu ex inlicitis matrimoniis [83] videntur admissa, quanquam essent severissime [84] vindicanda, tamen contemplatione [85] clementiae nostrae ad indulgentiam volumus pertinere; ita tamen, ut quicunque in anteactum [86] tempus inlicitis incestisque se [87] matrimoniis polluerunt, hactenus [88] adeptos [89] se esse nostram indulgentiam [90] sciant, ut post tam nefaria scelera vitam [91] quidem sibi [92] gratulentur esse concessam: sciant tamen [93] non legitimos [94] se suscepisse liberos, quos tam nefaria coniunctione genuerint [95]. Ita enim fiet, ut de futuro quoque nemo audeat infrenatis [96] cupiditatibus obedire [97], cum et sciant ita praecedentes admissores istiusmodi criminum venia liberatos, ut liberorum, quos inlicite genuerint [98], successione [99] careatur [1], quae iuxta vetustatem Romanis legibus negabatur. Et [2] optassemus [3] quidem nec ante [4] quicquam eiusmodi [5] esse commissum, quod esset [6] aut clementia remittendum, aut legibus corrigendum [7]. §. 4. Sed et posthac [8] religionem sanctitatemque in conubiis [9] copulandis volumus ab unoquoque servari, ut se ad disciplinam legesque Romanas meminerint pertinere: et eas tantum sciant nuptias licitas, quae sunt Romano iure permissae. §. 5. Cum quibus autem personis tam cognatorum quam ex adfinium [10] numero contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto nostro amplexi sumus: cum [11] filia, nepte, pronepte, itemque [12] matre [13], avia, proavia; et ex latere amita ac [14] matertera, (sorore) [15], sororis filia et ex ea nepte [16]; itemque ex adfinibus [17] privigna, noverca, socru, nuru [18], ceterisque quae antiquo iure [19] prohibentur, a quibus cunctos volumus abstinere [20]. §. 6. Nihil enim nisi sanctum ac [21] venerabile [22] nostra iura custodiunt, et ita ad tantam magnitudinem Romana maiestas [23] cunctorum numinum [24] favore pervenit, quoniam omnes leges suas religione [25] sapienti pudorisque observatione devinxit [26]. §. 7 Quare hoc edicto [27] nostro volumus omnibus palam fieri, quod praeteritorum venia, quae [28] per clementiam nostram contra disciplinam [29] videtur indulta, ad ea tantum delicta pertineat, quae [30] in diem III [31] Kal. Ianuariarum Tusco et Anulino Coss. videntur [32] esse commissa. §. 8. [33] Si qua autem contra Romani nominis decus sanctitatemque legum post supradictum diem deprehenduntur [34] admissa, digna severitate plectentur. nec [35] enim ullam [36] in tam nefario scelere quisquam aestimet veniam se consequi posse, qui in [37] tam evidens [38] crimen [39] et post edictum nostrum non dubitabit [40] inruere. Dat. Kal. Maias [41], Damaso Tusco [42] et Anulino [43] Coss."[44].

Kp. V. Hermogenianus sub titulo [45] de nuptiis [46]: Impp. Diocletianus et Maximianus Augusti Flaviano [47]. His [48] qui incestas nuptias per errorem contrahunt, ne poenis subiciantur ita demum clementia principum subvenit, si postea quam [49] errorem suum rescierint, illico nefarias nuptias diremerint. Prop. Id. Mart [50] (Tiberiano) [51] et Dione [52] Coss. [53].

[54] hanc quoque constitutionem gregorianus titulo de nuptiis inseruit, quae est tricesima et secunda,

---

81) *respectum* Verc. 82) *imperitiam* Scal. *peritiam* Vind. Verc. 83) *matrimonii si* Scal. *matrimoniis sic* cj. Roever. cap. 13 84) *verissime* Verc. 85) *contemplationem* Vind. Verc. 86) *antehactum* Vind. 87) *se* om. Vind. *re* Verc. 88) *actenus* Vind. Verc. 89) *ademptos* Vind. Verc. 90) *nostra indulgentia* ed. Pith. *nostras indulgentia* Scal. 91) *uti eam* Vind. *vita* Verc. 92) *sibi quidem* Verc. 93) *sciant tamen non legitimos esse concessam sciant tamen* Vind. 94) *legitimo* Verc. 95) *genuerunt* Pith Verc. 96) *inefrenatis* Pith. Vind. *in effrenatis* Verc. *infrenatis* cj. Cuiac. 97) *obedisse* Vind Verc. 98) *genuerunt* Pith. 99) *successiones* Pith. *successionem ne* Vind. *successionum* Dorvill. in marg. 1) *caretur* Vind. Verc. *careatur ut* cj. Pith. *careant* cj. Cuiac. *arceantur* cj. Puteanus. 2) *et* om. Verc. 3) *optaremus* Vind. Verc. 4) *negante* Scal. 5) *huiusmodi* Vind. 6) *esse* Vind. Verc. 7) *succurrendum* Vind. 8) *post hanc* omnes codd. *posthac* cj. Cuiac. 9) *connubiis* Pith. *quo nobis* Vind. Verc. Haec exstant L. 17. Cod. de nuptiis (5. 4). 10) *affinium* Verc. 11) *nemini liceat contrahere matrimonium cum*, omnibus quae antecedunt omissis, Cod. Iust. 12) *pronepteque* Pith. *proneptite. Itemque* Vind. 13) *cum matre* Cod. Iust. 14) *hac* Vind. 15) *sorore* solus Iust. Cod. addit. 16) *praeterea fratris (tui) filia et ex ea nepte* Tribunianos adiecit in Cod. Iust. 17) *affinibus* Vind. *afinibus* Verc. 18) *socrus nurus* Vind. Verc. *nuru socru* Cod. Iust. 19) *nurum ceteras antiquo iurae* Vind. *cet. q. iure antiquo* Cod. Iust. 20) *se abstinere* Iust. Cod. 21) *nisi hanc tantum ac* Pith. *nisi nanctum hac* Vind. Verc. Veram lectionem Puteanus ex cj. restituit. *nisi antiquum ac* cj. Roeverus l. c. cap. 4. 22) *venerabiles* omnes codd. *venerabiliter* Scal. (?) 23) *romanam gesta* Pith. 24) *non mirum* Pith. *non morum* Scal. *nominum* Vind. Verc. *deorum nimirum*, sive *sanctorum numinum* cj. Roeverus l. c. *sanctorum deorum nec mirum* cj. Io. Canneg. ad h. l. *numinum* Puteanus recte coniecerat. 25) *religiones* Verc. *religionis sapientia* cj. Cuiac. 26) Ita Pith.; ceteri *devincexit*. 27) *praedicto* Vind. 28) *quae* om. Pith. Vind. 29) *disciplinam veterem* cj. Pith. et Cuiac. quod recepit ed. Genev. 30) *quae . . . commissa* om. Verc. 31) *in die tertio* Pith. 32) *dicentur* ed. Paris. a. 1586. in marg. 33) kap. xlviii. Vind. kp. lii. Verc. 34) *deprehendentur* Schult. cj. in marg. ed. Leew. 35) *flectentur. Neque* Vind. 36) *nullam* Vind. Verc. 37) *in* om. Pith. 38) *evidenti* Pith. Verc. *evidentur* Vind. *evidens* cj. Cuiac. 39) *crimini* Pith. Sed Scal. habet *crimen*, addito in margine *crimine*. 40) *dubitavit* Vind. Verc. 41) *Maii* Pith. et Iust. Cod. *Madias*, reliquis, quae sequuntur, omissis, Vind. *magias* Verc. 42) *Damasco et Tusco* Verc. reliquis omissis. 43) *Andino* Scal.: sed *Anulino* scriptum est in marg. 44) p. Chr. 295. 45) Haec om. Vind Verc. 46) Et haec om. Vind. 47) *Fl. Flaviano* Pith. 48) *his* om. Vind. 49) *cum* Vind. 50) *Mar.* cod. Pith. Omnem subscriptionem om. Vind. Verc. 51) *Tiberiano* ex cj. addidit Pith. *Tiberiano* II. cj Schulting. ad Hermog. cod. 52) *Diogene* cod. Pith., quod ipse Pith. emendavit. 53) p. Chr. 291. 54) Quae sequitur auctoris annotatio a Vind. et Verc. abest.

ALIIS TAMEN ET DIE ET COSS.[55], ID EST CONSTITUTIO P. P.[56] V. ID. IUN. DIOCLETIANO TER ET MAXIMIANO AUGUSTIS.[57]

Kp. VI. PAPINIANUS LIBRO SINGULARI[58] DE ADULTERIIS[59]: §. 1. Qui sororis filiam[60] uxorem duxerat[61] per errorem, antequam praeveniretur a delatore, diremit[62] coitum. quaero[63] an adhuc possit accusari? Respondit, ei[64] qui coniunctae[65] sororis filiae[66] bona fide abstinuit, poenam remitti palam est: quia qui errore cognito diremit[67] coitum creditur[68] eius voluntatis fuisse, ut si scisset se in eo necessitudinis gradu positum, non fuisset tale matrimonium copulaturus.

Kp. VII.[69] IDEM DICITUR IN EOS, QUI INCESTAS NUPTIAS CONTRAXERUNT. MALEDICTI TAMEN SUNT OMNES INCESTI PER LEGEM, CUM ADHUC RUDIBUS POPULIS EX DIVINO NUTU CONDITA IISDEM ADSTIPULANTIBUS[70] SANCIRETUR[71]. ET UTIQUE OMNES MALEDICTI PUNITI SUNT, QUOS DIVINA ET HUMANA SENTENTIA CONSONA VOCE DAMPNAVIT[72]. LEX DIVINA SIC DICIT: §. 1.[73] Maledictus, INQUIT[74], dixit Moyses, qui concubuerit cum uxore patris sui; et dicit omnis populus Fiat, fiat. §. 2. Maledictus, qui concubuerit cum sorore sua de patre aut de matre; et dicit[75] omnis populus Fiat, fiat. §. 3. Maledictus, qui concubuerit cum nuru sua; et dicit[75] omnis populus Fiat, fiat. §. 4. Maledictus, qui concubuerit cum socru sua; et dicit omnis populus Fiat, fiat. §. 5. Maledictus, qui concubuerit cum sorore patris sui; et dicit omnis populus Fiat, fiat. §. 6. Maledictus, qui concubuerit cum sorore matris suae; et dicit omnis populus Fiat, fiat. §. 7. Maledictus, qui concubuerit[76] cum sorore uxoris[77] suae; et dicit omnis populus Fiat, fiat. §. 8. Maledictus, qui dormierit cum uxore fratris sui; et dicit omnis populus Fiat, fiat. §. 9. Maledictus, qui dormierit cum omni pecore[78]; et dicit omnis populus Fiat, fiat.

EXPLICIT TITULUS DE ADULTERIS STUPRATORIBUS ET INCESTIS.[79]

INCIPIT DE FURIBUS ET POENA[1] EORUM.

TITULUS SEPTIMUS[2].

Kp. I.[3] QUODSI DUODECIM TABULAE[4] NOCTURNUM FUREM (QUOQUOMODO, DIURNUM)[5] AUTEM SI SE[6] TELO DEFENDERIT[7], INTERFICI IUBENT[8]: SCITOTE IURISCONSULTI[9], QUIA MOYSES PRIUS HOC STATUIT, SICUT[10] LECTIO MANIFESTAT[11]. MOYSES DICIT: §. 1.[12] Si perfodiens nocte parietem inventus fuerit fur, et[13] percusserit eum alius, et mortuus fuerit hic, non est homicida is qui percusserit eum. §. 2. Si autem sol ortus fuerit[14] super eum, reus est mortis percussor, et ipse moriatur[15].

Kp. II.[16] PAULUS[17] LIBRO[18] SENTENTIARUM V. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS: §. 1. Si quis furem nocturnum vel diurnum, cum se telo defenderet[19], occiderit[20], hac quidem lege non tenetur, sed melius fecerit, si[21] eum comprehensum transmittendum ad praesidem magistratibus optulerit[22].

Kp. III. ULPIANUS[23] LIBRO XVIII.[24] AD EDICTUM[25]

55) *et coss.* om. Scal. 56) *prōp.* Scal. 57) a. p. Chr. 290. 58) Haec om. Vind. Verc. 59) *de ad.* om. Vind. *adulteris* Scal. 60) *filiam per errorem* Vind. 61) *duxerit* Vind. Scal. 62) *dirimit* Pith., sed *diremit* habet Scal. *dirimet* Vind. *dirimitum* (omisso *coitum*) Verc. 63) *quero* Vind. Verc. 64) *et* omnes codd. *ei* Scal. et ed. Pith. 65) *coniunctione* Pith. cj. 66) *filiam* Scal. (?) Codicum scripturam pro Graecismo habet et defendit H. Canneg. pag. 190. Cfr. Horat. Od. III. 27. vers. 69. Terent. Heaut. II. 3. vers. 132. 67) *dirimit* Vind. 68) *creditor* Verc. 69) Exstant §§. 1 ... 9. in Deuteron. XXVII. verss. 20 ... 23., sed multis resecatis. In libris editis, nec non in apographo Scaligerano haec auctoris verba kapiti sexto iunguntur, nullo novo numero addito. 70) *hisdem abstipulantibus* Vind. Verc. 71) *sancirentur* Pith. 72) *damnavit* Pith. Verc. 73) KP. LVI. Verc. 74) INQUID Vind. Verc. 75) *dicet* hic et in sequentibus, excepta §. 8., constanter Verc. 76) *dormierit* Verc. 77) *sororem sororis* Vind. 78) *pecude* Vind. 79) In Vind. et Verc. verba *explicit* .. *incestis* desiderantur.

1) *et de penis* Vind. ET DE PENE Verc. 2) Haec duo verba, ut fere semper, in omnibus codicibus desiderantur. 3) Verba *Quodsi ... iubent* auctor collationis ex Cic. pro Milone, cap. 4., vel ex Quintil. Institt. oratt. V. cap. 14., transscripsit. Cfr. etiam Senecae controvers. lib. X. cap. ult. Augustini quaest. XI. super Exod. 4) *tabularum* omnes codd. *tabularum leges* cj. Cuiacius: quod Pithoeano codici, tamquam Pithoeo teste, male tributum est in ed. Paris. a. 1689. Nostrae autem lectioni Cicero ac Quintilianus auctores sunt. 5) Haec supplevi ex Cic. et Quintil. *omnimodo diurnum* cj. Cuiacius, propter kap. III. h. t., ut videtur. Nam haec verba in codice Pithoeano exstare ed. Paris. a. 1689. male refert. *simpliciter diurnum* ed. Genev. 6) *autem si se aut* Pith. *aut ensis se aut* Vind. *aui tensisse aut* Verc. *autem si se audeat* ed. Genev. idem cj. Freher. parerg. lib. I. cap. 9. et Schult. *aut eum si se audeat* cj. Bondam. spec. animadv. cap. 4. Nobis iterum in Ciceronis Quintilianique verbis acquiescendum videbatur. 7) *defendere* Pith. *defenderis* Verc. 8) *impune voluerunt* Cic. et Quintil. 9) *sitote iurisconsultum* Vind. 10) *si cui* Scal. 11) *manifestas* Vind. 12) §§. 1. 2. exst. Exod. XXII. 2. 3. 13) *et* om. Vind. Scal.; a Verc. *fur ... fuerit* absunt. 14) *fuerit* om. Pith. 15) *morietur* Pith. 16) Restitutus est locus Paull. S. R. V. 23. §. 9. 17) IDEM Verc. cui posterior manus addidit *paulus*, vel potius *paulus*. 18) Verc. hoc verbum cum reliqua inscriptione om. 19) *defendere* omnes codd. 20) *occiderit eum* Verc. 21) *qui* Pith. 22) *obtulerit* Pith. Verc. (?) 23) IDEM Verc., reliquis usque ad verbum *titulo* omissis. 24) VIII Pith. Vind. XVIII. cj. Pith. recte, cum non solum L. 3. L. 5. D. ad leg. Aquil., sed etiam alii permulti eiusdem libri loci ita inscripti sint. 25) Reliqua pars inscriptionis ex Dig., ut fere semper, prorsus resecta est: sed nostri quoque collectoris er-

SUB TITULO SI [26] QUADRUPES PAUPERIEM DEDERIT. §. 1.[27] Iniuria occisum esse merito adiicitur[28]: non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum. Proinde si quis servum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia (iniuria)[29] non occidit. §. 2. Sed et[30] quemcunque[31] alium[32] ferro se petentem qui[33] occiderit, non videbitur iniuria occidisse[34]. Proinde[35] si furem nocturnum, quem lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere, aut diurnum, quem aeque[36] lex permittit[37], sed ita[38] demum, si se telo defendat: videamus an[39] lege Aquilia teneatur? Et[40] Pomponius dubitat num[41] haec[42] lex non[43] sit in usu. §. 3. Etsi[44] quis noctu[45] furem occiderit, non dubitamus[46] quin[47] lege Aquilia[48] (non)[49] teneatur[50]: sin autem, cum posset adprehendere[51], maluit occidere, magis est, ut iniuria[52] fecisse videatur: ergo etiam[53] lege[54] Cornelia tenebitur. §. 4[55]. Iniuriam autem accipere hic[56] nos oportet[57] non[58] quemadmodum circa[59] iniuriarum actionem, contumeliam quandam, sed quod[60] non iure factum est[61], hoc est contra ius, id est si culpa quis occiderit.[62] ET RELIQUA.

Kp. IV.[63] ULPIANUS[64] LIBRO OCTAVO DE OFFICIO PROCONSULIS SUB TITULO DE FURIBUS[65]: §. 1. Fures ad forum[66] remittendi sunt diurni, nocturnique[67] extra ordinem[68] audiendi[69] et causa cognita puniendi: dummodo in[70] poena eorum sciamus operis publici[71] temporarium[72] modum non egrediendum[73]. Idem[74] et in balneariis[75] furibus. §. 2. Sed[76] si se[77] telo fures defendunt vel effractores, vel ceteri[78] similes, nec quemquam percusserint, metalli poena humiliores[79], honestiores[80] vero relegatione[81] adficiendi erunt.

Kp. V. PAULUS[82] LIBRO SENTENTIARUM (SECUNDO)[83] SUB TITULO DE FURIBUS[84]: §. 1[85]. Furti quocunque genere damnatus[86] famosus efficitur. §. 2.[87] Fur est qui[88] rem alienam contrectat[89]. §. 3. Furtorum genera sunt quattuor, manifesti, nec manifesti, concepti et oblati. Manifestus fur est qui in faciendo deprehensus est, et qui[90] intra[91] terminos eius loci, unde furatus est[92], comprehensus est, vel antequam ad eum locum[93], quo[94] destinaverat, perveneri[95]. Nec manifestus est fur[96] qui in rapiendo[97] quidem comprehensus[98] non est, sed eum fecisse[99] negari non potest. §. 4. Concepti actione[100] tenetur[1], apud quem furtum est inventum[2]. Oblati actione is[3] tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur. §. 5. Furti actione is agere potest, cuius interest rem non perisse[4]. §. 6. Conceptiva autem[5] agere potest qui rem[6] concepit et invenit Oblati[7] agere potest, penes[8] quem res concepta[9] inventa est.

EXPLICIT TITULUS[10] DE FURIBUS.

rorem suspicatur Pithoeus, neque sine causa. 26) Haec ad rubricam non pertinent in Verc. 27) *Iniuria ... factum* L. 3. med. D. ad leg. Aquil. (9. 2.) 28) *adigito* Vind. *adigtū* Verc. *edicitur* Scal. sec. H. 29) *iniuria* ab omnibus abest, ante vocem *occidit* Pithoeo et Cuiacio addendum esse videbatur. *ita non occidit* cj. H. Canneg. p. 195. 30) *etsi* Dig. 31) *quicunque* Scal. Vind. *quocunque* Verc. 32) *alio* Vind. 33) *quis* Dig. 34) *occisisse* Scal. Vind. Verc. 35) *proinde ....in usu* Dig. omittunt. 36) *eaque* Pith. *eequae* Vind. *ea quem* Verc. *aeque* cj. Cuiac. item Marcil. ad XII. tabb. cap. 56. *ea quoque* cj. Noodt. probab. I. 9. et ad leg. Aquil. cap. 5. probante Schultingio, qui *eadem* antea coniecerat, marg. ed. Leew. 37) *permitti* Verc. *permittit occidere* cj. Cuiac. 38) *ita lex* Scal. Vind. Verc. 39) *si a* Vind. 40) *Et Pomponius ... usu* om. Vind. *Et* om. Scal. sed a correctore adscriptum est *set.* 41) *nunc* Pith. Verc. *num* Pith. cj. omnibus fere probantibus. *cum nunc* Schult. cj. marg. ed. Leew. 42) *hic* cj. Noodt. probab. I. 9. et ad leg. Aquil. cap. 5. 43) *nunc* cj. Pith., improbante Schult. 44) Sic Pith. et Dig. KAP. LV. *Si* Vind. KP. LX. IDEM. *Si* Verc. 45) *metu quis mortis* Dig. 46) *dubitabitur* Dig. 47) *qui in* Verc. *qui non* cj. H. Canneg. pag. 196. cfr. nota 49. 48) *legem Aquiliam* Vind. 49) *non* om. omnes codd.; at ex Dig cum Pithoeo restituendum erat. 50) *Videamus* in Vind alia manus, eiusdem tamen saeculi, versui superscripsit. 51) *appraehendere* Verc. 52) *iniuriam* Vind. 53) *et*, om. *lege*, Dig. 54) *legem corneliam* Vind. *lege* om. Dig. 55) §. 4. exstat L. 5. §. 1. D ad leg. Aquil. (9. 2.) 56) *sic* Scal. sec. Haen. *hic accipere* Dig. 57) *oporteat* Vind. 58) *non* om. Verc. 59) *et circa* omnes codd. *circa* Dig. 60) *quod* om. Verc. 61) *est* om. Vind. 62) *et ideo interdum utraque actio concurrit*, etc. Dig., verbis *et reliqua* non additis. 63) Kap. IV. exstat L. 1. D. de furibus balneariis (47. 17.) 64) Inscriptionem om. Vind. IDEM, reliquis usque ad verbum *titulo* omissis, Verc. 65) *De furtibus* Verc. 66) *furtum* Pith. *furem* Vind. Verc. *forum* optime cj. Pith. propter tit. XI. kapp. 4. 6. et tit. XII. kap. 6. In Dig. verba *ad forum ... diurni* desiderantur. 67) *quodturniquem* Vind. *et nocturni qui* Verc. *que* Dig. om. 68) *ordine* Verc. 69) *audiendi sunt* Dig. 70) *in* om. omnes codd. *sciamus in poena eorum* Dig. 71) *publicis* Vind. Verc. 72) *temporarium* Pith. omittit, sed Scal. habet. *temporalium* Vind. *temporarii* Dig. 73) *modum monendum* Vind. 74) KAP. LVII. IDEM Vind. KP. LXII. Verc., ita tamen, ut in Verc. statim kap. V. huius tituli sequatur, reliqua vero nostri kapitis pars kapite LXIII. in fine totius tituli contineatur. 75) *balnearibus* Vind. 76) *et* Verc. 77) *se* om. Vind. Verc. *telo se* Dig. 78) *his* ins. Dig. 79) *humiliores* om. Dig. 80) *vel honestiores* Dig. 81) *relegationis* Dig. 82) IDEM, verbis *Paulo ... titulo* omissis, Verc. Omnem inscriptionem om. Vind. 83) *secundo* om. etiam Pith. 84) *de furtis* Paul. Visig., in rubrica tit. 31. libri II. 85) §. 1. exstat in Pauli Sent. II. 31. §. 15. 86) *dampnatus* Vind. *condemnatus* Paul. Visig. 87) §§. 2. ... 6. exstant ap. Paullum l. c. §§. 1 ... 5. 88) *qui dolo malo* Paul. Visig. 89) *contractat*, corr. *contraectat* Verc. 90) *qui* om. Pith. 91) *infra* Verc. 92) *unde fur est* Vind. *unde quid sustulerat* Paul. Visig. 93) *locum....fur* om. Vind. 94) *quem* Scal. Verc. 95) *perveniret* Paul. Vis. 96) *fur est* Paul. Vis. 97) *faciendo* Paul. Visig. 98) *compraehensus* Vind. *deprehensus* Paul. Visig. 99) *furtum fecisse* Paul. Visig. 100) *actione is* Paul. Visig. 1) *tenetur ... actione* om. Scal. 2) *furtum quaesitum et inventum est* Paul. Visig. 3) *is* om. Vind., item Verc., cui tamen postea *his* adscriptum est. 4) *perdidisse* Paul. Visig. in quibusdam codd. mss. 5) *concepti is* Paul. Visig. 6) *qui rem ... potest* om. Vind. Verc. 7) *oblati is* Paul. Visig. 8) *poenes* Vind. *paenes* Scal. 9) *concepti* Pith. *concepta et* Paul. Visig. *concepta i.* (*id est*) *inventa* cj. Pith. 10) *titulus* om. Vind.

INCIPIT[1] DE FALSO TESTIMONIO.

TITULUS OCTAVUS[2].

Kp. I.[3] MOYSES DICIT: §. 1. Si steterit testis iniustus adversus hominem accusandum, accusans eum impietatis, §. 2. stabunt duo homines, quibus est invicem contentio[4], ante deum, et ante sacerdotes, et ante iudices, quicunque fuerint in illis diebus. §. 3. Cum inquisierint iudices diligenter, et inventus fuerit testis iniustus testificans iniusta, insurgentes adversus eum §. 4. facietis ei[5] sicut voluit malefacere: et delebitis malum de medio vestrum: §. 5. et ceteri audientes timebunt, nec audebunt haec[6] mala facere inter vos.

Kp. II. PAULUS LIBRO SINGULARI[7] DE POENIS OMNIUM LEGUM SUB TITULO AD LEGEM IULIAM DE ADULTERIIS[8]: §. 1. Qui falsum testimonium dixerit, proinde tenebitur, ac si lege Cornelia testamentaria damnatus esset.

Kp. III.[9] PAULUS[10] LIBRO SENTENTIARUM QUINTO SUB TITULO DE TESTIBUS ET DE QUAESTIONIBUS[11]: §. 1. Hi, qui[12] falso vel varie[13] testimonia dixerunt[14], vel utrique[15] parti prodiderunt, aut[16] in exilium aguntur, aut in insulam[17] relegantur, aut curia submoventur[18].

Kp. IV.[19] IDEM LIBRO (SENTENTIARUM QUINTO SUB TITULO)[20] AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS: §. 1. Lex Cornelia poenam deportationis infligit ei, qui hominem occiderit, eiusque rei causa furtive[21] faciendi cum telo fuerit, et qui venenum hominis necandi causa habuerit[22], vendiderit, paraverit, falsumve[23] testimonium dixerit, quo[24] quis periret, mortisve[25] causam praestiterit. §. 2. Quae omnia facinora in honestiores poena capitis vindicari[26] placuit: humiliores vero aut in crucem[27] tolluntur, aut bestiis subiciuntur[28].

Kp. V.[29] PAULUS[30] LIBRO SENTENTIARUM QUINTO, SUB TITULO AD LEGEM CORNELIAM TESTAMENTARIAM: §. 1. Is[31], qui ob falsum testimonium perhibendum[32] pecuniam acceperit[33], dederit, iudicemve ut[34] sententiam ferat, vel non ferat, corruperit[35], corrumpendumve curaverit: humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso iudice in insulam deportantur[36].

Kp. VI.[37] IDEM EODEM LIBRO ET TITULO: §. 1. Falsum est quidquid in veritate non est, sed pro vero adseveratur.

Kp. VII. ULPIANUS[38] (DE OFFICIO PROCONSULIS)[39] SUB TITULO DE POENA LEGIS CORNELIAE TESTAMENTARIAE, LIBRO VIII.: §. 1. Praeterea factum est senatusconsultum[40] Statilio[41] Tauro et[42] (Scribonio Libone)[43] consulibus[44], quo poena[45] legis Corneliae inrogatur ei, qui quid[46] aliud, quam testamentum[47], sciens[48] signaverit, signarive[49] curaverit: item[50] qui[51] falsas testationes faciendas, testimoniave[52] falsa invicem dicenda[53] aut consignanda[54] dolo malo curaverit[55], Licinio[56]

---

1) IDEM, praecedentibus in rubrica omissis, Verc. 2) Haec duo verba nullus codex habet. 3) Exstat Deuteron. XIX. 16 ... 20. 4) *contemptio* Scal. 5) *ei* om. Vind. 6) *haec* om. ed. Pith, sed Scal. et Cuiac. habent. 7) *Paulus ... singulari* om. Vind. Verc. 8) *adulteris* Vind. Scal. 9) Exstat apud Paul. V. 15. §. 5. item in L. 16. D. de testibus (22. 5.) 10) *Paulus ... titulo* om. Vind. Verc. 11) *et de quaestionibus* in Paulo Visig. non legitur; est tamen in rubricis tit. 14. 16. eiusd. 12) *Hi* om. Dig. 13) *falsum vel aliqua* omnes codd. *falsa vel obliqua* cj. Pith. *falsum vel ob aliqua* (scil. *data*) cj. Bynkersh. Obss. III. 20. quod nemo probavit. 14) *dixerint* Vind. *dixerit* Verc. 15) *utriusve* Pith. 16) Verba *aut ... submoventur* ita mutavit Tribunianus: *a iudicibus competenter puniuntur.* 17) *insula* Vind. 18) *religantur aut curia submovetur* Vind. Verc. *summoventur* Scal. 19) Exstat Paul. V. 32. §. 1. Item supra insertum erat tit. I. kap. 2. 20) *sententiarum ... titulo* om. omnes. 21) *furtique* Pith. ed. 22) *et* ins. Vind. 23) *falsum* Vind. 24) *quod* Vind. 25) *mortis suae* Verc. 26) *vindicare* Vind. Verc. Scal. sec. Haen. 27) *cruce* Verc. 28) Ita Vind. Verc. 29) Exstat Paul. V. 25. §. 2. 30) IDEM, corr. *paulus* Verc., reliqua inscriptione omissa. 31) *Hi* Pith. Verc. *His* Vind. *Hii* Scal. Verbum om. Paul. Visig. 32) *vel verum non perhibendum* add. Paul. Vis. 33) *acceperint* Pith., et sic deinceps. 34) *iudicem velut* Verc. 35) *corruperat* Verc. 36) *deponantur* omnes codd. *deportantur* cj. Scal. et Cuiac. 37) Locus restitutus plerumque est Paul. V. 25. §. 3., a Rittersh. autem post §. 5. et a Fabroto post §. 13. eod. 38) IDEM, reliqua om. Verc. *Ulpianus ... titulo* om. Vind. 39) *de officio proconsulis* om. omnes codd. 40) *senatumconsultum* Vind. 41) *stativo*, vel *statiro*, Vind. 42) *et tauro* omnes codd. 43) Hoc nomen ex coniectura addunt Pith., item Cuiac. i. m. et in paratitl. ad Cod., tit. ad L. Corn. de fals. et Salmas. ad ius Att. et Rom. cap. 30. pag. 877. qui omnes ad Libonianum S. C. hoc ius referendum esse censent. *Lepido* cj. E. Otto (praef. thes. Tom. I. p. 34., propter L. 13. D. de S. C. Silan.) cuius consulatus in annum decimum post Chr. cadit. 44) p. Chr. a. 16. 45) Verba *poena ... curaverint* exstant L. 9. §. 3. D. de L. Corn de falsis (48. 10.). 46) *quicquid* Vind. *quidquid* Verc. *qui* cj. Salmas. l. c. 47) *in testamento* Dig. 48) *sciens dolo malo falsum* Dig. 49) *signaverit ve* Vind. *signaverit vel* Verc. 50) KP. LXXI. IDEM Verc. Verba *item ... coss.* om. Vind. 51) *quod* Verc. Scal. *qui* ed. Pith. 52) *testamenta vel* Scal. Verc. *testamentave* ed. Pith. *testimoniave* Dig. *eas testamentave* cj. Io. Canneg. *testamenta testimoniave* cj. H. Canneg. pag. 204. 53) *falsas testationes invicem dicendas, testamentave falsa facienda* cj. Bynkersh. Obss. III. 18. *testimoniave falsa inspicienda* L. 1. pr. cit. 54) *aut consignanda* om. Dig. *consignando,* corr. *consignanda,* Scal. *denuncianda* cj. Catharinus Obss. II. 24. (Meerm. thes. T. VI.) 55) *coierint* Dig. *coniecerit* L. 1. pr. eod. 56) *Licno*, vel *Licenio* (?) Scal. Haec vero consulum nomina, quae solus Pith. codex exhibet, ad Statilii Tauri consulatum pertinere, nec nisi librarii culpa huc aberrasse crediderim. *Licinio Crasso et Calpurnio Pisone Coss.* (p. Chr. 27.) Salmas. cj. l. c. p. 878., non probante Schultingio, qui Taurum

V. et Tauro Coss. §. 2. Item[57] qui ob instruendam[58] advocationem testimoniave[59] pecuniam acceperit, pactusve fuerit, societatem coierit aut aliquam delationem[60] interposuerit: item[61] si quis coierit ad accusationem[62] innocentium, senatusconsulto, quod[63] Cotta[64] et Messalla[65] Coss.[66] factum est, coherceantur. §. 3. Sed et si quis ob denunciandum, vel non denunciandum[67] remittendumve[68] testimonium pecuniam acceperit, senatusconsulto[69] quod duobus Geminis Coss.[70] factum est[71], poena legis Corneliae adficitur. ET RELIQUA.

(DE FAMILIARI TESTIMONIO.

TITULUS NONUS.)[1]

Kp. (I.) VIII.[2] ITEM[3] MOYSES[4]. §. 1. Falsum testimonium non dabis adversus proximum tuum.

Kp. (II.) IX. ULPIANUS LIBRO IX.[5] DE OFFICIO PROCONSULIS, SUB TITULO AD[6] LEGEM IULIAM DE VI PUBLICA ET PRIVATA: §. 1. Eadem lege[7] quibusdam[8] testimonium omnino, quibusdam interdicitur invitis, capite[9] octogesimo septimo[10] et capite[9] octogesimo octavo[11]. §. 2. In hoc[12] his verbis[13]: „Hominibus hac lege[14] in reum testimonium dicere ne liceto[15], qui se ab eo, parenteve[16] eius, libertove[17] cuius eorum[18] liberaverit[19], quive impubes[20] erit, quive[21] (iudicio publico damnatus, qui)[22] eorum in integrum[23] restitutus non est[24], quive in vinculis custodiaque[25] publica erit, quive depugnandi[26] causa auctoratus erit, quive ad[27] bestias depugnare[28] se[29] locavit[30], locaverit, praeterquam[31] qui iaculandi[32] causa ad ur-

suffectum quemdam eiusdem anni consulem potius fuisse suspicatur. 57) KAP. LXVI, omisso *Item*, Vind. KP. LXXII. IDEM Verc. 58) *struendam* omnes codd. *instruendam* L. 1. §. 1. L. 20. citt.; quod post Pith. et Cui. etiam Bynkersh. ac Schult. contra Salmas. praeferunt. 59) *testimonia vel* Verc. 60) *obligationem* cj. Cuiac. i. m., et in paratitl. Cod. ad leg. Corn. de falsis: propter L. 20. D. ad l. Corn. de fals. (48. 10.) 61) KAP. LXVII. omisso *item*, Vind. KP. LXXIII. IDEM Verc. *id est* cj. Cuiacius. 62) *occisionem* omnes codd., nec plane damnatur a Schult. *obligationem* L. 1. §. 1. tit. cit., quod praefert Bynkersh. l. c. *accusationem* L. 2. D. de concussione, quod Pithoeo, Cuiacio atque Schultingio magis placuit. 63) *senatusconsultus*, om. *quod*, Vind. 64) *cocta* Vind. A Verc. hoc verbum abest. 65) Sic Scal. *messala* ed. Pith. *metalla* Vind. *mesalla* Verc. 66) p. Chr. a. 20. — *coss.* omnes codd. omittunt. 67) *venundandum vel denudandum non* omnes codd.: in Verc. tamen verba *vel denudandum non remittendum* corrector supplevit. 68) *vel* Verc., ab ipso librario scriptum. At in L. 1. §. 2. D. de lege Cornelia de falsis (48. 10.) verba Marciani sunt: „*Sed etsi quis ob denuntiandum* (*renuntiandum* sec. cod. Flor.) *remittendumve testimonium, dicendum vel non dicendum, pec. acc.*" Macer denique L. 2. D. de concussione (47. 13.) ait: „*quive ob accusandum vel non accusandum, denuntiandum vel non denuntiandum testimonium pec. acc.*" Quamobrem nec timidissimum offenderet, si quis ita legeret: *ob venundandum vel denuntiandum non remittendumve.* At vero longe magis arridet Cuiacii emendatio, (Parat. Cod. ad leg. Corn. de fals. (9. 22.) *ob denuntiandum vel non denuntiandum remittendumve.* Sic enim utrique loco, tam Marciani, quam Macri, simillimus noster evadit, atque ita et Salmasio (ad ius Rom. et Attic. c. 30. in fin. pag. 866. sqq.) et Bynkershoekio (obss. III. 20.) visum est, et Schultingio, nisi quod is ultimo verbo substituere mallet *remittendum non remittendumve.* Multo minus autem se commendant quae alii attulerunt. etenim P. Pith. H. Grotius (in flor. spars. ad L. ult. D. de concussione) et Heraldus (de rer. iud. auct. lib. I. cap. 6.) maluerunt: *ob venundandum vel renuntiandum remittendumve.* Sed haec a codicum scriptura longius recedunt: immo vel sensum desiderari in verbo *renuntiandum* Salmasius, Bynkersh. et Schult. uno ore monuerunt. Nihilominus tamen ea ab H. Cannegietero p. 208. ita recocta videmus: *ob renuntiandum vel denuntiandum remittendumve.* Denique et Io. Cannegieterus parum feliciter coniecit: *ob denuntiandum vel denuntiatum modo, remittendum cui testimonium.* 69) *senatusconsultus* Vind. 70) p. Chr. a. 29. — *conss.* Scal. 71) *sit* omnes codd.

1) Huius rubricae nullum vestigium apparet in codicibus nostris, praeterquam quod in Pithoeano codice proximum titulum antecedunt verba: *Expl. titulus de familiari testimonium non admittendo.* Hinc Pithoeus novum numerum, quem etiam sequentium titulorum numeri postulant, Leewius autem et Schultingius vel ipsam rubricam *Incipit de familiari testimonio non admittendo* hoc loco inseruerunt. 2) Exstat Exod. II. 16. 3) IDEM Vind. Verc. 4) *Moyses dicit* Verc. 5) Haec tria verba om. Vind. Verc. *lib. VIII.* cj. Cuiac., propter L. 19. D. de testibus, ut videtur. 6) *ad* om. Vind. 7) *legem* Vind. Verc. Scal. 8) *in* ins. Vind. 9) *capitulo* Verc. 10) *octogesimo et VII.* Scal. *LXXXmi et VIImi* Vind. 11) *octogesimi octavi* Vind. 12) *in haec verba* omnes codd. Nos Pithoei coniecturam sequimur. cf. seq. not. 13) *his verbis* delendum esse in marg. ed. Par. a. 1586. notatur. Item pro glossemate habet Tydeman. diss. de Ulp. Marcello c. 7. §. 1. (Oelrichs. thes. nov. T. 1. p. 51.) *his hominibus* cj. Cuiac. in marg. *omnibus* cj. N. Faber sec. Brisson. de Formul. II. 38. Cf. Dirksen. *Beiträge* p. 300. *is haec verba inseruit* cj. H. Canneg. p. 210. 14) *in ha lege* Pith. *in hac lege* Scal. Vind. Verc. *in* delendum esse Pith. et Cuiac. cj. In Dig. initium L. 3. §. 5. de testib. ita habet: *Lege Iulia de vi cavetur ne hac lege* etc. 15) *nec licito* Vind. Verc. *liceret* Dig. 16) *parentemve* Scal. Vind. Verc. 17) *libertove* abest a Dig. *liberta vel* Vind. *liberto vel* Verc. *libertove eius* cj. Pith. *liberisve* cj. H. Canneg. p. 212. 18) Dig. om. *cuius eorum*; *eorum* delendum censet Pith. 19) *libertus libertaverit* omnes codd. *liberaverit* cj. Cuiac. propter L. 3. cit. *libertus libertave erit, liberaverit*, Pith. cj., probantibus Tydem. l. c. et Mollero cap. VI. §. 9. 20) *quive impuberes* Dig. *quibus impuber* Vind. *qui vel inpuvere* Verc. In seqq. Verc. fere constanter exhibet *vel* pro *ve*. 21) *quique* Dig. 22) Haec, quae omnes codd. om., ex Dig. supplenda esse iam Pithoeus et Cuiacius viderunt. 23) *in integrum eorum* Verc. 24) *erit* Dig. 25) *custodiamque* Vind. *custodiave* Dig. item Scal. sec. Roever. (?) 26) Dig. om. *quive ... auctoratus.* 27) *ad* om. Pith. *a* Verc. 28) *ut depugnaret* Dig. 29) *se* om. Pith. Vind. 30) *locavit* om. Vind. Dig. *locat* cj. Cuiac. 31) Dig. om. *praeterquam ... steterint.* 32) *aculandi*

bem[33] missus est, erit[34]: palamve[35] corpore[36] quaestum faciet[37], fecceritve[38]: quive ob[39] testimonium dicendum[40] pecuniam accepisse iudicatus[41] erit, ne[42] quis eorum[43] hac lege in reum[44] testimonium dicat."

§. 3. Capite octogesimo septimo his: [45] „Homines inviti in reum testimonium ne dicant[46], qui sobrinus[47] est ei reo, propiorеve[48] cognatione coniunctus, quive socer, gener, vitricus, privignusque eius erit." ET RELIQUA.

Kp. (III.) X. [49] PAULUS LIBRO SENTENTIARUM QUINTO, SUB TITULO[50] DE TESTIBUS ET QUAESTIONIBUS[51]: §. 1. Suspectos[52] testes, et eos vel[53] maxime, quos accusator de domo[54] deduxit[55], vel vitae humilitas infamaverit, interrogari[56] non placuit. in[57] testibus[58] enim et vitae qualitas spectari[59] debet et dignitas. §. 2. In adfinem[60] vel cognatum[61] inviti testes interrogari non possunt. §. 3. Adversus se invicem parentes et liberi, itemque liberti, nec volentes ad testimonium admittendi sunt, quia rei[62] verae[63] testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit[64].

EXPLICIT TITULUS DE FALSO TESTIMONIO[65].

INCIPIT DE DEPOSITO.

TITULUS DECIMUS[1].

Kp. I.[2] MOYSES DICIT[3]: §. 1. Si aliquis[4] dabit proximo suo argentum aut[5] vas servare, et furatum fuerit de domo[6] hominis: si invenitur qui furatus est[7], reddat[8] duplum. §. 2. Quodsi non fuerit inventus fur, accedet[9] is qui commendatum susceperat: stabit[10] ante dominum, et iurabit[11] nihil se nequiter egisse de omni re commendata proximi sui, et liberabitur.

Kp. II. MODESTINUS LIBRO DIFFERENTIARUM SECUNDO[12] DE DEPOSITO ET[13] COMMENDATO[14]: §. 1. Commodati[15] iudicio conventus etiam[16] culpam praestare cogitur: qui vero depositi convenitur, de dolo, non etiam de culpa condemnandus est. commodati[17] enim[18] contractu quia utriusque contrahentis utilitas intervenit, utrumque praestatur: in depositi vero causa sola[19] deponentis utilitas vertitur, et ibi dolus tantum praestatur. §. 2. Sed in ceteris quoque partibus iuris ista regula custoditur: sic enim et in fiduciae iudicio, et in actione[20] rei uxoriae[21] et[22] dolus et[23] culpa deducitur, quia utriusque[24] contrahentis utilitas intervenit. §. 3. In mandati vero iudicio dolus, non etiam culpa[25] deducitur: quamvis singulariter denotare liceat[26] in tutelae iudicio utrumque[27] deduci, cum solius pupilli[28], non etiam tutoris[29] utilitas in administratione versetur[30]. §. 4. Depositi damnatus infamis[31] est; qui vero commodati damnatur, non fit infamis[32]: alter enim propter dolum[33], alter[34] propter culpam condemnatur. §. 5. Actione[35] depositi[36] conventus[37] cibariorum[38] nomine apud eundem iudicem utiliter experitur: at is, cui res commodata

---

Pith. *accusandi* Scal. in m. 33) *urbe* Verc. 34) *missus steterit* Vind. Verc. 35) *quaeve palam* Dig. 36) *corpus* Vind. *corpore* om. Dig. 37) *fecit* cj. Pith. 38) *fecerit* Pith. 39) *ob* om. Vind. 40) *dicendum vel non dicendum* Dig. 41) *iudicatus vel convictus* Dig. 42) *neve* Pith. *neque* Vind. Verc. *neu* cj. Pith. — Dig. om. *ne quis...dicat.* 43) *reorum* cj. Io. Canneg. 44) *in hoc* Vind. 45) *octogesimi VII. hi* Vind. *octoginta septimonium* Verc. om. *his ... testimonium.* 46) *nec dicunt* Vind. Verc. Scal. 47) *consobrinus*, om. *qui*, Vind. 48) *proprioreve* Pith. ed. Vind. *qui priore vel* Verc. *propioreve* Scal. sec. Haen. 49) Hoc kap. exst. Paul. V. 15. §§. 1...3. 50) *Paulus...titulo* om. Vind. et Verc. 51) *et quaestionibus* om. Paul. Vis., continetur tamen rubricis tit. 14. et 16. 52) *susceptos* Pith., quod Pith. defendere conatur. *suscoeptos* Vind. *susceptus* Verc. *suspectos gratiae* Paul. Vis. 53) *eos idem*, om. *et*, Vind. 54) *de domo* om. Vind. Verc. 55) *eduxit* Pith. *produxerit* Paul. Visig. 56) *interrogare* Scal. sec. Haen. 57) *in* om. Scal. 58) *teste* Paul. Vis. 59) *exspectari* Vind. Scal. *expectari* Verc. 60) *si sint adfinem* Pith. *in hac finem* Vind. 61) *adgnatos* L. 10. pr. D. de gradib. et affin. 62) *rei* om. Scal. 63) *iubere* Vind. *iuvere* Verc. *in vere* Scal. *in iure* cj. Scal. 64) *corrupit* Verc. 65) *Explicit Titulus de familiari testimonium non admittendo* Pith. *Explicit de falso testimonio* Vind. EXPL. TITULO DE TESTIMONIA Verc.

1) Haec duo verba om. codd. 2) Hoc kap. exstat Exod. XXII. 7. 8. 3) DIXIT Vind. Verc. 4) *aliquid* Scal. sec. Haen. 5) Sic Scal. et Vind. *vel* ed. Pith. et Verc. 6) *de eo homo* Vind. 7) *est eam rem* Verc. 8) *reddet* Pith. 9) *accedat* Scal. 10) *stabit* om. Pith. Verc. 11) *iuret* Verc. 12) *Modestinus ... secundo* om. Vind. Verc. 13) *vel* Pith. 14) COMMENDATE Vind. *commodato* cj. Cuiac. Scalig. Sane h. l. dici non potest commendare idem esse ac deponere, ut kap. 3. 7. §. 4. h. t. L. 24. med D. depos. L. 186. D. de V. S. L. 6. C. depos. et Ambros. de Tobia c. 21.: nam nostro loco de differentiis potius utriusque negotii agi vel ipse Modestiniani libri titulus docet. Nihilominus tamen in allegationibus veterum librorum vitiosus loquendi usus non librariis, sed ipsi potius collectori tribuendus videtur. 15) *commendati* omnes codd. *comendati* Scal. sed Haen 16) *est* omnes codd. *etiam* cj. Pith. 17) *quomodati* Vind. *commendati* Verc. 18) *enim* om. Verc. *vero* cj. Hotom. Obss. IV. 14. 19) *causola* Pith. *causam solam* Vind. *causula* (non *clausula*) Scal. *cum sola* cj. Pith. 20) *actionem* Vind. Verc. Scal. 21) *luxuriae* Vind. 22) *et* om. Vind. Verc. 23) *et* om. Verc. 24) *quia vel solius accipientis vel utriusque* cj. Hotom. Obss. IV. 14. 25) *culpa ... non etiam* om. Pith.: quae variorum coniiciendi atque emendandi generum causa fuit, quibus omnibus nunc opus non est. 26) *liceant* Verc. 27) *utrorumque* Verc. 28) *polli* Vind. 29) *rectoris* Vind. 30) *versatur* omnes codd. 31) *infamis ... damnatur* om. Vind 32) *sit infamus* Vind. 33) *dolum solum* cj. H. Canneg. p. 230. 34) *alter enim* Vind. *alter et* cj. H. Canneg. l. c. 35) *Actione ... experitur* L. 23. D. depos. 36) *deposito* Verc. Scal. 37) *servo constituto* additur in L. 23. D. depositi, quod suspectum videtur Cuiacio, in Recitt. ad Modest. differentt. *servo restituto* cj. Pith. 38) *civariarum* Pith. Verc. *cyba*

est[39], improbe cibariorum[40] exactionem intendit. Impensas tamen necessarias iure persequitur, quas forte in aegrum[41] vel alias laborantem impenderit. §. 6.[42] Res[43] deposita si subripiatur[44], dominus[45] eo nomine[46] habet furti actionem, quamvis eius[47], apud quem res deposita est, intersit ob impensas in rem factas rem[48] retinere[49]. Is vero, cui res commodata sit, furti experiri debebit, si modo solvendo fuerit. §. 7. Actio[50] commodati semper[51] in simplum[52] competit: depositi vero nonnunquam in duplum, scilicet si ruinae vel[53] naufragii vel incendii aut tumultus causa res deponatur[54].

Kp. III.[55] Ermogenianus[56] sub titulo de deposito[57] huiusmodi inserit constitutionem: §. 1. Idem Augustus (et)[58] Caesar Fl.[59] Munatio. Eum, qui suscepit depositum, dolum, non etiam casum praestare certi iuris est. Cum itaque[60] proponas[61] ignis vi[62] quaedam cremata de his, quae tibi fuere[63] commendata, nec ullum dolum in subtrahendis rebus adhibiturum[64], rector provinciae nihil contra iuris rationem fieri patietur. Et quoniam nec tu[65] quereris moras[66] adhibita[67] varietate[68], negotium inter vos ortum secundum iuris ordinem sua ratione[69] decidetur[70]. Subscripta[70*] VIII. Kal. Iul. Serdica[71], Augustis[72] Coss.[73]

Kp. IV. §. 1. Idem[74] Augustus et Caesar[75] Fl. Aurelio Attenico Andronico. Eos, penes[76] quos[77] vestem et argenti materiam deposuisse[78] proponis[79], apud rectorem provinciae convenit interrogari. Quod[80] sive teneant, sive dolo fecerint[81] quominus[82] possint restituere, secundum bonam fidem tibi satisfacere compellet[83]. Subscripta[84] VI.[85] Kal. Aprilis[86], Syrmi[87], Caess. Coss.[88]

Kp. V. §. 1. Idem[89] Augustus[90] et Caesares Aurelio et Eustatio et[91] Diosimo[92]. Is, qui depositum accepit, ultra dolum, si non aliud specialiter convenit, praestare nihil necesse habet. cuius memor[93] iuris rector provinciae partium allegationibus auditis pro ereptorum qualitate[94] suam[95] ordinabit[96] sententiam[97]. Subscripta[98] XIV. Kal. Nov. Appiaria.[99]

Kp. VI.[100] §. 1. Idem Augusti[1] et Caesares Septimiae[2] Quadratillae[3]. Qui dolo malo[4] depositum non restituit, suo nomine conventus[5] ad eius restitutionem cum infamiae[6] periculo[7] urgetur[8]. Subscripta[9] pridie[10] Idus Decembres Nicomediae[11] CC. Coss.[12]

Kp. VII[13]. Paulus libro secundo sententiarum sub

---

riarum Vind. Sane *rerum* suppleri posset. Cf. tamen l. 4. D. de aliment. leg. 39) *commendata est* Pith. Verc. *commendantem* Vind. 40) *civariarum* Pith. Verc. *cybariarum* Vind. 41) *cgrum* Vind. *corum* Verc. 42) kap. lxxiii. de dominos subripientes. Vind. kt. lxxviii. Verc. 43) *Respondit* Pith. Quod facile ita explicari potest, per litteram R cum linea traiecta tam *res*, quam *respondit* significari. Sic etiam cj. Cuiac. *Res aput te* cj. Pith. *res apud alium* ed. Paris. a. 1586. in marg. *res quondam* (s. *quoque*) cj. H. Canneg. p. 235. *res deposita* om. Vind. Verc. 44) *subripiatur* Scal. *subripiantur* Vind. 45) domus Verc. 46) Sic corrigendum erat ex cj.: nam omnes codd. pro *eo nomine* habent *domui*, non *domus*, quod ed. Paris., Genev. aliaeque exhibent. *rei* cj. Cuiac. *quidem* ed. Paris. a. 1586. in marg. *solus* cj. Vryhoff. obss. p. 120. *dominum* cj. Püttm. sec. H. Canneg. p. 235. *duntaxat* cj. Schult. in m. ed. Leewianae. Nostra autem emendatio, quam Gaii Iustinianique Institutiones satis confirmant, etiam ex scribendi compendiis aliquatenus explicari potest: nam Vind. kap. I. §. 1. h. t. pro *domui* habet *eo homo*: ex quo consequitur pariter *domui* scribi potuisse pro *eo homui* vel *co nomui*, cum vel *nunc* et *hanc* permutatum inveniamus tit. XVI. kap. 4. §. 1. 47) *eius* om. Pith. 48) *se* omnes codd. 49) *retinere* Verc. 50) Sic. cj. Pith. *solvenda actio fuerit* omnes codd. 51) *commodatis rem per* Verc. 52) *simplo* Verc. *in simplum semper* Scal. 53) *vel* om. Vind. 54) *causa reponatur* Vind. *causare deponatur* Verc. 55) Kapp. III ... VI. restituta sunt tit. XXI in cod. Hermog. 56) *Ermogenianus ... Munatio* om. Vind. Verc. 57) *de depositi* Scal. 58) *et* om. Pith. *Augusti et Caesares* cj. Cuiac. 59) *Flavius* Scal. sec. Haen. 60) *igitur* Scal. 61) *pro paena signis* Verc. 62) *sui* Scal. Vind. *suis* Verc. 63) *fuerit* Verc. 64) *adhibitis* Scal. 65) *tu* om. Vind. Verc. *metu* (pro *nec tu*) cum Anonymo cj. H. Canneg. p. 237. 66) *morae* cj. Cuiac. *moras aut* cj. H. Canneg. h. l. *mora* cj. Pauw. obss. p. 70. 67) *adhibitam* Vind. item cj. Cuiac. et Io. Canneg. *adhibitas* cj. H. Canneg. l. c. 68) Sic Scal. Verc. *varietatem* Vind. ed. Pith. *veritate* ed. Paris. a. 1586. in marg. *varie totum* cj. H. Canneg. l. c. *variatam rem* cj. Pauw. l. c. 69) *rationem* Scal. *nationem* Vind. *natione* Verc. 70) *decidatur* Vind. Verc. 70*) Subscriptionem om. Verc. 71) *Serdica ... Coss.* etiam Vind. omittit. 72) *Augustus*, corr. *Augustis*, Scal. 73) A. p. Chr. 293 ... 302. *Caesaribus* Pith. *Coss.* cj. Cuiac. et Schult. 74) Inscriptionem om. Vind. Verc. 75) *Cacsare* Scal. sec. Haen. *Augusti et Caesares* cj. Cuiac. 76) *Eas poenas* Vind. *Eas pacnas* Verc. *Euspernc* Scal. *Eo sperni* Scal. sec. Roever. 77) *quas* Vind. 78) *te deposuisse* cj. H. Canneg. pag. 241. 79) *pro paenis* Verc. 80) *quos* cj. Cuiac. 81) *fecerunt* Pith. 82) *cominus* Vind. Verc. 83) *compellit* Vind. Verc. 84) Subscriptionem om. Verc. 85) *VII.* Vind. 86) *Aprelis* Vind. 87) *Syrmi .. Coss.* om. Vind. 88) A. p. Chr. 294 ... 302. *Cons.* Scal. 89) Inscriptionem om. Vind. Verc. 90) *Augusti* cj. Cuiac. 91) *et* om. Scal. 92) *Diotimo* cj. H. Canneg. p. 241. 93) *memoria* Verc. 94) *qualitatemque* Vind. 95) *sua* ed. Pith. *suae* Scal. Verc. 96) *ordinavit* omnes codd. *ordinabit* ed. Pith. 97) *sententia* Pith. 98) Subscriptionem om. Vind. Verc. 99) A. p. Chr. 294 ... 302. 100) Hoc kap. exst. l. 10. C. depos. 1) Sic Iust. Cod. *Idem Augustus* Pith. idem Verc. Haec om. Vind. 2) *VII et* Pith. *Septimae* Vind. *Septimiae* Cod. Iust. sec. codd. mss. Pistor. Vatic. 1427. et Mont. Cassini. Sed Verc om. haec. 3) *Quadrat. Ille* Pith. Verc. *quadrat illae* Vind.; Iust. Cod. om. hoc nomen. *Quadrato. Ille* cj. Pith. 4) Iust. Cod. om. haec. 5) Idem *et condemnatus* addit, non probante Schult. 6) *infame* Vind. Verc. 7) Sic Iust. Cod. *cum infam. peric. rest.* omnes mss. 8) *urguetur* Pith. Verc. *urguntur* Vind. 9) Sic Vind. *Scripta* Pith. 10) *pridie* om. Pith. 11) *nicomedia* ed. Pith. *Il Comedia* Scal. *Nicom. CC. Coss.* om. Vind., Verc om. omnem inscriptionem. Item adhuc in Iust. Cod. desiderabatur: at in cod. ms. Pistor ita se habet: D. III. K. IV. D. CC. 12) p. Chr. a. 294. ... 302. 13) Haec maiore ex parte restituta sunt in Paul. II 12. §. 1 ... 11., nam solae §§. 5. 7. etiam

TITULO[14] DE DEPOSITO: §. 1. Deponere possumus apud alium id[15], quod nostri iuris est, vel alieni. §. 2. Depositum est quasi diu positum. servandum[16] est[17] quod ad breve[18] tempus custodiendum datur. §. 3. Deponere videtur qui in metu ruinae[19], incendii[20], naufragii[21] apud alium custodiae causa deponit[22]. §. 4. Deponere videtur et is qui suspectam[23] habens vel minus idoneam custodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem custodiendam commendat[24]. §. 5.[25] Si sacculum[26] vel argentum (signatum)[27] deposuero, et is penes[28] quem depositum fuit, me invito contrectavit[29], et depositi et furti actio mihi in eum competit. §. 6. Ob res depositas dolus tantum praestari solet. §. 7. In iudicio depositi et mora et[30] fructus veniunt, et usurae rei depositae praestantur[31]. §. 8. Si quis rem penes[32] se depositam[33] apud alium deposuerit, tam ipse directam[34], quam is, qui apud eum deposuit, utilem actionem depositi habere possunt. §. 9. Si pecuniam deposuero, eaque uti[35] tibi permisero[36], mutua[37] magis videtur, quam deposita[38], ac per hoc tuo periculo erit. §. 10. Si rem apud te depositam vendideris, eamque redemeris[39], postque eam[40] perdideris, semel admisso[41] dolo, perpetuo[42] depositi actione[43] teneberis. §. 11. Ex causa depositi lege duodecim tabularum in duplum actio datur, edicto praetoris in simplum.

Kp. VIII.[44] GREGORIANUS LIBRO IV. SUB TITULO DE DEPOSITO[45]: §. 1. Imp.[46] Alexander A. Mestrio[47] militi[48]. Incursu[49] latronum[50] ornamenta deposita[51] apud interfectum[52] ab eis[53] perierunt[54]: detrimentum ad heredes eius, qui depositum accepit, qui dolum tantum[55] praestare debuit[56], non pertinet[57]. Quodsi ex[58] praetextu[59] latrocinii commissi[60] res, quae[61] in potestatem[62] heredis[63] sunt[64], non restituuntur, tam depositi quam ad[65] exhibendum actio, sed et in rem vindicatio competit. Prop.[66] VII. Kal. Iul. Maximo[67] bis et Urbano Coss.[68]

Kp. IX.[69] PAULUS LIBRO[70] RESPONSORUM QUINTO, SUB TITULO EX[71] LOCATO ET CONDUCTO: §. 1. Imp. Antoninus Iulio[72] Agrippino[73]. Dominus horreorum periculum vis[74] maioris vel effracturae[75] latronum praestare non cogitur. His cessantibus[76] si quid[77] ex depositis[78] rebus, inlaesis extrinsecus horreis, periit[79], damnum[80] depositorum[81] sarciri[82] debet. Prop.[83] IV. Non. Nov.[84] Antonino A. IV.[85] (et Balbino)[86] Conss.[87] Paulus respondit[88] satis propositam[89] constitutionem declarare, his qui horrea locant, maiorem vim imputari[90] non posse.

EXPLICIT TITULUS DE DEPOSITO[91].

---

in Lege Rom. Vis. leguntur. 14) *Paulus ... titulo* a Vind. et Verc. abest. *libro sententiarum sub titulo secundo* Scal. 15) *aliud* Vind. 16) *quasi positum diu servandum. Commendatum* cj. Hotom. Obss. IV. 14. Interpunctionem mutandam esse, ut legatur: *Vel alieni dep. est: quasi diu pos. servandum*, cj. Moller. l. c. §. 8. 17) *et est* cj. H. Canneg. p. 241. Salmas. (de mut. p. 166.) cj.: *Depositum est quasi diu positum servandum. Commendatum est quod ad breve tempus custodiendum datur.* 18) *quod brevem* Vind. *quod breve* Verc. Scal. 19) *in me et in urbinee* Vind. *in meturbine* Verc. 20) *incendunt* Vind. Verc. 21) *naufragium* Vind. *naufragi* Verc. 22) *cause de deposito* Vind. *causa*, om. *deponit*, Verc. 23) *suspecto* Vind. *suspecta* Verc. 24) *commodat* Vind. Verc. 25) Exstat L. 29. pr. D. depositi (16. 3.) 26) *sacellum* Pith. *saccellum* Vind. Verc. 27) *signatum* om. omnes codd., est autem in Dig. et L. Rom. Vis. 28) *poenes* Vind. *paenis* Verc. *pene* Scal. 29) *contrectavi* Vind. Verc. *contrectaverit* Dig. et Lex Rom. Visig. 30) *et* om. L. Rom. Vis. 31) *prestentur* Verc. *postulantur* L. Rom. Vis. 32) *poenes* Vind. *poene* Verc. *paene* Scal. 33) *se positam* ed. Pith. *se posita* Scal. *sedem positam* Vind. 34) *direptam* Scal. Vind. Verc. 35) *eam hancque in* Pith. *eamque* Vind. Verc. *eamque utendam* cj. Cuiac. *eamque in usum* cj. Pith. *eamque etiam* cj. Schroeder. (Obss. iur. civ. p. 357.) *eamque uti* cj. H. Canneg. p. 246. *eamque in nomen* cj. H. Canneg. h. l. Nobiscum faciunt L. 9. §. 9. et L. 10 D. de reb. cred. 36) *commisero* Pith. *promisero* Vind. Verc. *permisero* L. 9. L. 10. citt. 37) *mutuum* ed. Pith. *mutuam* Scal. Vind. 38) *depositum* Pith. 39) *redimeris* omnes codd. 40) Sic cj. Pith. *postquam* Pith. *eam postquam* Vind. *eamque postquam* Verc. *post eam* cj. Cuiacius. 41) *semala misso* Vind. *semel amisso* Verc. et Scal. sec. Haen. 42) *perpetua* Pith. Verc. *perpetuam* Scal. sec. Haen. 43) *actionem* Scal. Verc. In Vind. verba *actione . . . duplum actio* desiderantur. 44) Exstat L. 1. C. depositi (4. 34.), sed aucta a Tribuniano. 45) Rubricam om. Vind. Verc. 46) *Imp. . . . militi* om. Verc. 47) Sic Pith. et Iust. Cod. sec. mss. Pistor. Cassin. Vatic. 1427. *Mesteno* edd. *Alexander amisorio* Vind. 48) *militi* om. C. Iust. 49) *Si incursu* C. Iust. 50) *vel alio fortuito casu* addit C. Iust. 51) *exposita* Vind. Verc. 52) *aput interpraefectum* Scal. 53) *ab eis* om. C. Iust. 54) *perierint* Verc. C. Iust. 55) *dolum solum et latam culpam, si non aliud specialiter convenit* C. Iust. 56) *debent* ed. Pith. *debuit* Scal. 57) *potuit* Scal. 58) *ex* om. C. Iust. 59) *praetexto* Vind. Scal. *pretexto* Verc. 60) *vel alterius fortuiti casus* addit C. Iust. 61) *quem* Vind. Verc. 62) *potestate* Pith. C. Iust. 63) *heredi* Verc. 64) *vel quas dolo desiit possidere* addit C. Iust. 65) *ad* om. Vind. Verc. 66) Subscriptionem om. Vind. Verc., item adhuc in Cod. Iust. desiderabatur. exstat tamen in cod. Pistoriensi ita: *pp. IIII. id. iul. max. et urbano oss.* 67) *maximiano* Pith. 68) A. p. Chr. 234. 69) Imperatoris rescriptum exstat L. 1. C. de locato et cond. (4. 65.) 70) *liber* Scal. Vind. omnem inscr. om. Verc. 71) *de* cj. Cuiac. 72) *Antoninus A.* C. Iust. 73) *Agripino* Verc. 74) *sui* Scal. Vind. Verc. 75) *effracturam* Cod. Iust. 76) KAP. LXXXI. ins. Vind. KP. LXXXVI. Verc. 77) *quis* Vind. Verc. *cum* Scal. 78) *ex positis* omnes codd. *extrinsecus ex depositis rebus inlaesis* C. Iust. male. 79) *periit* om. Pith. *perit* Vind. Verc. *perierit* C. Iust. 80) *dampnum* Vind. 81) *depositarum rerum* C. Iust. 82) *sarcire* Verc. *ei resarcire* C. Iust. vulg.; sed palimps. Veron. *sarciri*. 83) Subscr. om. Vind. Verc. Item in Iust. Cod. desiderabatur, nisi quod Charondas eam ex nostro libello margini adscripserat: inveni autem eam tam in cod. Pistor., quam in foliis rescriptis Veron. 84) *pp. k iul. romae* cod. Pist. *pp. prid. non. ian.* palimps. Veron. 85) *antonino III* Pith. *ant.* cod. Pist. 86) *et Balbino* om. Pith. 87) A. p. Chr. 213. — *Cons.* Pith. 88) *Paulus resp.* om. Vind. Verc. KAP. LXXXII. Vind. KP. LXXXVIII. DE Verc. 89) *praepositam* Pith. *proposita* Verc. 90) *imputare* Vind. 91) EXPLICIT DE DEPOSITIS Vind. Sed Verc. om. haec.

INCIPIT [1] DE ABIGEATORIBUS.[2]

TITULUS UNDECIMUS [3].

Kp. I. [4] Moyses dicit: §. 1. Si quis involaverit [5] vitulum aut ovem et occiderit aut [6] vendiderit [7], quinque vitulos restituat [8] pro vitulo uno, quattuor oves pro ove una. §. 2. Quodsi non habet unde reddat, venundetur [9] pro furto [10].

Kp. II. [11] Paulus libro sententiarum V. [12] sub titulo [13] de abigeatoribus [14]: §. 1. Atroces pecorum abactores plerumque [15] ad gladium vel in metallum, nonnunquam autem in [16] opus publicum dantur. Atroces autem sunt qui equos et greges ovium de stabulo vel de pascuis abigunt [17], vel si [18] id saepius [19], aut si [20] ferro, conducta [21] manu, faciunt.

Kp. III. [22] Idem paulus eodem libro et titulo: §. 1. Abactores [23] sunt qui [24] unum equum, vel duas equas, totidemque boves, vel capras decem, porcos quinque abegerint. Quicquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum [25], poena [26] furti, pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum convenitur, aut fustibus caesus in opus publicum unius anni datur, aut sub poena vinculorum dómino restituitur [27].

Kp. IV. [28] Idem [29] paulus eodem libro et titulo: §. 1. Si ea pecora, de quibus quis litigat [30], abegerit, ad forum remittendus est; atque [31] ita convictus in duplum vel in [32] triplum furis [33] more damnatur [34].

Kp. V. [35] Idem paulus eodem libro et titulo [36]: §. 1. Qui bovem vel equum errantem quodve aliud pecus [37] abduxerit [38], furem magis cum [39] quam abactorem [40] constitui placuit.

Kp. VI. Paulus libro singulari [41] de poenis paganorum sub titulo de abigeis [42] dixit: §. 1. Cum durius abigei [43] dampnantur [44], et ad gladium tradantur [45]: itaque Divus Pius ad concilium Baeticae [46] rescripsit. §. 2. Qui [47] pecora, de quibus litigabat, abegit, ad [48] forum [49] remittendus est [50], et si victus fuerit, in duplum vel quadruplum condemnandus [51].

Kp. VII. [52] Ulpianus libro octavo [53] de officio proconsulis, sub titulo de abigeis [54]: §. 1. De abigeis [55] puniendis ita Divus Hadrianus [56] rescripsit concilio [57] Baeticae [58]: „Abigei [59] cum [60] durissime puniuntur, ad gladium [61] damnari solent [62]: puniuntur [63] autem durissime non ubique, sed ubi frequentius est hoc [64] genus maleficii [65]; alioquin et [66] in opus, et [67] nonnunquam temporarium [68] damnantur [69]. §. 2. Ideoque puto apud vos quoque sufficere genus poenae, quod maximo [70] huic maleficio inrogari solet, ut ad gladium [71] abigei dentur; aut si quis tam notus et tam gravis in abigendo fuit, ut prius ex hoc crimine aliqua poena affectus sit, hunc in metallum dari oportere". §. 3. Rescriptum Divi Hadriani [72] sic loquitur, quasi gravior poena sit metalli: nisi forte hoc sensit Divus Hadrianus [73] gladii poenam dicendo ludi damnationem [74]. §. 4. Est autem differentia inter eos, qui ad gladium, et eos qui ad ludum [75] damnantnr: nam ad gladium damnati statim consumuntur [76], vel certe intra annum debent [77] consumi; hoc enim mandatis [78] continetur. enimvero qui in ludum damnan-

---

1) unde incipit Scal. 2) abegeatoribus Scal. abactoribus Vind. actoribus Verc. 3) Haec om. omnes. 4) Exstat Exod. XXII. 1. 3. i. f. 5) *embolaverit* Vind. 6) *et* Vind. 7) *venundaverit* Verc. 8) *restituet* ed. Pith. *restituere* Scal. 9) *venundatur* Vind. Verc. 10) *furato* Scal. 11) Restituta sunt haec Paul. V. 18. §. 2. 12) v. Pith. om. 13) Haec om. Vind. 14) abactoribus Vind. actoribus Verc. Certe verba *abigeus*, *abigeator et abactor* saepius promiscuo usu habentur, ut Schult. probavit ad h. l. 15) *pecorumque* Vind. 16) *in* om. Vind. 17) *reabigunt* Vind. 18) *si vel* cj. Gothofr. ad L. un. Th C. quor. usus interd. est (15. 15.) 19) *saevius* cj. Vonck. pag. 42. 20) *aut a* codd. *aut cum* cj. Faber sec. Pith. *aut*, om. *a*, cj. Pith. 21) *conductam* Vind. *aut conducta* cj. Faber. sec. Pith. *coactave* cj. Freher. parerg. I. 9. item cj. Pith. sec. ed. Paris. a. 1689. 22) Exstat Paul. l. c. §. 1. 23) *abigeatores* Pith. *abactores* ed. Pith. cum ceteris. 24) *qui* om. Vind. Verc. 25) *oblatum* Vind. Verc. 26) *imponat* codd. *poena* ed. Pith. *in poena* cj. Scal. *in poenam* cj. Cuiac. Sed in Paul. Vis. est *poena*. 27) *restituetur* Vind. Verc. Scal. 28) Exstat Paul. l. c. §. 3. 29) item Verc. 30) *litigaverat* Pith. Vind. *litigaverit* Verc. 31) *adque* Vind. Scal. 32) *in* om. Pith. 33) *foris* Vind. Verc. 34) *dampnatur* Vind. *damnentur* ed. Genev. a. 1586. 35) Hic locus restitutus est Paul. l. c. §. 4. Est etiam in Edicto Theodor. cap. 58. init. ita: „Qui bovem vel equum errantem, vel aliud pecus abduxerit, furti magis reus tenendus est." 36) Inscr. om. Vind. Verc. 37) *quod vel* (corr. *ve*) *aliud pecus quod vel aliut pecus* Vind. 38) *adduxerit* Vind. 39) *non furem eum esse* Vind. 40) *abigeatorem* Pith. 41) Haec om. Vind. 42) *abigeis* Verc. ut saepius. 43) *abysei.* Vind. *ambigei* Verc. 44) *damnantur* Pith. *dampnatur* Vind. 45) *traduntur* ed. Paris. a. 1586. in marg. 46) *bettice*, vel *hettice* Vind. *battice* Vind. *beticae* Scal. 47) *et ipsi qui* Scal. *et ipse qui* Scal. sec. Roever. 48) *a* Vind. 49) *furum* Scal. 50) *premittendus* Vind. Verc. Scal. 51) *condempnandus* Vind. 52) Exstat L. 1. pr. D. de abigeis (47. 14.) 53) Haec om. Vind. 54) de sub titulo abiseis Vind. Omnem inscript. om. Verc. 55) Haec om. Vind. *De* om. Scal. 56) *Adrianus* Pith. 57) *consulio* Vind. *consilio* Dig. *proconsuli* Dig. in edd. Hal. et Beckii, pessime. Cfr. Io. Fr. Gronov. ad Liv. XLIV. 2. I. Gothofr. ad L. 1 Th. C. de legatis et decretis (12. 12.) kap. 6. §. 1. h. t. 58) *bettice* Vind. *betticae* Verc. In Dig.: *consilio Baeticae rescripsit*. 59) *abigeis* Verc. 60) *quod* Vind. 61) *ad olantium* Vind. 62) *solet* Verc. 63) *puniantur* Vind. 64) *id* Dig. 65) *maleficia* Vind. 66) *alioqui nec* Pith. *loqui nec* Vind. 67) *et* om. Hal. Beck. 68) *temporalium* Vind. 69) *dampnantur* Vind. *damnatur* Verc. *dantur* Dig. 70) *maxime* cj. Pith. *maximum* cj. P. Faber. Semestr. II. 11. et Leonin. Obss. VI. 4. 71) *solet aut gladio* Vind. 72) *Adriani* Pith. 73) *Adrianus* Pith. 74) *dampnationem* Vind. 75) *et eos qui ad ludum* in Verc. sunt ante *est autem ... gladium*. 76) *consummuntur* et mox *consummi* Vind. 77) *debent a* om. Verc. 78) *da-*

tur non utique consumuntur [78]; sed etiam [79] pilleari [80], et rudem accipere possunt post intervallum [81], siquidem post quinquennium pilleari [82], post triennium autem rudem induere [83] eis permittitur. §. 5. [84] Eodem rescripto [85] Divi Hadriani [86] diligentissime expressum est non ubique parem esse poenam abigeorum.

Kp. VIII. [87] ITEM ULPIANUS LIBRO ET TITULO [88] QUI SUPRA [89]: §. 1. Abigei autem proprie hi [90] habentur qui pecora ex pastu [91] et [92] ex armentis [93] subtrahunt, et quodammodo depraedantur [94], et abigendi [95] studium quasi artem exercent, equas de grege [96] vel boves de armentis [97] abducentes [98]. Ceterum [99] si quis [100] bovem aberrantem, vel equum [1], in solitudinem [2] abduxerit [3], non est abigeus, sed fur potius [4]. §. 2. Sed et [5] qui porcum [6], vel [7] capram, vel berbicem [8] abducunt [9], non tam graviter, ut hi qui [10] maiora animalia abigunt [11], plecti debent [12]. §. 3. Quamquam autem Hadrianus metalli poenam, item operis [13] vel etiam gladii [14] praestituerit [15], attamen [16] qui honestiori [17] loco nati sunt, non debent ad hanc poenam pertinere; sed aut [18] relegandi [19] erunt, aut removendi [20] ordine [21]. §. 4. Romae [22] tamen etiam bestiis obiici [23] abigeos videmus [24]: et sane qui cum gladio abigunt [25], non inique hac poena afficiuntur [26].

EXPLICIT DE ABIGEIS [27]

INCIPIT [1] DE INCENDIARIIS.

TITULUS DUODECIMUS [2].

Kp. I. [3] MOYSES DICIT: §. 1. Si exierit [4] ignis et invenerit spinas et comprehenderit areas vel [5] spicas vel campum, aestimationem [6] restituet ille qui succendit ignem.

vum delet Bilderd. 39) Sic cj. H. Canneg. aliique. *excludant* codd. praeter Scal. sec. Haen. 40) *constituta* cj. H. Canneg. 41) Sic cj. Cuiac. *quoniam* omnes codd. *quos etiam* cj. H. Canneg. *moliuntur* cj. Bondam. l. c. 42) *novimus* cj. H. Canneg. *nocivos*, vel *etiam novis* cj. Vonck. p. 47. *nova* cj. Bondam. Verbum eiecit Bilderd. *nobis. Quoniam* cj. Bynkersh. p. 217. 43) *manichaeos esse* cj. H. Canneg. *et manichaeos* cj. Bondam. l. c. 44) *audivimus* Pith. 45) *eos nuperrime* omnes codd. *quoque nuper inde* cj. H. Canneg. *eos* eiecit Bilderd. 46) *velut* Pith. 47) *inopinata* delet Bilderd. 48) *perfida* (*persida*?) Verc. Cf. Pseudo-Ambros. l. c. 49) *vel orta esse et* delet Bilderd. 50) *ubique* cj. H. Canneg. et Bilderd. 51) *et* om. Baron. 52) *inferre* cj. Pith. *ingerere* cj. Schult. ad Greg. C. h. t. Codicum scripturam recte defendit Bynkersh. p. 219. 53) *accendenti* Pith. Verc. *accendente* vel *accedente* Scal. *accedente* Baron. 54) *ut ... tempore* delet Bilderd. 55) *conveniatur* Vind. *conventur* Verc. 56) *per* om. codd.; cj. Pith. sec. ed. Paris. a. 1689. 57) *et grande* Vind. *et grandes* Verc. 58) *istebas* Pith. *sevas* Vind. *is scevas* Verc. *scaevas* cj. Vonck. p. 49. *incestas* cj. Pith. sec. ed. a. 1689. et Barth. Adv. XXIV. 20. *istas has* Baron. *pristinas* ed. Heidelb. *exteras* cj. Bilderd. *detestabiles* H. Canneg. *infestas* Alteserra sec. H. Canneg. *inficetas* Io. Canneg. h. l. *Histaspeas* cj. Fr. Pith. sec. Cuiac. *Thyesteas* cj. Voss. ad Catull. p. 315. *Aegystheas*, sive *bestias* cj. Bynkersh. p. 219. 59) *Persarum* delet Bilderd. 60) *innocentiores* Vind. *in nocentioris* cj. Bilderd. *in innocentioris* cj. Idem et H. Canneg. *inducere et innocentioris* cj. Roever. c. 12. 61) *et Romanam gentem* cj. H. Canneg. p. 327. *Romanam, gentem ... tranquillam*, quasi haec glossema essent, cj. Bilderd. 62) *universam urbem nostram* Vind. *urbem*, corr. *orbem* etiam Scal. habet. 63) Sic cj. Pith. *venenis de suis* omnes codd. *de venenis suis* cj. Roev. l. c. *venena de suis* cj. Barth. Adv. XXIV. 20. 64) *malibolis* Verc. *malis ovis* cj. Barth. l. c. 65) Sic cj. Cuiac. aliique. *infigere* omnes codd. *defigere* cj. Pith. sec. ed. a. 1689. quod improbat Schult. 66) *haec* Vind. 67) *prudentiam tuam* Verc. 68) *relationem* Pith. Vind.; Bilderd. interpreti tribuit verba *in relatione et genera maleficiorum*. 69) *statutis* Pith. *statutum* Vind. *statuti* Verc. *statuimus* cj. H. Canneg. p. 329. *satis* cj. Vonck. p. 51. 70) *evidentissimis* Scal. *evidentissime* cj. Bilderd. 71) *acquisita* Vind. *adquisita* Verc. in quo *atque* latere videtur, quod om. omnes codices. *sunt exquisita* cj. Bondam. 72) *inventa* Vind. *astu inventa* cj. H. Canneg. l. c. *adinventis* cj. Roever. cap. XII. et Bondam. A Bilderdykio pro interpretamento habentur verba *et adinventa*. 73) *comperimus* cj. Bilderdyk. 74) *eorum maenas* Pith. *erumnas* Vind. Verc. *eorum manes* cj. Cuiac. *eorum machinas* ed. Heidelb. *eorum minas* Baron. *eorum naevis* cj. Bondam. *ea removemus* cj. H. Canneg. p. 329. *non Romanas* cj. Vonck. l. c. *commeritas* cj. Struchtm. p. 85. *coercitiones* cj. Bilderd. 75) *adque* Vind. *at* cj. Vonck. l. c. *poenas aeque* cj. Bondam. 76) Sic ed. Genev. et Schult. *illi* Pith. Verc. *illas* Vind. 77) *una cum abominandis scripturis* librarii culpa huc aberrasse suspicatur Bilderdyk. 78) *subiici* Pith. 79) *aut*, om. *ita*, Verc. 80) *consectantes* Baron. *consectarios* cj. Bilderd. 81) Sic cj. Pith. et Cuiac. *ad eos* omnes codd. 82) *et usque adeo contentiosos* delet Bilderd. 83) *nomina* Vind. 84) *quis* Scal. Vind. Verc. 85) *etiam* pro glossemate habet Bilderd. 86) *personam* Vind. *aut ... personae* delet Bilderd. 87) *hue* Vind. Scal. *hunc* Verc. 88) *et* cj. Pith. 89) *secutam* Vind. Scal. 90) *vel ... Persarum* delet Bilderd. 91) *transtulerunt* Pith. Vind. 92) *bona* Baron. 93) *associari* Verc. 94) *facias* Vind. 95) *ipsosque* Baron. 96) *forensibus* omnes codd. *forensibus* Scal. et cj. Bynkersh. p. 222. *elaphonensibus* cj. Pith. *fonensibus* ed. Paris. a. 1586. in m., et S. Petit. Obss. II. 10. *fennensibus* sive *phaenensibus* cj. Schult. 97) *p̄eonensibus* Verc. *proconnensibus* cj. Pith. et Schult. 97*) Verbum delet Bilderd. 98) Sic cj. Vryhoff. obss. p. 184. et Bondam specim. c. 1. *malis* Pith. Vind. *mali* Verc. *radix* cj. Pith. *messis* cj. Cuiac. *talis* ed. Paris. a. 1586. in m. *magis* ed. Heidelb. *immanis* cj. H. Canneg. p. 331. *inanis* cj. Struchtm. p. 86. *magica* cj. Bondam. var. lect. 11. 99) *et* Baron. 100) *hoc* ins. Vind. 1) *possint* Baron. 2) *ac st.* delet Bilderd. 3) *ob secundari* Vind. *obsecundato* cj. Bynkersh. et Bondam. specim. c. 1. 4) Hoc ex cj. add. Pith. *procurabit* ed. Heidelb. *studebit*, vel *studeat* cj. Bilderd. 5) (A. p. Chr. 287.?) Subscriptionem om. Verc. *Alexandriae* etiam Vind. om. 6) EXPLICIT DE MATHEMATICIS, ceteris om. Vind. Haec omnia om. Verc.

INCIPIT[1] DE LEGITIMA SUCCESSIONE[2].

TITULUS SEXTUS DECIMUS[3].

Kp. I.[4] SCRIPTURA DIVINA SIC DICIT: §. 1. Filiae Salfadae[5] adstantes ante Moysen et Eleazarum sacerdotes et principes, atque omnem[6] senatum filiorum Israel in foribus tabernaculi testimonii, dixerunt: §. 2. Pater noster mortuus est: et filii non fuerunt ei, sed filiae: §. 3. et ideo non deleatur nomen patris nostri de medio tribus suae[7]. Non est ei masculus: date nobis possessionem in medio fratrum patris nostri. §. 4. Et obtulit[8] Moyses petitionem[9] earum coram deo[10]. §. 5. Et locutus est Dominus Moysi dicens: §. 6. Recte filiae Salphadae[11] locutae sunt, et ideo dabitis eis possessionem hereditatis in medio fratrum patris earum. §. 7. Et dices[12] haec filiis Israel: Homo si decesserit, et[13] filios[14] non habuerit, §. 8. dabitis hereditatem proximo eorum de tribu eius: et possidebit omnia eius. Et haec erit filiis Israel iustificatio iudiciorum, secundum[15] quae constituit Dominus Moysi.

Kp. II.[16] GAIUS INSTITUTIONUM LIBRO III.[17] LEGITIMAS SIC ORDINAT SUCCESSIONES: §. 1. Intestatorum[18] hereditates[19] lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent. §. 2. Sui[20] autem heredes existimantur[21] liberi, qui in potestate morientis fuerunt, veluti filius filiave[22], nepos neptisve (ex filio)[23], pronepos proneptisve ex nepote[24] filio nato prognatus prognatave: nec interest (utrum)[25] naturales (sint)[26] liberi, an adoptivi[27]: ita demum tamen nepos neptisve et[28] pronepos proneptisve suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit (in potestate parentis esse, sive morte id acciderit)[29], sive alia ratione, veluti emancipatione. nam si per id[30] tempus, quo quis moritur[31], filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest.[32] idem et in ceteris[33] deinceps liberorum personis dictum intellegimus. §. 3. Uxor quoque, quae in manu eius[34] est[35], ei[36] sua heres est, quia filiae loco[37] est: item nurus, quae in filii manu est; nam et haec neptis loco est[38]. sed ita demum erit sua heres, si[39] filius, cuius in manu erit[40], cum[41] pater moritur, in potestate eius non sit[42]. idemque dicimus et de ea, quae in[43] nepotis manu matrimonii causa sit, quia proneptis loco est. §. 4. Postumi quoque, qui[44] si vivo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui[45] heredes sunt. §. 5.[46] Idem iuris est de his, quorum[47] nomine[48] ex lege Aelia[49] Sentia vel ex senatusconsulto post mortem[50] patris causa (probatur: nam et hi, vivo patre causa)[51] probata, in potestate eius futuri essent. §. 6. (Quod)[52] etiam[53] de eo filio[54], qui ex prima secundave[55] mancipatione[56] post mortem patris manumittitur, intellegemus[57]. §. 7.[58] (Igitur)[59] cum filius filiave et ex altero filio nepotes neptesve extant[60], pariter ad hereditatem vocantur; nec qui gradu[61] proximior[62] est ulteriorem excludit: aequum enim videbatur[63] nepotes neptesve in patris sui locum portionemque succedere. Pari ratione et si nepos neptisve[64] sit ex filio, et ex nepote

---

1) INCIPIT TITULUS XVI. Scal. KP. CXXV. ITEM Verc. 2) DE LEGITIMAS ACTIONES Vind. DE LEGITIMA ACTIONE Verc. 3) Haec om. codd. 4) Exst. Numer. XXVII. 2...8. 11. 5) *salpha. d.* Vind. *salpadae* Verc. 6) *sacerdotem et principem omnemque* Pith. 7) *de media tribu sua* Vind. 8) *optulit* Verc. 9) *petitiones* Verc. 10) *domino deo*, om. *coram*, Pith. Verc. 11) *salpadae* Pith. Verc. *salphad* Vind. 12) *dicimus* Pith *dicis* Verc. 13) *et* om. Vind. 14) *filium* Vind. *filius* Verc. 15) *sicut*, om. *quae*, Vind. 16) LIBER INSTITUTIONUM KAP. CXXI. Vind. LIBRO TERTIO INSTITUTIONŪ KP. CXXVI. DE SUCCESSIONE INTER FR̄S Verc. Haec nunc leguntur apud Gaium III. §. 1...17. sed usque ad §. 5. med. ex nostro praesertim loco restituta. Cf. Gaius Visig. II. 8., pr. et §§. 1. 2. Inst. de hered. quae ab int., ubi tamen aliunde nonnulla addita sunt. 17) II. cj. Pith. Quae sequuntur cum verbo *Intestatorum* om. Verc. 18) *statutorum* Scal. *intestatorum autem* Instt. 19) *ex* ins. Instt. 20) *Si* Scal. Verc. 21) *ut supra diximus* ins. Instt. 22) *filia vel* Pith. Vind. *filiave vel* Verc. *filiave sed* Scal. 23) Sic Instt. Nostri codd. om. *ex filio*; etiam *neptisve pronepos* om. Vind. 24) *vel* ins. Vind. *nepote ex* Inst. 25) Sic Instt. *interesse*, om. *utrum*, omnes codd. 26) *sint* ex Instt. 27) Hic multa ex novo iure adduntur in Instt. 28) *et* om. Inst. 29) Haec om. codd.; habent Instt. 30) Sic Instt. *idem* omnes codd. 31) Sic Instt. Hal. *quisque morictur* Pith. Vind. *quisque moriatur* Verc. *quis moreretur* Instt. sec. Cuiac. et Bien. 32) KAP. CXXII. ins. Vind. CXXVII Verc. 33) *ceteri* Vind. 34) *eius* reiecit Göschen. *viri* cj. Ferd. de Retes Opusc. lib. I. c. 4. §. 10. an *alicuius*? 35) *in manum eius venit* cj. H. Canneg. p. 339. 36) Sic cj. Pith. Cuiac. et de Retes. *is* Pith. *in* Verc. Verbum om. Vind. item H. Canneg. et Göschen. *iure suo* cj. Bondam. var. lect. 12. 37) *in loco* Vind. *locus* Verc. 38) *item...loco est* om. Vind. 39) *si* om. Vind. Verc. 40) *eius* Vind. Verc. Scal. 41) *dum* Pith. Vind. 42) *sit* KAP. CXXIII. Vind. KP. CXXVIII. Verc. 43) *in* om. Vind. DE Verc. 44) *qui* om. Vind. Verc. 45) *sibi* Vind. Verc. 46) KAP. CXXIV. Vind. 47) *qui erroris* cj. Cuiac. *qui eorum* cj. Schult. ad Gaium Vis. II. 8. *qui iure* cj. H. Canneg. p. 341. 48) Sic cj. Pith. Cuiac. Schult. Cf. etiam Gaius II. 142. *nomina* omnes codd. *postliminii et* cj. H. Canneg. p. 341. 49) *helia* Vind. 50) Inde ab hoc verbo Gaii codex Veronensis etiamnunc superest. 51) Ex cod. Veron. 52) *quad* om. codd. exhibet tamen Veronensis. *idem* cj. Scal. 53) Sic cod. Veron. *et* nostri codd. 54) *de officio* Vind. 55) Sic cod. Veron. *secundaque* nostri codd. 56) *emancipatione* Pith. Vind. *emancipationem*, corr. *emancipatione*, Scal. 57) Sic cod. Veron. *intelligimus* Pith. *intellegimus* Verc. *ille legitimus* Vind. 58) §§. 7. 8. exstant §. 6. Inst. de hered. quae ab intest. (3. 1.) 59) Hoc ex cod. Ver. supplevi; abest a Iust. Instt. 60) Sic cod. Veron et Instt. sec. Bien. *existent* Pith. Verc. *existente* Vind. *existunt* Instt. Hal. et Cuiac. 61) *gradum* Vind. Verc. 62) Sic cod. Ver. et Inst. *propior* Pith. *proprium* Vind. *proprio* Verc. 63) Sic cod. Veron. *videtur* Pith. Verc. Inst. *videntur* Vind. 64) *neptisque* cod. Veron. *neptesve* Verc.

pronepos proneptisve [65], simul (omnes) [66] vocantur (ad hereditatem) [66]. §. 8. Et quia placebat nepotes neptesve, item [67] pronepotes proneptesve in patris [68] sui locum succedere, conveniens esse visum [69] est non in capita, sed [70] in stirpes hereditates [71] dividi, (ita) [72] ut filius partem dimidiam [73] hereditatis ferat [74], (et) [75] ex altero filio duo pluresve nepotes alteram [76] dimidiam: item [77] si ex duobus filiis nepotes extent [78], et [79] ex altero filio unus forte vel duo [80], ex altero tres aut quattuor [81], (ad unum aut ad duos dimidia pars pertineat, et ad tres aut quattuor) [82] altera [83] dimidia [84]. §. 9. De agnatis [85]. Si nullus sit suorum heredum, tunc hereditas pertinet [86] ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos. §. 10. [86*] Vocantur autem agnati qui legitima cognatione iuncti [87] sunt. Legitima autem cognatio haec est [88] quae per virilis sexus [89] personas [90] coniungitur [91]: itaque [92] eodem patre nati [93] fratres agnati sibi [94] sunt, qui etiam consanguinei vocantur; nec requiritur an matrem eandem [95] habuerint [96]. item [97] patruus fratris filio, et invicem is illi agnatus est. eodem [98] numero sunt fratres patrueles inter se [99], id est qui ex duobus fratribus progenerati [100] sunt, quos plerique etiam consobrinos vocant [1]. qua ratione scilicet etiam ad plures gradus agnationis [2] pervenire poterimus [3]. §. 11. Non tamen omnibus simul agnatis dat lex duodecim tabularum hereditatem, sed his, qui tunc [4], cum [5] certum est aliquem intestato [6] decessisse, proximo [7] gradu sunt. §. 12. [8] Nec in eo iure successio est: ideoque si heres [9] proximus omiserit [10], vel antequam hereditatem [11] adierit decesserit, sequentibus nihil iuris ex lege [12] competit. §. 13. [13] Ideo autem non mortis tempore quis proximus [14] erit [15] requirimus, sed eo tempore, quo certum fuerit aliquem intestatum [16] decessisse, quia [17] si quis testamento facto decesserit, melius esse visum est tunc (ex iis) [18] requiri proximum [19], cum certum esse coeperit neminem ex eo testamento heredem fore [20]. §. 14. Quod ad feminas tamen [21] attinet [22], (in) [23] hoc iure aliud in ipsarum hereditatibus capiendis placuit [24], aliud in ceterorum (bonis) [25] ab his capiendis. nam [26] feminarum hereditates proinde [27] (ad nos) [28] agnationis iure redeunt, atque masculorum: nostrae vero hereditates ad feminas ultra consanguineorum [29] gradum non pertinent. itaque soror fratri sororive legitima heres est: amita vero et fratris filia (legitima) [30] heres esse non potest. Sororis autem nobis loco est etiam mater aut noverca, quae per in manum conventionem apud patrem nostrum ius filiae consecuta [31] est. §. 15. Si ei, qui [32] defunctus erit, sit [33] frater et alterius fratris filius, sicut ex superioribus intellegitur [34], frater [35] potior [36] est, quia gradu praecedit: sed alia facta (est) [37] iuris interpretatio inter suos heredes. §. 16. Quodsi defuncti nullus frater extet, sed [38] sint liberi fratrum, ad omnes quidem hereditas pertinet: sed [39] quaesitum est, si dispari numero sint, forte [40] nati [41] ex uno unus vel duo, et [42] ex altero tres aut [43] quattuor, utrum in stirpes dividenda sit hereditas, sicut inter suos heredes iuris est, an potius in capita. iam dudum tamen [44] placuit in capita dividendam [45] hereditatem: itaque quotquot [46] erunt ab utraque parte personae, in tot portiones hereditas [47] dividetur [48], et [49] singuli singulas portiones ferent [50]. §. 17. Si

---

65) *neptisve* cod. Ver. 66) Haec idem solus exhibet. 67) KAP. CXXV. *Item* Vind. *Require post capitulū* cxxxmo IIII° *capitulū* cū xxxū. KP CXXVIIII. IDEM Verc. cfr. infra nota 77. 68) *parentis* cod. Ver. et Instt. 69) Pith. om. *esse visum est.* 70) *et* Verc. 71) *hereditatem* Vind. *hereditatis* Verc. Scal. 72) Ex cod. Veron. 73) Sic idem et Instt. *dimidiam partem* nostri codd. *dimidiam item* Scal. 74) Sic cod. Veron. *fruat* Pith. *fuerat* Vind. Verc. *habeat* Instt. 75) *et* om. nostri codd. 76) *aliam* Vind. 77) KAP CXXVI. *Item* Vind. Omnia, quae sequuntur, usque ad verbum *habuerint*, in media §. 10., om. Verc.: cuius lacunae causa ea, quae antea, nota 67. relata sunt, librarius scripsisse videtur. 78) *existant* Vind. 79) *et* om. Pith. et Instt. 80) *duo* om. Vind. Scal. 81) *quatuor* Pith. 82) Haec etiam om. Pith. Vind. 83) *alteram* Vind. et cj. Scal. 84) Sic cod. Veron. et Instt. *dimidiam* Pith. et Vind. 85) Haec a cod. Ver. et Instt. absunt. *agnatus* Scal. 86) *et* ins. Vind. 86*) §§. 10. 11. nonnullis mutatis repetuntur §. 1. Inst. de legitima agnat. succ. (3, 2). Simil. Gaius Vis. II. 8. §. 3. 87) *vincti* Pith. 88) *hoc est* Vind. *est ea* cod. Veron. 89) *ex virili sexu* Vind. 90) *persona* Scal. *personae* Vind. 91) *coniunguntur* Vind. 92) Sic Vind. et Instt. *ita qui* Pith. *itaque qui* cj. Göschenius. 93) *sunt* ins. Pith., recepit Göschen. 94) *visi* Scal. Vind. 95) *etiam eandem matrem* Instt. 96) *habuerunt.* KAP. CVXXII. Vind. KP. CXXX. Verc. 97) ITEM Verc. 98) *eorum* Vind. 99) *inter se* om. Inst. 100) *procreati* Inst. 1) *quos . . . vocant* om. Verc. 2) *agnitionis* Vind. Verc. 3) *potuerimus* Pith. *praeterimus* Verc. 4) *tum* Scal. 5) *cum* om. Scal. Vind. Verc. 6) *intestatum* Scal. 7) *proximiore* Instt. Vulg. *proximiores* Hal. 8) Simil. § 7. Inst. cod. 9) *agnatus* cod. Veron. 10) *proximo suo miserit* Vind. *proximos omiserit* Verc. *proximus hereditatem omiserit* cod. Veron., si scripturae vestigiis fidem habere licet. *spreverit hereditatem* Inst. 11) *hereditatem* om. Inst. et Göschen. 12) *ex lege* omnes codd.; sed Pith. om. incuria. 13) Simil. §. 6. Inst. cod. 14) *proximum* Vind. A Pith. verba *quis . . . tempore* absunt. 15) *sit* cj. Gösch. 16) *intestamentum* Vind. *intestamentu* Verc. 17) Sic cj. Pith. et Gösch. *quam* omnes codd. *quoniam* cj. Cuiac. Cf. Oisel. ad Gaium Visig. II. 8. Fabrot. ad Theoph. III. 2. §. 6. 18) Haec solus cod. Veron. habet, aut certe habere videtur. 19) *est* ins. Verc. 20) *fors her.* cod. Ver. 21) *tamen* om. Pith. 22) *attinent* Vind. *adtinet* Verc. 23) *in* ex cod. Ver. 24) Sic cod. Ver. *placet* nostri codd. 25) *bonis* ex cod. Ver. 26) Sic cod. Ver. *nam et* nostri codd. 27) *deinde* Vind. *perinde* ed. Heidelb. et Gösch. 28) Ex cod. Veron. 29) *nostrae . . . consanguineorum* om. Verc. 30) Ex cod. Ver. 31) *iuncta* Vind. *cuncta* Verc. 32) Sic cod. Veron. *Si quis* nostri codd. 33) *si sit* nostri codd. 34) *intelligitur* Pith. Vind. 35) *frater* om. Vind. 36) *prior* cod. Veron. 37) Sic cod. Veron. *faciat* Pith. *facta* Vind. Verc. *facit*, *fuit*, *fuerat*, *placita*, *sancita*, variorum sunt coniecturae. 38) *extet* Pith. *sed* om. cod. Ver. 39) *sed* om. cod. Ver. 40) *forte numero sint* cod. Ver. 41) *nati ut* cod. Ver. 42) *et* om. cod. Ver. *aut* Vind. 43) *vel* cod. Ver. 44) Sic cod. Ver. *autem* nostri codd. 45) *dividendam esse* Veron. 46) *quod* Verc. 47) *hereditas . . . portiones* om. Pith. [per ὁμοιοτέλευτον]. 48) *dividitur* Vind. 49) *ita ut* cod. Ver. 50) *fuerunt* Pith. *fecerunt* Vind. *fer̄* (i. e. *ferunt*) Verc. *fe-*

nullus agnatus sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat[51]. Qui siut autem gentiles primo commentario[52] retulimus[53]: et[54] cum illic[55] admonuerimus (totum)[56] gentilicium[57] ius in desuetudinem[58] abiisse[59], supervacuum est hoc quoque loco de ea re[60] curiosius tractare.

Kp. III.[61] PAULUS[62] LIBRO SENTENTIARUM IV.[63] SUB TITULO DE INTESTATORUM[64] SUCCESSIONIBUS[65]: §. 1. Intestati dicuntur qui testamentum facere non possunt, vel ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt: vel hi, quorum hereditas repudiata est, cuiusve conditio[66] defecerit. Sane[67] iure praetorio factum testamentum abiecta[68] doli exceptione[69] optinebit[70]. §. 2. Ii[71], quorum testamenta rumpuntur[72] aut inrita[73] fiunt, ipso[74] quidem[75] iure testati[76] decedunt, sed per consequentias[77] sublato testamento intestati decedunt. §. 3. Intestatorum hereditas lege duodecim tabularum primum suis heredibus, deinde agnatis, et[78] aliquando quoque[79] gentilibus[80] deferebatur. sane consanguineos[81] lex non adprehenderat[82]: interpretatione[83] prudentium primum inter agnatos locum acceperunt. §. 4. Sui[84] heredes sunt hi[85]: primo loco filius filia in potestatem[86] patris constituti[87]; nec interest[88] adoptivi sint, an[89] naturales et[90] secundum legem Iuliam Papiamve quaesiti[91], modo maneant in potestate[92]. §. 5. Qui sui heredes sunt, ipso iure heredes etiam ignorantes constituuntur, ut furiosi, aut infantes et peregrinantes[93]: quibus bonorum possessio[94] propter praetoriam actionem non erit[95] necessaria[96]. §. 6. In[97] suis heredibus adeo a morte[98] testatoris[99] rerum hereditariarum dominium continuatur[100], ut nec auctoritas pupillis[1], nec furiosis curator sit necessarius, nec si[2] forte solvendo[3] (non)[4] sit hereditas: quamvis etiam furiosus si resipuerit, et pupillus si adoleverit, abstinere possint. §. 7. Post mortem patris natus, vel ab hostibus reversus, aut ex primo secundove mancipio manumissus, cuiusve[5] erroris causa probata, licet non fuerint[6] in potestate, sui tamen patri heredes efficiuntur. §. 8. Post filios filias ad intestatorum successionem inter suos veniunt[7] nepotes, neptes, pronepotes[8], proneptes, ac[9] deinde masculino sexu post[10] filium descendentes, si nullus parentum impedimento[11] ipsis[12] in avi potestate[13] vel proavi familia remanserit[14]. parentes enim liberis suis, cum quibus in potestate fuerunt[15] ipsi[16], ordine successionis obsistunt[17]. §. 9. Filii si[18] cum nepotibus ex alio filio susceptis in familia retinentur[19], ad intestati[20] patris successionem cum fratris filiis vocantur[21]: quibus in patris sui partem[22] venientibus hereditas in stirpes, non[23] in capita dividitur, ita[24] ut unus[25] filius et plures nepotes singulos semisses habeant. Idemque[26] evenit, si avo[27] ex duobus filiis

---

rant cod. Ver. *ferrent* cj. Scal sec. Pugg. *ferent* cj. Scal. sec. Dorvill. *ferunt* cj. Cuiac. *fient, forent, fundetur, scindetur* alii coniecerunt. 51) *vocant* Vind. et cod. Ver. 52) *commentariorum* Pith. 53) *rettulimus* cod. Ver. *et ultimum* Pith. Verc. *respondit et ultimum* Vind. *traditum, evolutum expositum* olim coniiciebatur. 54) *est et* ed. Pith. *est* Vind. Verc. Scal. *et* cod. Ver. 55) *illud* Scal. 56) Ex cod. Ver. 57) Sic Scal. et Verc. *gentilitium* ed. Pith. et Vind. *gentilicum* cod. Ver. 58) *inde sue consuetudine* Verc. 59) *abisse* Vind. Scal. *habuisse* Verc. 60) *de eadem re iterum* (?) cod. Ver. 61) Paul. IV. 8. §§. 1 ... 19. 22.; sed praeter §§. 14. 18. 22. omnia ex nostro loco restituta sunt. 62) *Paulus ... titulo* om. Verc.; Vind. etiam reliquam rubricae partem om. 63) VII. Pith. 64) Sic L. Rom. Vis. *testamentorum* Pith. INTESTORUM Verc. 65) *successione* Paul. Vis. 66) *condicio* Verc. 67) Sic cj. Scal. et Io. Canneg. ad h. l. *sine* omnes codd. *si* cj. Cuiac. addito *sit* post *testamentum*. 68) Sic omnes. codd. *obiecta* cj. Pith. et Cuiac. *adiecta* cj. Scal. *non obiecta* cj. Schult. ad Paul. IV. 8. §. 1. *abiecta doli obiecta exc.* cj. Io. Canneg. ad h. l. 69) Sic cj. Pith. Cuiac. aliique. *expectatione* Pith. Verc. *exspectationem* Vind. 70) *obtinebit* Pith. Verc. 71) *eorum* omnes codd. *ii enim* cj. Schult. l. c. 72) *rumponuntur* Vind. *testamentarum ponuntur* Verc. 73) *invita* Vind. Verc. 74) *quamvis ipso* (vel *licet* pro *ipso quidem*) cj. Pith. 75) *quoque* Vind. 76) *testamenti* Pith. *intestati* cj. Pith. Scal. Cuiac. Schult. 77) *consequentia* Verc. *sed ... decedunt* om. Pith., nec cuiquam ea quae desiderabantur recte supplere contigerat. 78) *est* Vind. *est et* Verc. 79) *enim* Vind. 80) Sic cj. Pith. Scal. Cuiac. Schult *gentibus* omnes codd. 81) Sic cj. Pith. et Scal. *consanguineis* omnes codd. *consanguineos quos* cj. Cuiac. Schult. 82) *adprehenderet* Vind. *apphenderat* Verc. *comprehenderat* cj. I. Gothofr. ad leg. XII. tabb., probatt. ad tab. V. cap. 2. *adprehendit at* ed. Paris. a. 1586. in marg., item cj. Pauw. obss. p. 76. 83) *sed interpretatione* cj. Pith. 84) *sibi* Vind. *suis* Verc. 85) *hoc* Scal. Vind. Verc. 86) *potestate* Pith. 87) *constituta* Scal. 88) *interest si* Vind. Verc. 89) *tam* Vind. 90) *cos* Vind. Verc. 91) *papianum exquisiti* Vind. *papiam vel quesiti* Verc. *papiamque quaesiti* cj. Schult. ad Paul. h. l. 92) *potestatem* Vind. 93) *ex* [ut saepius pro *et*] *p.* Vind. Verc. *aut p.* ed. Heidelb. *et peregri nati* cj. Cuiac. Cf. §. ult. Inst. de H. I. (2. 14.) 94) *possessionis* Pith. Verc. *possessiones* Scal. Vind. *ius bonorum possessionis* cj. Pith. 95) *erat* omnes codd. *erit* cj. Pith. 96) *necessarium* ed. Pith. *necessariā* Scal. sec. Haen. 97) *in* om. Scal. Vind. Verc. 98) *ad mortem* Pith. *a mortem* Vind. 99) *parentis* cj. Schult. ad Paul. h. l., propter §. 3. Inst. de hered. q. ab int. (3. 1.) 100) *continuatur*. KP. CXXXII. IDEM Verc. 1) *pupillo* Pith. *pupillū* Verc. 2) Sic cj. Cuiac. qui prius *si* legerat. *nisi* omnes codd. Cf. not. 4. 3) Sic cj. Pith. et Cuiacius. *solvenda* Pith. Verc. *volvenda* Vind. 4) *non*, quod om. codd. cj. Pith. et Cuiac. 5) *cuiusve erroris* delendum esse cj. Scal. 6) *fuerit* Vind. Verc. 7) *veniant* Vind. Verc. 8) *pronepotes* om. Vind. 9) *aut* Vind. *hac* Verc. 10) *per* cj. Rittersh., non adprobante Schult. 11) *parentiū inpedimentū* Verc. 12) *ipsi* Vind. Verc. Scal. 13) *potestatem* Vind. 14) *permanere* Vind. *remanseri* (?) Verc. *remanserint* cj. Scal. 15) *fuerit* Vind. *fuerint* Verc. 16) *ipsis* ed. Heidelb. 17) *constituunt* Vind. *obstituunt* Verc. 18) *filius*, om. *si*, Vind. Verc. Scal. 19) *retentus* cj. Scal. 20) *ab intestato ad* Pith. 21) *vocatur* Vind. Verc. et cj. Scal. *in* add. Scal. 22) *parentes* Vind. Verc. *parentem* Scal. 23) *in st. non* om. Verc. 24) KP. CXXXIII. ITEM Verc. 25) *unus* om. Pith. 26) Sic cj. Pith. *idque* omnes codd. 27) *si ab eo* omnes codd. *si cum eo* cj. Pith. *si avo* ed. Par. a. 1586. in m. et cj. Schult. *et si avo* cj. Io. Canneg. h. l.

impari [28] numero nepotes successerint [29]. §. 10. Ex filia nepotes sui heredes non sunt: in avi enim materni potestate [30] alienam familiam sequentes ipsa ratione esse non possunt. §. 11. Eo tempore suus heres constituendus est, quo certum est aliquem intestatum decessisse: quod ex eventu deficientis conditionis [31], et ortu nepotis, qui vivo avo post mortem patris natus (sit), iniri [32] potest. §. 12. Quem [33] filius emancipatus suscepit, vel adoptavit [34], sui heredis locum in avi successione, sicut ipse pater, obtinere non potest. adoptivus [35] tamen nec quasi [36] cognatus bonorum possessionem [37] eius petere [38] potest. §. 13. Si sui heredes non sunt, ad agnatos [39] legitima hereditas pertinebit [40], inter quos primum locum consanguinei obtinent. Agnati autem sunt cognati virilis sexus per virilem (sexum) [41] descendentes: sicut filius fratris, et patruus, et deinceps [42] tota successio. §. 14. Inter agnatos et cognatos hoc interest: in agnatis etiam [43] cognati continentur: inter cognatos [44] vero agnati non comprehenduntur. et ideo patruus et agnatus est et cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo [45] est [46]. §. 15 Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diversis matribus, qui [47] in potestate fuerunt [48] mortis tempore; adoptivus quoque frater, si non sit emancipatus, et hi qui post mortem patris nati sunt, vel causam probaverunt [49]. §. 16. Soror iure consanguinitatis tam ad fratris, quam ad sororis hereditatem admittitur. §. 17. Consanguineis non existentibus, agnatis defertur [50] hereditas, prout quis alterum gradu [51] praecesserit. quodsi plures eodem gradu [52] consistunt, simul admittuntur. §. 18. Si sit frater [53] defuncti [54], et fratris filius et nepos [55], fratre [56] non existente [57], filius fratris [58] nepoti praefertur. §. 19. Sed si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes, sed in capita hereditas distribuitur, scilicet ut pro numero singulorum viritim [59] distribuatur [60] hereditas. §. 20. [61] Feminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas [62] successiones [63] non admittuntur [64]: idque [65] iure civili Voconiana ratione [66] videtur effectum. ceterum lex duodecim tabularum sine ulla discretione [67] sexus agnatos [68] admittit.

Kp. IV. Ulpianus libro singulari [69] sub titulo de legitimis hereditatibus [70]: §. 1. [71] Intestatorum [72] gentilitiorum [73] hereditates pertinent primum ad suos heredes, id est liberos qui in potestate sunt, ceterosque qui in [74] liberorum loco sunt. si sui heredes non sint [75], ad consanguineos, id est fratres et [76] sorores ex eodem patre. si nec hi sunt, ad reliquos agnatos (proximos, id est cognatos) [77] virilis sexus per mares [78] descendentes, eiusdem familiae. Id [79] enim cautum est lege duodecim tabularum hac [80]: „Si intestatus [81] moritur, cui suus [82] heres nec esit [83], agna-

---

28) Sic cj. Pith. et Io. Canneg. *in patrum* omnes codd. 29) *successerunt* Vind. 30) *potestatem* Vind. Verc. 31) *condicionis* Vind. 32) *iniri*, om. *sit* Pith. *siniri* Vind. *finiri* Verc. Legendum esse *sit iniri*, iam Cuiacius viderat. *est iniri* cj. Scal. *definiri* cj. Schult. 33) *cum* Scal. *cuius* Vind. KP. CXXXIIII. IDEM. CUM Verc. 34) *adoptivi* Vind. 35) *adoptivum* Verc. 36) *ne quasi* Pith. Vind. *neque si* Verc. *nec quasi* ed. Heidelb. et cj. Schultingius, qui etiam veretur, „ne aliqua exciderint, in quibus sit facta mentio nepotis ex filio emancipato nati, qui ad bonorum avi possessionem admittitur ex edicto unde liberi: et sic additum deinde hoc de adoptivis, qui nullo tali beneficio gaudent." Utrumque displicet Vonckio p. 52. cum *ne* pro *ne quidem* accipi posse, et *tamen* redundare contendat. 37) *possessionum* Vind. Verc. *possessione* cj. Schult., quamvis *potiri* et cum accus. construi posse ex Sanctii Minerva III. 3. probari censeat. 38) *potiri* Pith. *potire* Scal. 39) *agnatum* Vind. 40) *pertineri* Verc.: isque finis totius libelli est in hoc codice. 41) *sexum* om. uterque cod. *per personam virilem* cj. Moller. diss. c. VI. §. 11. 42) *deinceps et* ed. Heidelb. Leew. Schult., mero lapsu typographi, ut videtur. 43) *enim etiam* Pith. 44) *agnatos* Vind. 45) *modo* Vind. *tantummodo cognatus* Scal. 46) *est* om. Paul. Vis. 47) *quibus* Vind. 48) *fuerint* Vind. 49) *probaverint* Vind. 50) *agentis differtur* Vind. 51) *gradum* Vind. 52) *eosdem grados* Vind. 53) *si sint fratres* Paul. Vis. *si sint frater* cj. Cuiac. ad Paul. h. l. et Balduin. Iustinian. lib. IV. 54) *defunctus* cj. Freher. parerg. l. 9. 55) *filii vel nepotes* Paul. Vis. *filius vel nepos* cj. Cuiac. ad Paul. et Balduin. l. c. 56) Sic Paul. Vis et Vind. *fratres et* Pith. *ex fratre* cj. Freher. l. c. *frater filio fratris vel eo* cj. Cuiac. Balduin. ll. cc. *ex fratre set* cj. Scal. *fratre herede* ed. Paris. a. 1586. in m. *frater et fratre*, aut potius *fr. et eo* cj. Io. Canneg. h. l. Sed nulla emendatione opus esse videtur. 57) *existentes* Pith. *existentem* Vind. 58) *fratris filius* cj. Balduin. l. c. Utrumque verbum delet Cuiac. 59) *virium* Pith. *iuri* Vind. *iurium* vel *viritim* cj. Pith. *marium* cj. Fr. Hotom. illustr. quaestion. c. 14. fin.; improbante Rittersh. ad Novell. part. VII. cap. 1. num. 8. Ceterum idem Rittersh. ad Paul. h. l. verba *scilicet . . . hereditas* glossam sapere monuerat. 60) *distribuitur* Vind. 61) Haec §. nunc est in Paul. IV. 8. § 22. 62) *consanguineos* Vind. 63) *successiones* spurium videtur Giphanio atque Rittersh. sed rectius defenditur a Schultingio. 64) *amittantur* Vind. 65) Sic Paul. Vis. *id quod* Pith. *hi quod* Vind. 66) Sic Paul. Visig. sec. codd. Cuiac. *voconia narratione* Paul. Vis. sec. codd. plerosque. *voconia rationem* Pith. *coniurationem* Vind. *voconia rogatione* cj. Pith. et Cuiac. *ratione* cj. Pith. et Scal. 67) Sic Paul. Vis. *discrepatione* Pith. *discrepationes* Scal. *disceptationem* Vind. 68) Sic cj. Giphan. Raguell. I Gothofr. aliique. *cognatos* Pith. Paul. Vis. *cognatis* Vind 69) *regularum singulari* cj. Schilling. diss. de Ulp. fragm. 1824. p. 16. *Ulpianus . . . titulo* om. Vind. 70) *heredibus* Ulp. fragm. Cf. Schill. l. c. p. 49. 50. 71) §. 1. exst. Ulp. fragm. XXVI. §. 1. 72) Hoc verbum tam in Pith. quam in Vind. rubricae pars est. 73) *ingenuorum* Ulp. Quod nostro quoque loco substitudum esse censet Schill. l. c. p. 51 . . . 55. 74) Sic Vind. Ulp. *in* om. Pith. Cf. Schill. p. 55. 56. 75) *sunt* Ulp: quod praefert Schill. p. 56. 76) *aut* Vind. 77) Haec ex Ulp. supplenda erant. 78) *matres* Vind. Scal. 79) *his* Pith. *sic* cj. Cuiac. 80) *at*, vel *ac* cj. Cuiac. *ast* cj. Contius in brevi collect. XII. tabb. cap. 67. quem sequuntur Io. Canneg. aliique *ac* edd. Ulpiani vulgatae. *ut* cj. P. Faber. Verbum delent Charondas et Balduin. Sed vide Dirksenii Zwölf-Tafel-fragm. p. 349. et Schilling. l. c. p. 57. 58. 81) *intestato* Ulp. fragm. quod ut praeferatur Ciceronis ac Pauli verba suadere videntur. Vid. Dirks. p. 349. Schill. p. 58. 82) Sic Ulp. *cuius*, pro *cui suus*, nostri codd. 83) *est* nostri codd.; ab Ulpiani fragmentis abest, vacuo tamen spatio relicto. Vid. Zeitschr. für gesch. Rechtswiss.

tus proximus familiam habeto"[84]. §. 2. Si agnatus defuncti non sit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat, his verbis „Si agnatus[85] nec esit[86], gentiles[87] familiam[88] habento". Nunc[89] nec gentilitia[90] iura in usu sunt.

Kp. V. IDEM[91] (LIBRO)[92] INSTITUTIONUM (SECUNDO[93], SUB TITULO DE SUCCESSIONIBUS)[94] AB INTESTATO[95]: §. 1. Ab intestato quoque hereditas defertur[96] per ius civile, aut per praetoris beneficium. per ius civile suis heredibus, vel liberis, qui in potestate fuerunt[97], filio[98] filiae, et deinceps, qui in locum defuncti parentis, qui[99] ex eodem nati sunt, succedunt.

Kp. VI. IDEM[100] EODEM LIBRO: §. 1. Post suos ab intestato legitimi admittuntur, primum consanguinei; ii[1] sunt frater[2] et soror, qui in eiusdem potestate[3] patris fuerunt[4], etsi ex diversis matribus nati sunt. §. 2. Consanguineos et[5] adoptio facit, et adrogatio, causae probatio, et in manum conventio.

Kp. VII. IDEM[100] EODEM LIBRO: §. 1. Et consanguinei[6] legitimi vocantur. Hi sunt agnati, qui nos per patris cognationem contingunt, virilis sexus: nam sciendum feminis, ultra consanguineas, hereditates legitimas non deferri. §. 2. Suis praetor solet emancipatos liberos, itemque civitate donatos coniungere data bonorum possessione[7]: sic tamen, ut bona, si quae propria habent, his qui in potestate manserunt conferant. nam aequissimum putavit neque eos bonis paternis carere per hoc quia non sunt in potestate neque praecipua bona propria habere, cum partem sint ablaturi suis heredibus.

Kp. VIII. IDEM[100] LIBRO QUI SUPRA, (SUB TITULO)[8] DE SUIS[9] (ET LEGITIMIS)[10] HEREDIBUS: §. 1. Post consanguineos[11] praetor vocat cognatos: cognati autem sunt qui nos per patrem aut[12] matrem contingunt: post cognatos virum et uxorem. §. 2. Et haec[13], si qui decessit non fuit libertinus, vel stirpis libertinae: ceterum si libertinus est vel libertina, ad patronum eius legitima hereditas, patronamve lege duodecim tabularum defertur[14].

Kp. IX. IDEM[100] EODEM LIBRO: §. 1. Post familiam patroni[15] vocat praetor patronum et patronam; item liberos, et parentes patroni, patronae: deinde virum et uxorem, mox cognatos patroni et patronae[16]. §. 2. Quodsi is, qui decessit, liber fuit absque[17] remancipatione manumissus, lex quidem duodecim tabularum manumissori legitimam hereditatem detulit: sed praetor aequitate motus decem personas cognatorum ei praetulit has: patrem, matrem, filium, filiam, avum, aviam, nepotem, neptem, fratrem, sororem: ne quis occasione iuris sanguinis necessitudinem vinceret. §. 3. Sed imperator noster in hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, eas solas personas voluit admitti, quibus decimae[18] immunitatem[19] ipse praebuit.

Tom. IV. p. 130. *extabit* cj. Contius, quem vulgares Ulpiani edd. sequuntur. *sit* cj. Haubold. et Hugo, parum probante Schillingio l. c. p. 61. *escit* cj. Cuiac. Obss. VII. 18. et Charond. Cf. Dirksenii Zwölf-Tafel-fragm. p. 350. 351. Schill. l. c. p. 59...62. At vero omnibus istis praeferendum esse *esit* recte me monuit Odofr. Müllerus. nam Festus s. v. *nec* (pag. 177. ed. Lindemann.) ex duodecim tabb. refert: *„ast ei custos nec esit."* Macrob. Saturn. I. 4: *„sei nox furtum factum esit."* Sic etiam *esum* olim dicebatur pro *sum*. Varro de L. L. lib. IX. cap. 57. pag. 530. sqq. Ideoque minus probanda videtur vulgaris lectio *escit*, quae inchoativi potius verbi significationem habet, quamvis Ursino auctore vel in Festi locum irrepserit. 84) Sic Ulp. et L. 195. §. 1. fin. D. de V. S. *habeatur* nostri codd. *habeat*, *verum* vel *habeat*, *at vero* cj. Io. Canneg. h. l. 85) Sic cj. Pith. et Scal. *si gnatus* Pith. *sic natus* Vind. 86) *nescit* Pith. Vind. *nec sit* cj. Pith. et Scal. *nec escit* cj. Cuiac. quem plurimi secuti sunt. *nec essit* ed. Paris a. 1586. in marg. *nec esit* cj. Freher. parerg. I. 9. et Müller. *nec erit* cj. Vitus ad leges decemviror. §. 105. Cf. Dirksen. l. c. pag. 358. 87) Sic uterque codex. *gentilis* cj. Cuiac. Fr. Pithoeus aliique. 88) *familias* Vind. 89) *heres hanc* uterque codex. Et de hoc quidem loco perquam copiose disputavit Schilling. l. c. p. 66...85. cf. Dirksen. l. c. p. 359...363. *herciscant* cj. Oisel. sec. Pith.: quem prorsus refellit Schillingius, sicut et Lipsium et Vitum. qui *herciscunto* maluerant. *nancitor* cj. Freher. et Dirksen ll. cc. *heres nancitor* cj. I. Gothofr. ad XII tabb. *familiae heres esto* cj. Fr. Pith. ad XII tabb. *habeant nunc* cj. Petr. Pith. *habeto nunc* cj. Cuiac. *habento*, om. *heres* vel *nunc*, cj. Roever. qui istud *heres* merum glossema esse sibi persuaserat. Sane etiam Schultingio *heres* post *escit* ponendum esse videbatur. Nobis tamen omnium maxime placet Schillingii sententia (l. c. p. 84.), verbum *heres* ex scripturae compendio ortum esse, cum *habet* et *heres* eadem nota insigniri solitum fuisse vel P. Diaconus testis sit. 90) *gentilicia* Scal. 91) *item* Pith. 92) *libro* om. uterque codex; cj. Cuiac. *libro II.* cj. Pith. 93) *ab intestato institutionum* uterque cod. 94) Sic cj. Pith. Scal. et Cuiac. 95) Vide not. 94. *quae ab intestato deferuntur* cj. Scal. 96) *differtur* Vind. 97) *fuerint* Vind. 98) Sic cj. Scal et Schult. *filii* uterque cod. 99) *cum aliis qui* cj. Schult. 100) *item* Pith. 1) *ii* om. Vind. et Scal. sec. Haen. 2) *fratres* Pith. 3) *potestatem* Vind. 4) *fuerint* Vind. 5) *et* om. Scal. 6) *et consanguineis* Pith. *a consanguineis* cj. Pith. *post consanguineos* cj. Scal. et Cuiac. *ex consanguineis* ed. Heidelb. 7) *possessiones*. EXPLICIT. Vind., ita totum librum claudens. *possessiones* etiam Scal. habet. 8) Haec om. cod. 9) *a suis* cj. Pith., ita ut ad verbum *vocat* haec trahantur. Sane etiam Schultingio aliunde huc illata esse videbantur, cum de suis iam dudum egerit Ulpianus. 10) Haec etiam om. cod. 11) *agnatos* cj., vel potius interpretationis causa adscripsit Cuiac. 12) *patrem aut* delet Cuiac. 13) *hoc* ed. Heidelb. 14) Sic cj. Cuiac. et Schult. *refertur* cod. Pith., quod frustra defendere studet Vonck. p. 52. 15) *liberti* cj. Pith. quem refellunt Cuiac. Obss. XX. 34, et Schult. ad Ulp. XXVIII 7. 16) Haec ita transponenda esse *mox... patronae, deinde... uxorem*, cj. Cuiac. 17) Sic cj. Schult. *ex* cod. Pith. 18) *vicesimae* cj. Cuiac. et Pith. 19) Cf. Dion. Cass. Excerpta Peiresc. p. 745. Ramos del Manzano ad legg. Iul. et P. P. lib. I. cap. 24. §. 2. Schulting. ad Paul. IV. 6. §. 1.

CONSULTATIO

SIVE

CONSULTATIONES

VETERIS CUIUSDAM

IURISCONSULTI.

CURA

EDUARDI PUGGÉ.

PRAEFATIO.

Consultationem sive *Consultationes veteris ICti*, quas *de pactis* dicere solent, primum Iac. Cuiacius ad fidem codicis MS. ab Ant. Oiselio anno 1563. sibi donati [1] edidit in fronte suarum ipsius Consultationum [2]. Exemplum, quod b. Hauboldus Parisiis a. 1577. in forma octonaria editum esse dixit [3], valde dubito num exstiterit: nam certior factus sum Hauboldum non nisi ex coniectura de hac Parisina Consultationum editione dixisse; anni autem notationem cum ex catalogo Bynkershoekiano sumpsisse. Neque minus v. ill. Hugo [4] quod Parisiis a. 1579. principem prodiisse editionem putavit, erravisse videtur: nam Consultationes non solum iam in Cuiacii operibus, anno 1577. Parisiis apud Nivellium fol. editis, exstant [5], tum, ut puto, primum publici iuris factae; sed etiam nulla omnino Consultationum editio anno 1579. prodiit, cum praeter Hugonis coniecturam, quod equidem sciam, huius exempli indicium non exstet. Quod in operibus Cuiacianis a. 1584. ap. Nivellium editis exstat libelli nostri exemplum, de eo, cum ab editione principe nihil fere discrepet, vix est quod moneam. Sed maximi momenti est exemplar Consultationum, quod habemus ad calcem Theodosiani Codicis, Parisiis a. 1586. fol. impressi; tum quod in multis locis a prioribus, de quibus dixi, editionibus recedit, tum quod nonnulla habet, quae in illis frustra quaesiveris, ut annotatio nostra indicabit. De exemplo Parisino a. 1607. edito lectorem ad Böckingii praefationem Macciano praemissam ablegamus [6]. Satis inter omnes constat Schultingium [7] Bienerumque [8] optime de libello nostro meruisse, et utrumque quidem annotatione critica, scripturaeque accurata tractatione, Schultingium etiam distinguendo per capita Consultationes, rerumque quarumdam explicatione.

Superest de editione nostra ut moneamus amicum cl. Rudorffium scripturam exemplorum Cuiacianorum a. 1577. et 1584. editorum inter se contulisse atque hanc annotationem humanissime nobiscum communicavisse; tum praeter recentiora exempla, et quae ad calcem Theod. Codicis Lugd. a. 1586. fol. et Paris. a. 1607. fol. prodierunt, me habuisse scripturae comparationem ex editionibus, quae ad calcem Theod. Cod. Parisiis et Genevae a. 1586. fol. in lucem datae sunt, desumptam. Quam comparationem maximae spei iuvenis, Gustavus Hasse, tum ob praeclaras animi dotes, tum ob affinitatem, quae inter nos intercessit, mihi carissimus, ante hos quattuor annos conscripsit, ipse has Consultationes recogniturus atque editurus, nisi praematura mors filium ad patrem paullo ante defunctum avocasset. — A codicum manu scriptorum usu et comparatione tantum abfui, ut fatear me nescire an Consultationum codex ms. ullus hodie exstet. In constituenda igitur scriptura id maxime egi, ut, reiecta in annotationem lectionum varietate, princeps exemplum (in opp. Cuiac. a. 1577.) plerumque sequerer, neque ab eo discederem, nisi ubi aperti librarii errores emendandi essent. vix enim dubito, quin editus ille liber scriptum codicem, quo Cuiacius usus est, presse secutus sit. —

Dabam Bonnae, mense Maio a. cIↄIↄcccxxxiv.

---

1) Cuiac. Obss. VII. 26.

2) Cum harum Consultationum scriptor incertus non, ut qui de iure respondent facere consueverunt, ableget consulentes ad auctores, quorum sententiis suam ipsius confirmet, sed ipsa auctorum verba ex codicibus Gregoriano, Hermogeniano, Theodosiano et ex Paulli sententiis proponat, iis Cuiacius iam prius cum Theod. Codicem a. 1566. cum aliis iuris anteiustiniani libris primum ederet, usus erat.

3) Instt. litter. p. 248. Instt. iur. Rom. priv. lineam. Lips. 1826. p. 163. not. d.

4) Ind. editt. ad calcem Paulli sententt. Berol. 1795. p. 157. Nro. 28. Vir ill. ipse in ephemeridibus s. Pandectis (*Civil. Magazin Vol. III. p.* 235.) fatetur non nisi coniectura ductum de hac editione se scripsisse. [*„Die Sammlung von Consultationen, Consultatio veteris ICti gab zuerst Cuias heraus, nach einem Manuscri-„pte von Loysel* (1576. *oder* 1579.)"] In eiusdem Historia iur. Rom. (edit. XI. p. 1094.) simpliciter scriptum est *„Cuias hat sie* (die Consultt.) 1577. *bey seinen eigenen Consultationen, in einer Ausgabe seiner Werke, „mit abdrucken lassen"*.

5) Fortasse iam an. 1577. ex Paris. editione Consultationes Colon. Agripp. repetitae sunt, et nescio, an haec editio cum ea, quae in catal. Bynkersh. indicatur, una eademque sit. Denuo Consultationes Colon. Agripp. 1578. et 1590. typis expressae sunt. Coloniensia exemplaria scripturam ex Cuiaciana (opp. ann. 1577.) repetunt. Qui novissime Coloniae librum edidit, cum scripturam a Cuiacio an. 1586. exhibitam non nosse apparet, quod tres posteriores constitutiones tum a Cuiacio primum publicatae desint. Idem dicendum est de exemplo Genev. an. 1586. edito, quod et ipsum editionem an. 1577. secutum esse videtur. Exemplar, quod ibid. a. 1593. prodiit, cum editione an. 1586., si postremum exceperis folium, omnino convenit.

6) Cf. supra p. 179. 180. Nro. 4.

7) Iurisprud. vet. anteiustin. ex rec. Schultingii Lips. 1754. 4°. p. 811. sqq.

8) Iur. civil. anteiust. Berol. 1815. 8. Tom. II. p. 1477. sqq.

CONSULTATIO

SIVE

CONSULTATIONES

VETERIS CUIUSDAM

IURISCONSULTI.

I. Consuluisti me utrum inter fratrem et sororem habita de rebus dividendis pactio virtutem aliquam possit retinere: quam tamen pactionem dicis mulierem illam metu mariti et imperio subscripsisse et ignorasse quae vel quales condiciones ipsi pactioni fuissent inditae vel insertae. Ergo si ita est, quemadmodum tua consultatione significas, pactum huiusmodi iure dissolvitur, nec stare poterit, quia legum beneficiis omnimodis impugnatur: primoreque [1] iuxta id, quod proposuisti, capite inviti pactio et metu coacti ipsis legibus de pactis clamantibus apertissime infirmatur: nam manifeste constitutum est, ne quispiam pacisci cogetur invitus. Dein textus memoratarum legum sic continet:

„quas libero arbitrio et voluntate confecit [2]".

Quis erit tam destitutus sapientia et vacuus intellectu, ut dicat illam pactionem fortem et firmam esse debere, quam mulier metu coacta mariti subscripsit imperio? Ac sic [3] liberam voluntatem et proprium arbitrium non intelligitur habuisse: ac per hoc ipso legum capite, sicut iam supra dictum est, tale pactum nullius iudicatur esse momenti, quantum leges subter annexae testantur. EX CORPORE GREGORIANI LIB. II.:

„Imp. Severus A. Iulio Conserturino. Ea, quae per „vim et metum gesta sunt, etiam citra principale au„xilium irrita esse debere iampridem constitutum est. „Accepta Kal. Iul. Dextro II. et Crispino Coss. [4]"

ITEM ALIA EX CORPORE ET LIBRO SUPRADICTO:

„Imp. Antoninus A. Iuliae Basiliae. [5] Pacta, quae ab „invitis [6] contra leges constitutionesque fiunt [7], nullam „vim habere indubitati iuris est *et cet.* PP. V. [8] Kal. „Aug. Antonino A. VI. [9] et Albino [10] Coss. [11]"

„Imp. Alexander A. Dionysio ad locum. Pactum, quod „mala fide factum est, irritum esse, *et cetera*. PP. II. „Id. Sept. Alexandro Aug. Cons. [12]"

ITEM ALIA EOD. LIBRO ET CORPORE:

„Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio He„raclidi. Si non ex mandato uxoris tuae adversario „eius cautionem remisisti, idque evidentibus documen„tis monstrari potest, quod citra conscientiam uxoris „tuae et ea invita factum est carebit effectu. PP. VIII. „Id. Sept. Diocletiano V. [13] et Maximiano III. Coss. [13*]"

ITEM ALIA EODEM LIBRO ET CORPORE:

„Imp. Carus et Numerianus AA. Aurelio. Cum frau„dis studio transactionem interpositam esse dicas, quod „inter vos gestum est infirmat iuris auctoritas. (*Et „reliqua.*) PP. VI. Idus Decembr. Caro et Carino Con„sulibus. [14]"

Ergo si leges servantur et custodiuntur principum statuta, pactionem, de qua locuti sumus, manifestissimum est nullas vires habere. Nam hoc loco THEODOSIANI LEGEM DE PACTIS pro hoc credidi inserendam, quia initium ipsius constitutionis tale est, ut dicas [15]:

„Si adversum pacta vel transactiones, quas libero ar„bitrio et voluntate confecit, putaverit esse veniendum, „et poenam reddat, et emolumenta perdat, et infami„am incurrat. [16]"

sed ille, qui liberum arbitrium habuit, non ille, qui invitus fecit, et faciendi voluntatem [17] non habuit.

II Secundo loco me consulendum sub hac voce duxisti, ut diceres divisionem in castello sic factam a marito mulieris ipsius, ut illa nesciente domus cum membris suis vel hospitiis circumiectis divisa sit sine conscientia uxoris. Si ea praedictus maritus fecerit nulla aequalitate servata, nulla compensatione in omnibus custodita, ad haec verba ex legum constitutio-

---

1) *primo ordineque* Coni. in margine Par. 86. 2) Vid. infr. Th. C. const. in. f. h. c. 3) *ac si* Colon. 1590. 4) p. Chr. a. 196. 5) In hui. L. inscript. apud Iust. (L. 6. C. de pact.) omittitur τὸ *Iuliae*. 6) vv. *ab invitis* in I. C. non leguntur. 7) I. C. inserit *vel contra bonos mores*. 8) *V.* a I. C. abest. 9) *VI.* ita S. et B. *IV.* I. C. *VI.* ex Par. 86. proficiscitur: abest a reliquis edd. 10) I. C. *Balbino*. 11) p. Chr. a. 213. 12) p. Chr. a. 226. cfr. L. 9. I. C. de pactis. 13) *V.* agnoscit unica Par. 86. et in Cons. et in Cod. Gregor. quam S. et B. secuti sunt. legendum est *IV.* cfr. Relandi Fast. Cons. p. 262. 13*) p. Chr. a. 290. 14) p. Chr. a. 283. 15) *dicas* Opp. 77. 84. Colon. 78. Gen. 86. *dicat* Par. 86. quam secutae sunt recentt. edd. 16) L. 3. Th. C. de pactt. et transactt. L. 41. I. C. de transactt. 17) *liberam volunt.* Par. 86.

ne respondi maritum in negotiis uxoris sine mandato non recte aliquid definire: nec posse aliquid firmum et [18] stabile esse quod sine conscientia uxoris de rebus uxoriis visus fuerit transegisse; praesertim si doceatur inutilis esse et sine aequalitate vel compensatione ipsa divisio. Notum est quod etiam si mandato uxoris niteretur, et fraudulenta divisio vel minus aequalis posset ostendi, vacua et inanis specialiter remaneret. Adde quod sine uxoris conscientia maritus dicitur definisse, qualem poterit habere virtutem? aut quid valebit, cum primum hoc refragari voluerit? Sed ne forte dicat Amplexa es divisionem et acquievisti rebus divisis, respondendum est legaliter, et pro omni veritate hoc specialiter habendum, quia etiam inter maiores personas et legales, si fraudulenta divisio facta probetur, legibus rescinditur, et a iudice divisio ipsa, aestimantibus magnis viris, ad meliora reducitur: et facta compensatione firmior divisio constituitur sicut lex infra [19] scripta evidenti lectione declarat. EX CORPORE GREGOR. LIBRO III.:

„Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aureliae [20] Se„verae. [21] An divisio, quam iam factam esse proponis, „convelli debeat, rector provinciae praesente parte di„versa diligenter examinabit: et si fraudibus eam non „caruisse perspexerit [22], quando etiam maioribus[23] in[24] „perperam factis divisionibus soleat subveniri, quod „improbum atque inaequaliter factum esse constiterit, „in melius reformabit. PP. XVII. Kal. Iul. ipsis VI. et „Constantio [25] III. Coss."

ITEM ALIA EODEM LIBRO ET CORPORE:

„Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aproniae „Mammae. Si divisio inter te et sororem tuam non „bona fide facta est, etiam citra principalis[26] restituti„onis auxilium, quod etiam maioribus tribui solet, ad „aequitatis temperamentum reformari potest, *etc.* PP. „VI. Kal. Iul. Maximiano II. et Aquila Consulib. [27]"

III. Tertio loco vel capite interrogandum me specialius [28] censuisti, utrum contra iudicium iri possit, quod adversus maritum in causa mulieris prius datum est, eo quod mandato usus fuerit uxoris suae, et in causa ipsa victus abscesserit, et contra eum iudicium prolatum fuerit. Addidisti etiam quod mandatum neque gestis legaliter fuerit allegatum, nec satisdatorem dedisset ille ipse procurator ab uxore factus, et sic causam dixisset, quam agebat [29] Quod si verum est, illud iudicium dici non potest. sed nec iudices sine verecundia et turpitudine erunt, qui personam in ipso litis initio non inquisierunt, sicut est legitimum [30]: nec fecerunt ut satisdatorem daret procurator, quod et consuetudinis est et re vera legaliter observatur. ac praeterea si hoc factum non est, nullam personam habuit litigandi. sed nec illi potuerunt in causa proferre iudicium, ubi fuit [31] ludificatoria, inanis et nulla persona. Quid potest esse miserius? quid abiectius? quid legibus sic contrarium, ut ingrediatur audientiam, sedentibus iudicibus, ille, qui nullam in se habeat firmitatem, et citra legum solemnia vanas actiones intendat? Respice leges subter adiectas: tunc intelliges, quod qui mandato utitur satisdatorem dare debet. Sed in illo mandato hoc futurum est, ubi aut verbo mandatur, aut gestis epistola mandati non [32] legitur allegata. Ergo testimonium legum, sicut iam dictum est, sequentium diligenter attendite. Sic agnoscetis iudicium stare non posse, ubi ad agendum solemnis persona, id est solemniter ordinata, ingressa non fuerit. EX PAULLI SENTENTIARUM LIB. I.: [33]

„Voluntarius procurator, qui se negotiis alienis offert, „rem ratam dominum habiturum cavere debet."

ITEM ALIA EODEM LIBRO ET CORPORE: [34]"

„Actoris procurator non solum absentem defendere, sed „et rem ratam dominum habiturum satisdare cogitur."

ITEM ALIA EODEM LIBRO ET CORPORE: [35]

„Petitoris procurator rem ratam dominum habiturum, „desiderante adversario, satisdare cogendus est; quia „nemo in re aliena idoneus est sine satisdatione."

ITEM ALIA EODEM LIBRO ET CORPORE: [36]

„Si satis non det procurator absentis, actio ei absentis „nomine non datur."

Quid apertius, quam leges supra scriptae declarant, quod nulla actio per procuratorem sine satisdatione intendi potest aut proponi? Ergo si actio non datur illi procuratori, qui satis non dederit, quomodo poterit [37] dici aut nominari iudicium, ubi accusationis [38] vestigium nullatenus invenitur? Quid testificantur principes per constitutiones innumeras, nisi nulla esse debere iudicia, ubi procurator satisdationem non dederit, aut rem ratam dominum habiturum evidentissima sponsione firmarit? Attentus audi quid loquitur lex subter adiecta: tunc intelliges cadere iudicia, quae sine procuratoris satisdatione fuerint omnino prolata. EX CORPORE THEODOSIANI LIB. II.: [39]

„Impp. Valentinianus et Valens AA. [40] Commune ne„gotium et quibusdam absentibus agi potest [41], si prae„sentes rem ratam dominum habiturum cavere [42] sint

18) *et* abest opp. 77. Col. 78. Gen. 86. 19) Sumpta est ex h. leg. L. 3. I. C. commun. utr. iudic. 20) I. C. *AA. et Aureliae* ap. Hal. vero *et CC.* absunt ita quoque *τῷ Aureliae* omisso Hal. et Cont. in I. C. leg. 21) *Septimiae* Gregor. Cod. in edd. Cui. 66. et Gen. 86. et pleraeque I. C. editt. Alios vero legere *Mauro*, alios *Severo* in I. C. notavit Charond. 22) *prospexerit* Par. 86. 23) *quamvis maioribus in perperam factis divisionibus non soleat subveniri, tamen quod* Gregor. Cod. in edd. Cui. 66. Par. 86. et Gen. 86. 24) *in* abest Opp. 77. 84. Col. 78. Gen 86 25) *Constantino* Gregor. Cod. in edd. Cui. 66. et Gen. 86. Par. 86. sed in margine *Constantio*. 26) *principale* Greg. Cod. Lgd. 60. Par. 86. 27) p. Chr. a. 286. 28) *specialibus* Gen. 86. 29) *quam agebat* abest Par. 86. 30) *legum* Par. 86. 31) *procuratoris* inseruit B. ex Par. 86. aliae edd. hoc verbum omittunt mihi glossema esse videtur. 32) *non* abest Par. 86. 33) lib. I. tit. III. §. 3. 34) lib. I. tit. III. § 4. Vat. Fr. §. 336. 35) lib. I. tit. III. §. 5. 36) lib. I. tit III. §. 6. 37) *potest* Gen. 88. S. B. 38) *satisdationis* coni. S. 39) L. 2. Th. C. de cognitore et procuratt. L. 2. I. C. de consort. eiusd. lit. 40) I. C. add. *Sallustio PP.* 41) I. C. *post litem legitime ordinatam etiam quibusd. absent. in solidum agi sine mandato potest.* 42) Th. C. *parati sint.*

„parati, vel si, quod[43] ab his petitur, iudicatum solvi „satisdatione firmaverint. PP. VI. Id. Decembr. divo „Ioviano et Varronio[44] Coss.[45]"

Item eodem libro et titulo:[46]

„Impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA. „Pancratio Pf. P. In principio quaestionis persona in„quiri debet[47], utrum ad agendum negotium mandato „utatur accepto. Quibus rite et sollenniter constitutis, „potest esse sententia: praeteritis autem his nec dici „controversiae solent[48], nec potest esse iudicium, *etc.* „Dat. prid. Non. Apr. CP. Antonio[49] et Syagrio „Coss.[50]"

IV. In dei nomine[51] quid tractari aut observari debeat, quoties pacta inter partes emissa fuerint, si condiciones tales interponantur, quae nec legibus, nec rationi conveniunt. Quid agere aut obiicere adversario debeas, lectionibus subter annexis poteris evidentius informari, quod[52] tantum de[53] dubiis rebus pacisci possumus. de rebus enim certis et incertis et futuris[54] aut de crimine transigi nulla paenitus ratione potest. Paullus sentent. lib. I. tit. de pact. et conventionibus vel transactionibus:[55]

„Functio dotis pacto mutari non potest; quia privata „conventio iuri publico nihil derogat.

„In bonae fidei contractibus pactum conventum alio „pacto dissolvitur: et, licet exceptionem pariat, repli„catione tamen excluditur" eodem lib. et titul.[56]

Enimvero si de re iudicata aliqua pactio interponatur, stare legibus non potest. Ad quam pactionem excludendam harum Paulli sententiarum proferes lectionem: „Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa in„terponatur, servari non potest:" lib. I. tit. de transact.[57]

Item eodem lib. et tit.[58]:

„Neque contra leges neque contra bonos mores pa„cisci possumus. De criminibus propter infamiam ne„mo cum adversario pacisci potest."

Idem lib. III. tit. de instit. hered.[59]:

„Pacta vel[60] condiciones contra leges vel decreta prin„cipum vel bonos mores[61] nullius sunt momenti."

Ex corpore Hermogeniani tit. de pact et transact.:

„Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Sevastiano.[62] „Neque ex nudo nascitur pacto actio. neque si contra „bonos mores verborum intercessit obligatio, ex his „actionem dari convenit, *et reliqua.* PP. IV. Kal. Iun. „iisdem Coss."

Item eodem corpore et lib.[63]:

„Iidem AA. et CC.[64] Flavio Rumitalo. (inter cetera, et „ad locum:) Pactum neque contra bonos mores, neque „contra leges emissum valet *et reliq.* PP. Id. AA.[64*] „Coss."

Item eodem corpore et tit.:

„Iidem AA. et CC. Zeuxiano[65] Antonino. Pacto trans„actionis exactio iudicati non tollitur. Unde si pater „tuus condemnatus iudicio post transegit et solvit, so„lutione magis, quam transactione, tuum defende ne„gotium, *et reliq.* PP. XVIII. Kal. Ian. ipsis AA. Coss."

V. In dei nomine quid tractari debeat, quotiens adversarius aliqua sibi direpta, sublata, proposita intendit actione reposcere. Primore in loco debet personam suam, quae sit ad repetendum idonea, evidenter ostendere: et dum claruerit eum ad repetendum personam habere legitimam, in genere actionis quid, aut quantum, aut quas species, in modum et mensuram, vel summam et quantitatem debet specialiter designare et indubitanter exprimere. Quae universa secundum leges subter annexas hi, qui iudicaturi sunt, petitorem implere compellunt: qui si aut neglegere[66], aut satisfacere legibus fortasse nequiverit, causam perdat, secundum leges subter annexas. Quibus modis causa petitor cadat[67], leges lib. I. Paulli sentent. tit. de eo qui causa cadit[68] ita:

„Causa cadimus aut loco, aut summa, aut tempore, „aut qualitate. Loco, alibi: summa, in[69] repetendo: „tempore, ante petendo: qualitate, eiusdem rei spe„ciem meliorem postulando[70].

Item lib. I. Paulli sentent. sub titulo si hereditas, vel quid aliud petatur[71]:

„Hereditas pro ea parte peti debet, pro qua ad nos „pertinet: alioquin plus petendi periculum incurri„mus, et causam perdimus."

Ex corpore Hermogeniani, titul. de calumniatoribus et plus petendo:

„Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Aurelio Dex„tro. (inter cetera et ad locum:) Si tutor vel curator „plus petierit, causa cadit. Quod cum factum esse „dicas, frustra a nobis remedium quaeris: quia te ra„tio iuris impugnat. PP. IV. Id. Decembr. Nicomedia. „Constantio et Maximo Coss.[72]"

Idem eodem corpore:

„Et iisdem[73] AA. et CC. Claudio Menandro. Quoties-

---

43) I. C. *quid.* 44) *Varroniano* Par. 86. Gen. 86. et Th. C. edd. secuti sunt S. B. 45) p. Chr. a. 364. 46) L. 3. Th. C. de cognitorr. et procuratt. L. 24. I. C. de procuratt. secundo loco constitutio, sed excerpta reperitur. 47) Th. C. *debet inquiri.* 48) *solent* om. G. 86. 49) Ita Lgd. 66. Cui. opp. 77. 84. Par. 86. *Antonino* G. 86. et editt. Th. C. secuti sunt. S. B. 50) p. Chr. a. 382. 51) *nomine dei* Cui. opp. 77. 84. 52) *quia* Par. 86. *quod* reliquae edd. 53) *de* abest ab edd. atque a S. appositum est. 54) *et incertis futuris* Gen. 86. *nec incertis futuris* S. coni. Fortasse legendum: *nec incerte futuris.* 55) lib. I. tit. I. §. 6. 56) lib. I. tit. I. §. 2. cfr. Arndts. ad h. l. not. 4. 57) lib. I. tit. I. §. 5. cfr. Arndts. ad h. l. 58) lib. I. tit. I. §. 4. et 7. 59) lib. III. tit. IVb. §. 2. 60) Vv. *pacta vel* non habent Paulli edd. 61) Paulli edd. adiic. v. *adscriptae.* 62) *Sebastiano* Lgd. 66. Par. 86. Hermog. Cod. I. C. in L. 24 de liberali caus. 63) *titulo* coni. S. 64) *et CC.* omitt. Lgd. 66. Par. 86. Hermog. Cod. 64*) *PP. iisdem AA.* Hermog. Cod. in edd. Lgd. 66. Par. 86. et Gen. 86. 65) *Zotiano* Hermog. Cod. in tribus edd. citt. 66) *negligere* Gen. 86. S. B. legendum *quae si aut neglexerit.* 67) *cadit* Par. 86. 68) lib. I. tit. X. 69) *in* abest Par. 86. cfr. quoque Arndts ad h. P. l. 70) *postulantes* Par. 86. cfr. Arndts. ad Paul. l. c. 71) lib. I. tit. XIII b. §. 5. 72) p. Chr. a. 294. 73) *Ii-*

„eumque ordinatis actionibus aliquid petitur, ideo pe-„titor cogitur specialiter genus litis edere, ne plus de-„bito, aut eo[74] quod competit, postuletur. Sive ita-„que fideicommissum, sive fundus, sive pars fundi, si-„ve domus, sive pars domus, sive debitum, aut quod-„cumque petatur, specialiter designari debet petitionis „summa vel quantitas, cum genus litis editur. Si quis „igitur[75] plus ab[76] eo, quod ei competit vel debe-„tur, petierit, rem et causam, de qua agitur, perdit. „Plus enim petitur, sicut responsis prudentum conti-„netur, summa, loco, tempore, causa, qualitate, ae-„stimatione."

Unde[77] istius lege rescripti excipe adversarium apud iudicem competentem; quem si iudex plus petiisse perspexerit, extinctis adversarii tui petitionibus, pro partibus tuis sententiam dicet[78]. PP. Mediol. XII. Kal. Aprilis, Tusco et Aquilino Coss.[79]

Hic require, qualiter actionis editio[80] pulsato fiat.

VI. Iuvante deo quid tractari debeat adversus eum, qui se heredem dicit alicuius, aut ad se hereditatem personae cuiuslibet aestimat posse competere. Et dum agere forsitan tentaverit, primore in loco debet evidenter ostendere se personam habere legitimam: et hoc dum ostenderit, ut iuris legumque dictat auctoritas, genus actionis edere debet, in quo manu sua subscribat; quo dato genere actionis, acceptis triduanis induciis[81], quarto die respondeat adversarius suus, ut leges praecipiunt, responsionibus salvis pulsato, quae de iure et legibus suffragantur; salva etiam actione calumniae; quia dum calumniator qui pulsat ostensus fuerit, qualis sit poena calumniae, legibus subter annexis ostenditur: sic tamen, ut ipse probet, quemadmodum sua interest, et ostendat ad se universa, quae repetit, pertinere. Illud praecipue summa cum cautela observari oportet, ut, si adversarius scripturam aliquam donationis ostenderit, et primore in loco fidem faciat scripturae; quam dum fecerit, in eadem munificentia singulae quaeque res si scriptae fuerint, quae donantur, sicut leges iubent, valet facta donatio: et si eas dum vixit in bonis suis habuit, aut eius iuri vel dominio competebant, aut si lite contestata de hac luce migraverit. Quae universa qualiter, et quibus modis adstruere, defensore[82] vel adversario divinitatis auxilio resistere debeas, inferius continentur adscripta. Et ne forte dicat adversa pars, aliqua sibi principali rescripto aut praeceptione fuisse concessa, ad huius mali[83] versutiam potest pulsatus modis omnibus replicare, principem ea semper velle concedere, quae legibus rationique conveniunt[84]: quia causa, quae nullam de legibus sortitur firmitatem, in praeiudicium alterius a principe non potest sumere firmitatem; sicut idem inferius declaratur.

„Petitio hereditatis, cuius defunctus litem non erat „contestatus, ad heredem non transmittitur: LIB. I. „SENTENT. TIT. 6. SI HEREDITAS VEL QUID ALIUD PETA-„TUR[85]."

„Qui petit hereditatem, ipse probare debet ad se „magis, quam ad eum, qui possidet, sive ex testa-„mento, sive ab intestato, pertinere:" IDEM EOD. LIB.[86] „SENTENTIARUM RECEPTARUM, EODEM TITULO SI HEREDITAS „*etc*[87]."

„Eas res, quas quis iuris sui esse putat, petere po-„test: ita tamen, ut ipsi incumbat necessitas proban-„di eas ad se pertinere." IDEM EOD. LEGES LIB. ET TIT.[88] IV.[89]

„In petitione hereditatis ea veniunt quae defunctus „mortis tempore dereliquit[90], vel ea quae post mor-„tem ante aditam hereditatem ex ea quaesita sunt." EOD. LIB. ET TIT. SI HEREDITAS VEL QUID ALIUD PETATUR.[91]

LIB. II. SENT. PAULLI TIT. EX EMPTO ET VENDITO:[92]

„Heredibus debitoris adversus creditorem, qui pignora „vel fiducias distraxit, nulla actio datur, nisi a testa-„tore inchoata ad eos transmissa sit."

LIB. III. PAULL. SENT. TIT. DE LEGATIS:[93]

„Post diem legati cedentem actio, quae inchoata non „est, ad heredem non transmittitur."

Item qualiter donatio fieri debeat, EX CORPORE HERMOGENIANI, TIT. DE DONAT. INTER VIR. ET UXOR.

„Impp. Diocletianus et Maximianus AA. Septimio Sa-„biniano.[94] Cum de bonis tuis partem quidem terti-„am penes te retinuisse, partem vero tertiam in eum, „quem tu in potestate habebas, ac tertiam in eman-„cipatum donationis titulo contulisse commemores, non „est iuris incerti, in eum quidem, qui in sacris fa-„miliae tuae remanet, destinationem magis paternae „voluntatis factam, quam perpetuam[95] donationem per-„venisse: nec in emancipatum translatam, si genera-„liter idem pater[96] tertiam bonorum donasti; quia „generaliter bonorum portionem donare non posses[97],

dem omisso *et* coni. S. 74) *ne plus ab eo* Cui. Obss. VII. 28., omittit ibi hoc rescriptum referens verba *sive ... aestimatione*, sine dubio quod pro ICti verbis ea habuit. Recepit tamen ea in editi. corp. Hermog. In editione Berol. typographico procul dubio errore verba denuo quasi ICti relata sunt. 75) *itaque* Par. 86. 76) *ab* delendum esse censet S. ad Hermog. 77) *instructus* inserit Par. 86. et in Cons. et in Cod. Hermog. 78) *unde istius lege ... dicet* puto haec verba esse ICti, et sequentia PP. — Coss. ponenda post *aestimatione*. Verba *hic require* etc. tunc ad totum cap. 5. trahenda forent. 79) p. Chr. a. 295. 80) *edito* Par. 86. *cautio a pulsato* eadem in marg. 81) *iudiciis* Col. 78. Gen. 86. 82) *et defensori* coni. S. puto legendum: *adstruere defensioni (defensori) vel.* 83) *huiusmodi* Par. 86. secuti sunt S. B. 84) *conveniant* fortasse legendum. 85) lib. I. tit. XIII b. §. 4. 86) *eodem libro et titulo.* *Eas* Par. 86. 87) lib. I. tit. XIII b. §. 6. 88) lib. I. tit. XIII b. §. 7. 89) *IV.* delendum censet S. 90) *reliquit* Paull. edd. 91) lib. I. tit. XIII b. §. 1. 92) lib. II. litt. XVII. §. 12. 93) lib. III. tit. VI. §. 3. 94) Haec constitutio minus plene legitur L. 11. I. C. de donatt. in inscript. pro *Septimio Sabiniano* habet *Sebino* (al. *Sabiano*) subscribitur ibi *II. Kalend. Maii.* 95) Fortasse legendum *perfectam.* 96) *eidem partem* Hermog. Cod. in edd. Cui. 66. Par. 86. et Gen. 86. 97) *portionem donari non posse* Par. 86. *portio dona-*

„cum singulae res nominari debeant, quae donatione, „emancipatione[98] vel in iure cessione transferuntur, „*et reliqua.* Dat. prid. Kalend. Maii, Heraclea, ipsis „AA. Coss."

IDEM EOD. LIB. ET TIT.:

„Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Creliano Ma„ximo. Nec venditio donationis causa bonorum omni„um valet: sed rerum singularum nominatim donatio „facta capit effectum, *et c.* Dat. VIII. Kal. Ianuar. „Caesarib. Coss."

Item leges, legatum, si per codicillos dimissum fuerit, sine testamento valere non posse. EX CORPORE HERMOGENIANI TIT. DE DONAT. INTER VIR. ET UXOR.:

„Iisdem[99] AA. et CC. Aurelio Altino. (inter cetera et ad „locum:) Codicillis autem sine testamento legatum „nec adimi, nec dari potest. Datum sub die VIII. „Kal. Ianuar. Nicomedia. CC. Coss."

Item leges, qua poena calumniatores plectendi sint. EX CORPORE HERMOGENIANI TIT. DE CALUMNIATORIB.:

„Impp. Diocl. et Max. AA. Quintiano: Tibi magis, „quam adversario, qui per calumniam petit, contra „quem supplicas[100], iudicio tutelae convenit excipere[1] „actionem, ad quam respondere debes; quippe si per „calumniam hoc eum facere confidis, remedio repro„missionis initio postulatae, calumniae decimae partis[2] „eius, quod petit[3], tibi[4] condemnari eum desiderare „potes. PP. Kalend.[5] Novembr. AA. Coss."

Item leges, qualiter petitor probare debeat quod in„tendit, non ab adversario instrui. EX CORPORE HERMOGENIANI TIT. AD EXHIB.:

„Impp. Dioclet. et Maximian. AA. Aurelio Diogeni. „Nimis grave est quod petitis, urgeri ad exhibitionem „partem adversam[6] eorum, per quos sibi negotium fi„at. Unde intelligitis, quod intentiones vestras[7] pro„prias afferre debeatis[8] probationes, non adversum se „ab adversariis adduci. PP. Kalend. Maii, AA. et CC.[9] „Coss."

IDEM EODEM CORPORE TITUL. UBI AGI DEBEAT:

„Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Flavianae. (inter „cetera et ad locum:) Quaecumque ad te pertinentia „detineri[10] dicis ab his, quorum meministi, vel pro„baveris[11] tibi deberi, praeses provinciae restitui pro„videbit. PP. VII. Id. Ianuar. AA. Coss."

IDEM EOD. CORPORE TIT. DE INSTRUM.:

„Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Iulio Pancratio. „(inter cetera et ad locum:) Omissis itaque istius„modi moris, si intentionem suam incipiat adversari„us tuus implere, praescriptionibus[12] temporis vel „alterius et tu causam magis tuam defende, habens „securitatem victoriae[13], si quod intendit adversarius „tuus, probationibus implere non possit. PP. DD. Dio„cletian. V. A.[14] et Maximian. A. Coss.[15]

Item leges, quod scriptura, quae nullam de legibus habeat firmitatem, firmari a principe non debet.[16] EODEM CORP. TIT. DE TESTAMENT.:

„Impp. Diocletian. Maximian. AA. Aurelio Secundino „Optioni. (inter cetera et ad locum:) Scriptura, quae „nec iure, nec legibus consistit, nec a nobis hanc „confirmari[17] convenit; quippe cum beneficia citra cu„iusquam[18] iniuriam petentibus decernere minime so„leamus. PP. VII. Kalend. Novemb. Martianopoli, CC. „Coss."

Item leges, qualiter quod actor habuit, hoc eius heredi possit competere. EX CORPORE HERMOGENIANI TIT. DE SUCCESSIONIBUS:

„Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Aurelio Asterio. „(inter cetera et ad locum:) Si secundum edicti for„mam testamentum obsignatum[19] extitit, bona, quae, „cum moreretur actor[20] tuus, eius fuerunt, sollenni„ter petes[21], *et reliq.* PP. III. Kal. April. Sirmio, CC. „Coss."

IDEM EODEM CORPORE, TITUL. DE PACT. ET TRANSACT.[22]:

„Impp. Dioclet. et Maxim. AA. Eusebio. (inter cetera „et ad locum:) Manifesti atque evidentis iuris est, „antequam cerneret vel pro herede gereret vel bo„norum possessionem peteret defuncta[23], successionem „eam non potuisse ad heredes suos transmittere. PP. „X. Kal. Mart. iisdem AA. Coss."

Item leges, qua poena calumniatores plectendi sunt LIB. I. SENTENT. TIT. DE CALUMNIATOR.[24]:

„Calumniosus est qui sciens prudensque per fraudem „negotium alicui comparat."

IDEM LIB. V. TIT. DE PRIVAT. ET PUBL. IUDIC.[25]:

„Omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate ad„missi plectendi sunt."

VII. Quantum ad nos delatae pactionis textus in-

---

ri non potest Hermogg. tres citt. 98) *mancipatione* Hermogg. tres citt. 99) *iidem* S. B. 100) *Tibi ... petit supplicas, contra quem iud.* Par. 86. Hermog. Cod in edd. Par. 86. et Gen. 86. *sibi ... petit supplicas * Iudicio* Hermog. Cod. in ed. Lgd. 66. Etiam in Cuiac. Obss. VII. 5. haec lex incipit: *Iudicio etc.* 1) *excipi* Par. 86. Hermog. Cod. in tribus edd. citatis. Cuiac. Obss. VII. 5. 2) *in decimam partem* Obss. VII. 5. Hermog. Cod. in edd. Lgd. 66. et Par. 86. *decimae partis in decimam partem* Hermog. Cod. in ed. Gen. 86. 3) *petiit* Obss. VII. 5. Hermog. Cod. in edd. Lgd. 66. et Gen. 86. *competit* Paris. 86. in Cons. et Hermog. Cod. 4) *tibi* deest in Hermog. Cod. Par. 86. 5) *XI. Kal.* Obss. VII. 5. Par. 86. Hermog. Cod. in tribus edd. citt. 6) *diversam* Paris. 86. 7) Sic Cui. opp. 77. 84. Gen. 86. *intentioni vestrae* Par. 86. S. B. *intentionis vestrae* Hermog. Cod. in tribus edd. citt. fortasse legendum *ad intentiones vestras.* 8) *debetis* Lgd. 66. Par. 86. in Hermog. Cod. 9) *et CC.* omittit. edd. in duab. Herm. Cod. edd. citatis. 10) *quae detineri* Hermog. Cod. in edd. Lgd. 66. et Par. 86. 11) *meministi, probaveris, vel* Hermog. Cod. in tribus edd. citt. 12) *perscriptionibus* Par. 86. 13) *securitatem. victoria est, si* Hermog. Cod. in edd. Lgd. 66. et Gen. 86. 14) *A. V.* S. B. 15) p. Chr. 293. 16) *firmari hanc a principe non debere* Par. 86. 17) *Scripturam ... a nobis confirmari* Hermog. Cod. in trib. edd. citt. 18) *cuiusdam* Cui. opp. 84. Par. 86. sec. est B. 19) *signatum* Paris. 86. et Hermog. Cod. in trib. editt. citt. 20) *auctor* Hermog. Cod. in trib. edd. citt. 21) *petis* Hermog. Cod. in iisd. edd. 22) Cuiac. hanc constt. posuit in tit. de success. in ed. Lgd. 66. Par. 86. 23) *defuncto* Hermog. Cod. in Lgd. 66. et Gen. 86. *defunctam* Hermog. Cod. in ed. Par. 86. 24) lib. I. tit. V. §. 1. 25) *comparat. Et in priv. et in publ. iud. omnes* S. coni. cfr. Paull. lib. I. tit. V. §. 2. et

sinuat, potius contra bonos mores carthola ipsa litigii seminarium propagavit, quam tum utili deliberatione assurgentium iurgiorum scandala resecavit. Dignoscitur itaque calliditas dictantis non habuisse prudentiam. Dum igitur contra legum iurisque ordinem veniens iustam arbitrii ignoravit custodire mensuram, quae tanta duarum personarum dignitas potuit reperiri, aut quae intra regionem tanta fuit defectio iudicantium, ut nec triumvirale iudicium etiam de rebus iudicatis male paciscentium non tam electio, sed, quod verius [26] constat, facilitas eligeret [27]? de rebus enim iudicatis soli principi et contra iudices licuit iudicare; aut si ita convenerat, ut iudicii vinculum solveretur. Ergo pactio ipsa iudicii ordinem et constitutionem infirmat, quae discingit [28], quod tamen non paciscendo, sed donando fieri potuisset, secundum sententiam Paulli Iuridici, cuius sententias sacratissimorum principum scita semper valituras, ac divalis constitutio [29] declarat [30]. PAULLI SENT. I. LIB. DE PACT. [30*]:

„Nec contra leges, nec contra bonos mores pacisci „possumus."

ITEM EOD. LIB. ET TIT. [31]:

„Pactum contra ius aut constitutiones aut S. C. in„terpositum nihil momenti habet."

ITEM EX CORPORE PAULLI DE PACT. ET CONVENTIS [32]:

„Post rem iudicatam pactum, nisi donationis causa in„terponatur, servari non potest [33]".

Intelligis memoratae pactionis constitutionem iuridici auctoris [34] sententiis vacuam. Quid, inquam, ulterius requirendum? Dicit pars adversa, pacti sumus libero arbitrio, nullo cogentis imperio, tibi et bonis moribus constat [35]. Si certum, non contra iussa et senatusconsulta, quae iudicata sunt prius, effectui contradantur: et de his, quae altercationi superesse noscuntur, sit dignius [36], ac legalis numerus iudicum, qui cuncta lata sententia moderata ratione [37] discingat. Certe si necesse est rusticis improbisque moribus aliquid amplius satisfieri, ipsi duo, quos [38] praefata carthola nominavit, sub praesentia electarum personarum, defensore quoque adhibito, appellentur, ut, si praesumunt aut putant iustum vel legale, audiant quae partes iurgantium crediderint intimanda: et, si ipsius cartholae, quae iam dignoscitur iuris formulis vacuata, modum aestimant se supplere, promant de agnitis legis sententiam. Tunc et ipsi sentient quid sit temeritas iudicantis, ubi minor numerus post maiorem, praeterea et religiosorum, quos non summi pontificatus honor attollit, contra res iudicio terminatas praesumpserit ferre sententiam: ac, si destiterint, contestatio allegetur, illos aut differre, aut non praesumere, aut electionem impleant paciscentium. Demum si quae in contentionem veniunt, aut ampliori numero iudicum, aut summae potestatis sunt arbitrio decernenda. Deinde vero quod minime fuerat necessarium consultationem nostram tuis utilitatibus sciscitari [39], si avus maternus nepoti aliqua contulisse noscatur, utrum in iure eius manere debeant, an matri in possessione sua consorti persuasionibus lubricis imputari, pro eo fortasse, quod usufructuaria [40] de proprietate filii constituta, ac si filiae proprium vel cuilibet extraneo aliquid reliquisset, domino de facultate sua testari non licuit. Cumque etiamsi pater filii superesset, nec ad ipsum ab avo materno quod nepoti collatum fuerat, pertineret: ut etiam [41] C. Th. declarat auctoritas. Quod tamen superfluum penes electas magnificasque personas fieri iudicamus: sed necesse est, ut ignorantia rusticitatis, vel tergiversationis iniquitas directis semper oblationibus comprimatur. EX THEODOSIANI LIB. IX. [42] SUB TIT. DE MAT. BON. ET MAT. [43] GEN. CRETIONE SUBLATA:

„Impp. Honor. et Arcad. AA. Florentio praef. urb. (ad „locum:) Quicquid avus, avia, proavus, proavia, „nepoti, nepti, pronepoti, pronepti cuiuslibet tituli „largitate contulerint, id est, testamento, fideicommis„so, legato, codicillo, donatione, vel etiam intestati „successione, pater filio filiaeve [44] integra illibataque „custodiat. Dat. prid. Id. Octob. Mediolano, Olibrio „et Probino Coss. [45]"

Luce clarius constitit patri factum [46], nec matri usum obesse, ut de reliqua facultate possessionem debitam consequatur: et circa nepotem munus aviaticum perpetua liberalitate mansurum. Hoc et consultorum iura declarant, quae necessarium tractatui nostro non duximus adhiberi.

VIII. Adde dum [47] sollicitudinis tuae cura tractavit, ut de effractoribus, et manifesto crimine comprehensis quam iudex debuit ferre sententiam, tractatus nostri pagina declaret; aut si maritus, quem iudiciariae potestatis cingit auctoritas, de servis, qui res uxorias manifesto crimine abstulisse convicti sunt, peremptoriam debuerit ferre sententiam, quasi id obiici possit, in propria causa quis iudicet stulte; huic lex divorum principum, quae infra legitur, opponenda, maritum illa tantum negotia uxoris velut extraneum auctorem prosecuturum, quae procuratio emissa perscripserit [48]. EX CORPORE THEODOSIANI:

„Impp. Theodosius, et Arcadius, et Honorius AA. Vi„ctori proconsuli Asiae [49]. Procurator, licet maritus „sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa

---

Arndts ad h. l. 26) *ver. dici const.* Par. 86. B. S. 27) *eligisset* Par. 86. 28) puto legendum *atque disc.* 29) cfr. L. 2. Th. C. de responsis prudent. 30) *declaravit* Par. 86. 30*) lib. I. tit. I. §. 4. 31) lib. I. tit. I. §. 4 a. 32) lib. I. tit. I. §. 5. 33) cfr. Arndts ad h. l. 34) *actoris* Col. 78. 35) *sibi bonis moribus constat* Par. 86. 36) *si dignus* Par. 86. *sit dignus* Col. 78. S. B. 37) *moderatione* Par. 86. 38) *quos quasi praefata* Par. 86. 39) *sciscitaris* S. cj. 40) *usufructuaria mater sit de* Par. 86. 41) *Hoc etiam* Par. 86. 42) *lib. VIII.* mavult. S. scil. legitur haec const. L. 7. Th. C. VIII. 18. L. 2. I. C. de bonis maternis. 43) Sic Colon. 78. Gen. 86. S. B. *mat. et bon.* Opp. 84. Par. 86. In I. C. desunt in inscript. verba: *cretione sublata*, in Th C. leguntur, in subscript. et in Th. C. et I. C. *Dat. Idib. Octbr.* 44) *filiave* Par. 86. 45) p. Chr. a. 395. 46) *pate factum* Par. 86. S. B. 47) *Addendum* cj. S. *At dudum* cj. Roeveri in Diss. ap. Oelrichs Thes. Vol. I. Tom. I. 48) Legendum *praescripserit* v. const. sequ. in f. 49) Th. C. II. 12. 4.

praescripserit. Dat. V. Kal. Iul. Theodosio A. III. et Abundantio Coss. [50]"

Agnoscis maritum velut extraneum causam uxoriam prosecutum. Agnoscis [50*] iudicem de manifestis reis non potuisse tardare sententiam. ITEM EX CORPORE THEODOSIANI LIB. IX. TIT. DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTION.

„Impp. Arcad. et Honorius AA. Ne diversorum criminum rei, vel desidia iudicum, vel quadam levitatis [51] „ambitione, per provincias detenti in carcerem crudelius differantur, moneantur omnes iudices productos „e custodiis reos discussioni [52] debitae subiicere [53]: et quod leges suaserint, definire. Datum III. Non. Aug. CP. Arcadio III. et Honorio [54] Coss. [55]

Hoc etiam specialiter post hanc legem iudex sibi metuat inferendum, quod, si dignam tardarit [56] ex lege ferre sententiam, dum principum praecepta despexit [57], ipse legibus damnabitur. UNDE EX CORPORE THEODOSIANI [58]:

„Imp. Constantinus [59] A. et Iulianus Caes. ad Taurum „Pf. P. (ad locum:) Multabuntur iudices, qui rescri„pta contempserint aut distulerint. Dat. III. Non. „Iul. Constantino A. VII. [60] et Iuliano Coss. [61]"

Intelligat nunc improbus accusator, cinctum iudicem et uxoria, velut externa, debuisse negotia definire: et non licuisse, ut alienum reatum metueret, cui de manifestis reis non licuit tardare sententiam.

IX. EX CORPORE HERMOGENIANI [62]:

„Impp. Valens et Valentinianus AA. ad Volusianum „praefect. urbis. Post sententiam pacisci non licere „iuris ordine praecavetur. Unde cum supplicans, ini„que se oppressam [63], et post sententiam sacri audito„rii depactum esse commemoret, Volusiane parens „carissime atque amantissime, amota poena, quam „pacto contra ius facto serenitas tua inesse praevide„rit, legum auxilio consulat supplicanti. Dat. IV. Id. „Aug. Mediolani. [64]"

„Iidem AA. Pompeio Favonio. Hereditatem, quam tibi „competere iure confirmas, negotii merito discusso, „approbatis allegationibus, restitui [65] efficiet legum „fonte demanans sententia iudicantis, remota videlicet „pactione, quam dolo patuerit elicitam. Dat. VIII. „Id. Februar. Alleg. Non. Kal. April. in basilica Ther„marum Comm. ipsis AA. Coss."

„Iidem Aug. Mamertino Pf. P. (inter cet. et ad locum:) „Pacta quidem per vim et metum apud omnes satis „constat cassata viribus esse [66] respuenda. Dat. XII. Kal. „April. ipsis AA. Coss."

„Iidem AA. ad Valentinianum consularem Piceni. Non „dubium est eum a fide placiti recessisse, qui quae „promiserat implere nolit [67], Valentiniane carissime. „Proinde si adversario supersedente, cominus [68] expli„care ea, quae sponderat [69], fides placiti vacillat, fa„miliares litterae, quas ad se missas dicit, supplici „Exoperio non oberunt. Fines etiam, quos temeratos „asseverat, amota praescriptione temporis, hi, qui „pervaserunt, ut ratio iuris est, redhibere cogantur. „Alleg. IV. Kalend. Maii Flavia Fenestri in secretario, „ipsis AA. Coss. [70]"

„Iidem AA. Heliae Baveniae. Lites trahi [71] et sub „quodam potentiae terrore infimos fatigari iudiciorum „expectat invidia. Unde si adversarium tuum longe a „filii tui successione positum haec in te, quae preci„bus texuisti, excogitasse constiterit, rector provinci„ae hominis, qui nec paciscendi nec colloquendi [72] „de negotio substantiam habuit, impudentiam summo„veat, reddique faciat quicquid claruerit usurpatum: „nec impudentia vindicet quod concedere leges et iu„ra non possunt: maxime cum memores nec a prima „pactione, quae substantiam non habebat, secunda „conventione discessum, sed etiam inaniter resedisse, „quod non iam pactio, sed quaedam usurpaticiis non „subsistentibus causis immoderatio doceatur. Dat. III. [73] „Kalend. Aug. Mediolani, ipsis AA. Coss."

„Impp. Valens et Valentinianus AA. Ampeliae. [74] Ea, „quae heredes inter se transactione interposita compo„suerint, firma illibataque perseverabunt. Et ideo se„cundum fidem instrumenti competens tibi portio a „possessoribus cum fructibus restituetur, per virum „clarissimum proconsularem [75] Africae, amicum no„strum, fide gestorum diligenti examinatione compro„bata. Dat. III. Non. Iul. Sirmio, divo Ioviano et „Varron. Coss. [76]"

„Impp. Valentinian. et Valens AA. Felici consulari Ma„cedoniae. (inter cetera et ad locum:) [77] Si servili„bus contuberniis sese mulieres quondam ingenuae „subdiderint, et nunc contemnentes dominum minoris „aetatis, servitutis iugum conantur effugere, gravitas „tua his, qui servilem condicionem non statim in ipsis „coniunctionem primordiis refugerunt, necessitatem „subeundae servitutis imponat. Dat. XIV. Kalend. Aug. „Mediolani, ipsis AA. Coss."

EX CORPORE GREGORIANO [78]:

„Imp. Antoninus A. Prisciano militi. Summa senten„tia comprehensa, quam, cessantibus curatoribus quon-

---

in inscript. *Victorio* in subscript. Dat. *XV.* Kal. etc. 50) p. Chr. a 393. 50*) *Agnosce et* Par. 86. S. B. 51) Th. C. IX. I. 18. *lenitatis.* 52) Th. C. *disceptationi.* 53) Th. C. *subdere.* 54) Th. C. *Arcadio IV. et Honor. III. AA. Coss.* 55) p. Chr. a. 396. 56) *tardasset* Par. 86. 57) *dispexerat* Par. 86. 58) *sub titulo de diversis rescriptis id est auctoritatibus* Par. 86. Th. C. I. 2. 7. 59) Male *Constantinus*, legendum *Constantius*, quod nomina in inscriptione addita et consules subscripti docent. 60) Legendum ex fastibus *Constantio A. VIII.* 61) p. Chr. a. 356. 62) Ed. Gen. 86. in margine *Theodosiano.* cfr. Wenck. ad tit. Th. C. de pactis et transactt. 63) *oppressum* Par. 86. opp. 84. S. B. 64) p. Chr. a. 365. supplendus hic consulatus, *Valentiniano et Valente AA. Coss.* 65) *restituet legum* Par. 86. 66) *esse* abest Par. 86. 67) *noluit* Par. 86. S. B. 68) *quo minus* Par. 86. S. B. 69) *spoponderat* Gen. 86. S. B. 70) p. Chr. a. 365. 71) Vv. *lites trahi* in L. 6. Th. C. de pact. ed. Gothofred. omittuntur. 72) B. *eloquendi* nescio unde. 73) *VIII.* Gen. 86. 74) L. 7. Th. C. de pact. et transactt. 75) *proconsulem* Gothofred. ad L. 7. Th. C. de pactis et transactt. 76) p. Chr. a. 364. 77) L. 5. Th. C. ad Sc. Claud. ed. Gothofr. cfr. Wenck. ad tit. Th. ad Sc Claud. not. m. 78) Maiori ex parte in L. 3 I. C.

„dam tuis, iudex secutus iureiurandi [79] a te perlati re„ligionem, in condemnationem deduxit, minui pacto „non potuit: ac praeterea [80] sublata cautione transacti„onis, quae nullo iure interposita est, Septimius Va„rianus rem iudicatam exequatur [81]. PP. Kal. Iul. Leto „II. et Cereale Coss." [81*]

„Impp. Dioclet. [82] et Maximin. [83] AA. Ulpiae Marcelli„nae. Si praeses provinciae ignorantiam tuam fraudu„lenta transactione ac dolosis artibus generi tui cir„cumscriptam esse cognoverit, siquidem Aquiliana sti„pulatio et acceptilatio [84] insecuta non est, pactum „callide scriptum integris singulorum actionibus amo„vebit. PP. III. Non. Octobr. ipsis AA Coss."

„Imp. Gordianus A. Cliniae Antoniae. Pacta, quae „contra bonos mores interponuntur, iuris ratio [85] non „tuetur. [86]. PP. Non. Octobr. ipso A. II. et Pompe„iano Coss. [87]"

„Imp. Alexander Aurelio Dionysio. [88] Cum posteaquam „adversarius matris tuae victus esset, matrem tuam „circumvenerit, ut pacisceretur [89] nullam se controver„siam de servis moturam [90], id pactum mala fide factum „irritum est. Et cum ex ea conventione cum matre tua „agi coeperit, iudex eam liberabit; quia de re iudi„cata pacisci nemo potest. PP. prid. Id. Sept. Ale„xandro A. Cos."

Ex corpore theodosiani:

„Impp. Honorius et Theodosius AA. Iuliano [91] procon„suli Africae. Et mulieribus et [92] minoribus in iis, quae „praetermiserint vel iguoraverint [93], innumeris auctori„tatibus constat esse consultum. Datum prid. Non. „Mart. Ravennae, Constantino Cos. [94]"

Item eodem corpore [95]:

„Imp. Constantinus A. ad Maximum praefect. urb. (in„ter cetera et ad locum:) Pactiones eas valere vo„lumus, si cum legibus consentiant, *et reliqua.* Dat. VI „Non. Febr. Romae, Sabino et Rufino Coss. [96]"

Ex corpore gregoriani:

„Impp. [97] Valentinian. [98] et Galienus AA. et Valerius Cae„sar Aurelio. Praeses provinciae aestimabit [99], utrum de „dubia lite transactio inter te et civitatis tuae or„dinem [100] facta sit, an [1] de re iudicata: quia de re iu„dicata [2] pacisci nemo potest. PP. III. Kalend. Iun. Ae„miliano et Basso Coss. [3]"

Idem ex corpore gregoriani tit. de transact.:

„Imp. Gordianus A. Flavio Hercolano. Super iudicato „non subsecuta appellatione frustra transigi non est „opinionis incertae. PP. XIV. Kalend. Nov. Sabino et „Veterano [4] Coss. [5]"

Item eodem corpore:

„Imp. Alexander Donato militi. Si certa quantitas in „condemnatione iudicii [6] deducta fuerit, pacisci exinde „non posse, *etc.* PP. IX. Kalend. Iun. Fusco [7] II. et „Dextro Coss. [8]"

Item ex corpore gregoriani [9]:

„Qui contra arbitri sententiam petit, sola in eum poe„nae actio ex compromisso competit; non etiam con„ceptio [10] pacti conventi: lib. I. tit. X.

Ex eodem libro et tit.:

„Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Sergiae et Ana„gio. (inter cetera et ad locum:) De dubia vero lite „facta transactio rescindi non potest. PP. VIII. Id. „April. Caes. Coss.

Item eodem corpore et titulo:

„Impp. Diocletian. et Maximian. AA. Aurelio Hermo„geni militi. Pactum, quod contra iuris formam pro„vinciae rector factum animadvertit, id infirmare mi„nime dubitabit. PP. XIV. Kal. Nov. Caess. Coss.

---

de in litem iur. invenitur. 79) *iurisiur.* S. B. 80) cj. S. *propterea* sect. est B. *propterea oblata* Par. 86. 81) *exequetur* Lgd. 66. Par. 86. in Gregor. Corp. 81*) p. Chr. a. 215. 82) Hanc const. Cui., nescio cur, in Hermog. posuit Codice tit. de pactis et transactt. Lgd. 66. Par. 86. 83) *Maximianus* Par. 86. Gen. 86. in Hermog. Cod. B. S. 84) *pactionem* inserit Par. 86. 85) *iuratio* Cui. opp. 77. 84. 86) *intuetur* Hermog. Cod. in edd. Lgd. 66. et Gen. 86. 87) p. Chr. a. 241. 88) L. 9. I. C. de pactis, ubi *A. Dionysio* in inscriptione, in subscript. vero *Alexandro II. et Marcello* (p. Chr. 226.) 89) I. C. *ei caveret.* 90) *Si postquam adv. ... de servis agitaturam* Herm. Cod. in trib. edd. citt. 91) Th. C. II. 16. 3. in inscript. *AA. Iuliano II*, in subscript. *Constantio V. C. Cons.*, Par. 86. et in editt. iur. antei. citt. in inscriptione *Iuliano II. proconsuli* I. C. II. 22. 8. in subscript. *Dat. Non. Maii Constantio V. C. Cons.* 92) In I. C. omm. vv. *et mulieribus et.* 93) *praetermiserunt vel ignoraverunt* I. C. 94) ex inscript. supra notata p. Chr. a. 414. 95) L. 1. Th. C. de pactis et transactt. (ex ed. Gothofr.) cfr. Wenck. ad tit. Th. C. de pactis. 96) p. Chr. a. 316. 97) Cfr. L. 12. I. C. de transactt. 98) *Valerianus et Gallienus AA. Aurelio* Hermog. Cod. in trib. edd. citt. unde S. pro Valentiniano Valerianum posuit. 99) I. C. *existimabit.* 100) I. C. *administratores.* 1) nihil eorum, quae in I. C. post v. *an* sequuntur, hic reperitur. 2) *quia de re iudicata* abest Col. 78. Gen. 86. *sit, quia de re incerta nemo* Par. 86. 3) p. Chr. a. 259. 4) *Venusto* Gregor. Cod. in trib. edd. citt. 5) p. Chr. a. 240. 6) *iudicis* Lgd. 66. Par. 86. in Gregor. Corp. 7) *Tusco* Lgd. 66. 8) p. Chr. a. 225. 9) Quae sequuntur, in Par. 86. primum publicata sunt. Ex his tribus fragmentis primum abest a Codd. Gregor. et Germ. ed. Cui. 66. duo postrema vero iam exstant in Cod. Hermog. ed. Cui. 66. ad quem ex errore relata sunt, cum ad Gregorianum pertineant. 10) *exceptio* edidit S. ex coniectura.

PARS ALTERA.

CAII

INSTITUTIONUM

LIBRI DUO

ET

FRAGMENTUM PAPINIANI.

EX LEGE ROMANA VISIGOTTHORUM.

CURA

EDUARDI BÖCKING.

PRÆFATIO.

Iam cum Niebuhrii, donec in vivis erat eximii viri, sagacitate et Goeschenii aliorumque praestantissimorum virorum diligentia pro Visigotthorum Caio, in quo fere torvi Procrustis artes eos exercuisse dixeris, hilarem Gaii per tot saecula miserrime habiti faciem recte aspicere liceat, mirabitur fortasse aliquis, qui fiat, ut in repraesentandis distortis splendidissimi olim ICti membris et tempus nostrum et aliorum numos perdamus. Diligentius vero rem perpendenti longe aliter videbitur: nam ut necessarius est deformis noster Caius in legendis omnium fere priorum iuris doctorum scriptis, praeter recentissima, ita in reparanda resarciendaque genuina Gaianorum commentariorum scriptura nemo facile Visigotthorum epitome carere poterit. Sed propius etiam dicam quod res est. Propositum nobis est in hoc volumen omnes libros librorumque fragmenta, quotquot ex iure Romano Iustiniana legum volumina aetate superant, colligere. primum igitur genuina, quae nobis supersunt, scripta dedimus, Gaium cum Ulpiano aliisque quibusdam fragmentis, Maeciani denique Balbique de asse libellis. tum a Dosithei Grammatici excerptis eos libros secundum temporis ordinem exhibere coepimus, quorum facies ab aliis, iisque privatis, hominibus modo insolentius, modo modestius immutata est. Iam in altera, quam inchoamus, voluminis parte transeundum nobis videtur ad opera, quae ab ipsis regibus sive iussu potius eorum ab aliis hominibus aut composita aut congesta sunt, ut leges aut pro legibus essent. Neque in hac parte temporis ordo nobis deserendus est visus: nisi quod Theoderici, Ostrogotthorum regis, edictum post ea scripta posuimus, ex quibus lex Romana Visigotthorum composita est; equidem moti rationibus, quas exponere longum, neque necessarium est, cum ultro sese cogitantibus offerant. stat igitur in limine Caius, Visigotthicus ille, quem fragmentum Papiniani excipit, quamquam in lege Romana Visig. Paulli sententiae libros Gaianos sequebantur. Atque in his quidem edendis nos beatum Hauboldum maxime sequi debere, si, quae modo significavimus, cum exempli ab hoc viro editi ratione atque indole contuleris, facile nobiscum senties. Is enim vir, cuius nomen ex iis est, quae saeculum nostrum ornant, in edendo Caii exemplo, quod in Berolinensi iure civili anteiustin. (1815. 8. pagg. 187...244.) habes, eam sibi scripserat legem (cf. l. c. pag. 188. not. f.), ut memor semper esset, non Caii, sed Aniani scripturam ab editore repraesentandam, neque eius esse curare quid scribi debuisset, dum quid epitomator vere scripserit assequatur. A qua lege, quamvis amici mei, ceterarum Visigotthicae Romanorum legis partium editores, non ita presse eamdem sequi poterunt (cum his viris curandum erit, ut, quantum prae instrumenti editionis bonitate fieri poterit, scripta reficiant, instaurent et in pristinam quasi condicionem reducant), mihi quidem, postquam genuinus Gaius iam dudum nobis redditus est, abhorrere minime licuit; ipsa vero me movit, ne ab Hauboldo recederem, nisi in paucis locis, ubi de Visigotthorum scriptura aliter sentiebam, atque ille: si rectius, assensum, sin minus, veniam mihi non denegabit aequus lector. Neque in commentariis, quos subieci, criticis lectores multas velim res novas exspectare, ne decipiantur: nam ii quoque multo magis Hauboldo quam mihi debentur. Sed de textu, quem vocant, (excepta §. ult. epitomes, de qua vid. ann.) monendum videtur me curavisse, ut obliquis, id est cursivis, litteris exprimerentur ea verba, quae ex genuinis Gaii commentariis Visigotthi in epitomen transsumpserunt; litteras vero maiore inter singulas relicto spatio poni iussi, quotiens verba imprimenda erant, quae Veronensi codici desunt: quae res et in restituenda Gaianorum commentariorum scriptura aliquem usum habere, et quasi legis Rom. Visig. compositorum laborem nobis ante oculos ponere posse videbatur; quibus de causis, quamvis taedii plenissimam, neque ubique locorum satis tuto perficiendam, tamen tentandam esse putavimus. erectis igitur sive antiquis, ut typothetae loquuntur, litteris scripta sunt quae in codice Veronensi aliter, atque in nostro libello, leguntur; sed quae ex illo codice omnino evanuerunt, discriminatis, ut modo dixi, litterarum formis. Qui margini adscripti sunt numeri, ii referunt lectores ad Gaii institutionum genuinarum commentarios paragraphosque.

Haec, ut rectum de opella nostra iudicium ferre possis, non nescire debes. Vale, lector.

Scribebam Bonnae pridie Kal. Dec.

anni cIↃIↃcccxxxi.

SIGNORUM EXPLICATIO.

Aeg. *s.* Aegid.	=	Epitome Aegidiana, in Meermani thes. tom. VII. p. 682 . . 86 (Cf. Hugonis ind. fontt. post Pauli Sentt. Berol. 1795. 8. pag. 123.)
Bo. *s.* Bouch.	=	Bouchardi editio. Paris. 1525. 4. (Cf. Hugo l. c. p. 128.)
Cui. *s.* Cuiac.	=	Cuiaciana exempla.
Cui. I	=	Exemplum Lugdunense a. 1566. fol. editum. (Cf. Hugo l. c. p. 146.)
Cui. II.	=	Exemplar Parisinum a. 1586. fol. editum. (Cf. Hugo l. c. p. 162.)
Gen. *s.* Genev. 1586.	=	Exempl. Genevense a. 1586. editum. (Cf. Hugo l. c. p. 169.)
Goth.	=	Codex Gothanus MS.
Haub. *s.* Hd.	=	Hauboldi exemplum Caii. Cf. praef. nostr.
Leid.	=	Codex MS. Leidensis.
Lov. *s.* Lovan. 1552.	=	Exempl. Lovaniense a. 1552. (Cf. Hugo l. c. p. 140. Meerm. thes. tom. VII. p. 677. a)
Lugd. 1553.	=	Lugdunense Brachylogo adiectum Caii exemplum a. 1553. (Cf. Hugo l. c. p. 140. sqq.)
Lugd. 1559.	=	Lugdunense exemplum a. 1559. aut 1557., de quo consule Editoris notitiam litterariam in eius Brachylog. Berolin. 1829. 8. pag. C. (Cf. etiam Hugo l. c. p. 145.)
Meerm.	=	Meermani animadversiones criticae in Caii Institutiones; in ipsius thes. tom. VII p. 673. sqq.
Mon.	=	Codex MS. Monacensis.
Ottob.	=	Codex MS. Ottobonianus.
Sav.	=	Codex MS., quem v. ill. Savinius possidet.
Sch. *s.* Schult.	=	Schultingii iurispr. vetus. Lugd. Bat. 1717. 4. (Cf. Hugo l. c. p. 194. sqq.)
Sich.	=	Sichardi exemplum. Basil. 1528. fol. (Cf. Hugo l. c. p. 130. sqq)

CAII
INSTITUTIONUM
EPITOMES
LIBER PRIMUS [1].

TITULUS I. DE STATU HOMINUM [2].

G. I. 9. Caii Institutionum liber primus dicit [3] *omnes homines*
I. 10 *aut liberos* esse, *aut servos*; sed ex his [4] ipsis, qui
I. 11. *liberi* sunt, *alios* esse *ingenuos*, *alios libertinos*: *ingenuos*, *qui* ingenui [5] *nati sunt*; *libertinos*, *qui* pro [6] *iusta servitute manumissi* liberi fiunt. Ingenuorum
I. 12. omnium unus status est: *libertorum* [7] vero ideo non unus est, quia tria sunt genera libertatum [8]; quia liberti aut cives Romani sunt, aut Latini, aut dediticii. Tamen, qui cives Romani sint [9], qui Latini, qui dediticii, breviter explanandum est. §. 1.
I. 17. *Cives Romani* sunt qui his *tribus* modis, id est testamento *aut* in ecclesia *aut* ante consulem fuerint manumissi. §. 2. *Latini* sunt qui aut per epistolam aut inter amicos aut convivii adhibitione manumittun-
I. 13. tur. §. 3. Dediticii vero sunt *qui* post admissa crimina suppliciis subditi et [10] publice pro criminibus caesi *sunt*, aut in quorum facie vel corpore quaecumque indicia *aut* igne aut *ferro* impressa [11] sunt, et ita impressa sunt, ut deleri non possint. hi, si *manumissi* fuerint, *dediticii* appellantur.

§. 4. Sed inter haec tria genera libertatum [12] ideo cives Romani meliorem [13] statum habent, quia et testamenta facere, et ex [14] testamento quibuscumque personis succedere possunt: nam [15] *Latini* et *de-* I. 22.
diticii nec testamenta condere, *nec* sibi *ex testamen-* .. 25.
to aliorum aliquid dimissum *possunt* ullatenus [16] vindicare. Tamen *Latini* certis rebus [17] privilegium [18] I. 28.
civium Romanorum libertorum *consequi* possunt. *de-* I. 35.
diticii vero nulla ratione *possunt ad civium Romano-* I. 25.
rum libertatem ordinis beneficio pervenire [19]: nam 26.
Latini patronorum beneficio, id est si iterum ab ipsis aut testamento aut in ecclesia aut ante consulem manumittantur, civium Romanorum privilegium [20] consequuntur.

§. 5. Non tamen omnes domini servos suos ma- I. 36.
numittere possunt. nam si aliquis [21] multa debita I. 37.
habeat [22], cuius substantia [23] creditoribus [24] teneatur obnoxia [25], si *in fraudem creditoris* sui servos suos manumittere voluerit, collata manumissio non valet [26]. §. 6. Aut si libertus civis Romanus filios liberos [27] non habuerit, et *in fraudem patroni* sui servos suos *manumittat*, similiter data manumissio non valebit [28].

---

1) Cod. Mon. *Gai Institutionum liber primus de personis.* Goth. *Incipiunt tituli Gagi.* Sav. *Incipit Gai Institucionum lib. I.* Ottob. *Incip. lib. Gaii.* Leid. *Incipiunt tituli legum Gaii.* — Ed. Bouch. *Titi Caii Institutionum liber primus.* Sich. *Caii Institutionum liber prior de personis.* Cuiac. I. *Gaii Institutionum liber.* Schult. *Caii Institutionum Liber primus.* Sed Cuiac. II. *Gaii Institutionum epitome*, quam inscriptionem, utpote indoli libri consentaneam, recepimus. Haub. 2) Plurimae edd. cum Hd. „de libertatibus servorum“, sed antiquissimae nobiscum faciunt. Aleander et Oisel. „de iure personarum“ exhibent. Veronensis Gaius in interiore marg. habet „de condicione hominum“. 3) Hoc exordium om. cod. Mon. et edd. antiqq., quarum aliae obliqua, aliae, ut Sich., recta in sequentibus oratione utuntur. Cod. Goth. *Gaius de institutionum libri primi dicit.* Cod. Sav. a verbo *dicit* exorditur. 4) Bo. *iis.* Sich. et Sch. om. *his.* 5) Ranconetus *liberi* voluit; sed τῷ *ingenuus* medio aevo pro voce *liber* utebantur. 6) Ita Codd. et edd. Cuiacc. Reliquae edd. om. *pro*, quod cum Hd. retinuimus. 7) Bo. *libertinorum.* 8) Sich. Sch. *libertorum.* Margo Sich. *libertatum* habet. 9) Codd. Goth. et Sav. *sunt.* 10) Goth. om. *et.* Aleander voluit *aut.* 11) Goth. *in ferro expressa.* 12) Ita codd. In marg. Sich. *libertorum*, quod Sch. habet cum omnibus fere edd. 13) Bo. *mediocrem.* 14) Bo. om. *ex.* 15) Sich. Sch. ins. *et.* 16) Goth. *nullatenus.* 17) Hic et inferius lib. I. tit. 2. §. 3. et lib. II. tit. 3. §. 4. malim *rationibus.* 18) Singularem numerum restituimus fide cod. Goth. Haub. 19) Hic locus emendatus est e cod. Ottob. qui tamen pro *ordinis* legit *ordines.* Vestigia genuinae lectionis sistunt cod. Sav. ubi pro *beneficium* exstat *benefitio*, et ed. Sich. quae in marg. habet: *ordinis beneficio.* Haub. 20) Ita Codd. — Edd. praeter Hd.: *privilegia.* 21) *Aliqui* codd. Mon. Goth. Sav. et edd. Bouch. Sich. ac Lugd. a. 1553. Haub. 22) *Habeant* et paullo inferius *voluerint* iidem scripti et editi libri, praeter Goth. qui legit *habebant...voluerint.* Haub. 23) Goth. et Bo. *substantiae*, sequenti verbo *teneantur*, quod et Mon. habet. 24) Edd. *a creditoribus.* 25) Goth. *substantiae a creditoribus teneantur obnoxiae.* 26) Goth. *valeat.* Ad hunc locum interpretationem Visigotthicam, in editis libris non exstantem, se repperisse in duobus antiquissimis Mss. testatur Matth. Roever (fgm. vet. ICti de iuris speciebus etc. Lugd. Bat. 1739. 8. pag 35). Est autem haec: „*Debitor frustra servum manumittere praesumitur, nisi creditoribus res a se debitas ante reddiderit*“. 27) Ottob. om. *liberos.* 28) Hd. *valet.*

I. 38. §. 7. Praeterea *minor* quicumque *viginti annorum do-*
minus libertatem servo[29] dare *non* potest; nisi forte[30]
I. 39. tantum[31] minor manumissor, cui *pat*er suus[32] et[33]
*mat*er a patrono donati sunt, eosdem manumittat, *aut*
certe *paedagogum aut collactaneum manumittat*[34].
I. 40. nam quamlibet[35] *dominus*, id est[36] *quattuordecim*
annos egressus[37], *testamentum facere possit*[38] *et he-*
redem instituere et *legata relinquere*, *libertatem* ta-
men[39] *servis non pot*est in hac aetate conferre.

TIT. II. DE NUMERO SERVORUM TESTAMENTO MANUMITTENDORUM.

I. 42. *Constitutum est* quantum *ser*vorum numerum *te-*
I. 43. *stamento* de quanta[1] familia liceat *manumitti*, hoc or-
dine, ut, si *quis duos servos habet*, ambos *manumit-*
tere possit; qui *vero* tres, duos testamento manumit-
tat[2]: qui[3] quattuor, similiter duos: qui sex, tres: qui
octo, quattuor: qui *decem*, quinque: *qui* undecim, duo-
decim, tredecim, quattuordecim, quindecim, sedecim,
decem et septem[4], similiter quinque: qui decem et
octo, sex: et ab hoc numero usque ad[5] *triginta*, *ter-*
tiam partem manumittere liceat: *qui* amplius *quam*
triginta habuerit usque ad *centum*, *quartam par-*
tem[6] de numero servorum manumittere potest: *qui*
vero *plures quam centum habuerit*, *quintam partem* ma-
numittere potest. *sed*[7] hoc statutum est, ut de quam-
libet grandi familia nulli amplius, *quam centum*, te-
stamento *manumittere liceat*. §. 1. Nam qui vo-
I. 44. luerit aut[8] in ecclesia aut ante consulem *aut inter*
amicos aut per epistolam *manumittere*, potest his ma-
numissionibus omnem *familiam* iugo servitutis absol-
I. 45. vere. §. 2. Nam si[9] aliquis *testamento* plures *ma-*
et 46. *numitt*ere voluerit, quam quot[10] continet *numerus*
supra scriptus, *ordo* servandus est[11], ut illis tantum
libertas valeat[12], qui prius manumissi sunt, usque ad
illum numerum, quem explanatio continet superius
comprehensa; qui vero postea[13] supra constitutum
numerum manumissi leguntur,[14] in servitute eos cer-
tum[15] est permanere. quodsi non[16] nominatim servi
vel ancillae in testamento manumittantur, sed confuse
omnes servos suos vel[17] ancillas is, qui testamentum
facit[18], liberos facere voluerit, nulli penitus firma esse
iubetur hoc ordine *data libertas*; sed omnes in ser-
vili condicione, qui hoc ordine manumissi sunt, per-
manebunt. *nam et si* ita in *testamento servo*rum ma-
numissio adscripta fuerit, id est in circulo, ut qui
prior[19], qui posterior nominatus sit, non[20] possit
agnosci, *nulli* ex his *liber*tatem valere manifestum est,
si agnosci non potest qui prior[21], qui posterior fuerit
manumissus[22]. §. 3. Nam si aliquis in aegritudine consti-
tutus *in fraudem* huius *legis* facere noluerit[23] testamen-
tum, sed[24] epistolis aut quibuscumque aliis rebus[25] ser-
vis suis pluribus, quam per testamentum licet, conferre
voluerit libertates, et sub tempore mortis hoc fecerit[26],
hi, qui prius manumissi fuerint[27], usque ad numerum
superius constitutum[28] liberi erunt, qui vero post sta-
tutum numerum manumissi fuerint, servi sine dubio
permanebunt. §. 4. Nam si[29] incolumis[30] quos-
cumque diverso tempore manumisit, inter eos[31], ⌜qui
per testamentum manumissi sunt, nullatenus computen-
tur[32].

TIT. III. DE IURE PERSONARUM.

Aliquae *personae sui iuris sunt*, aliquae *alieno* I. 48.
iuri subiectae sunt. Itaque cum ostenditur *quae* I. 50.
personae *alieno iuri subiectae sint*, tunc evidenter
agnoscitur *quae sui iuris sint*.

§. 1. *In potestate itaque dominorum sunt servi*, I. 52.
*quam potestat*em[1] *omnes gentes* habere certum est. *sed* et 53.
distringendi[2] *in servos dominis* pro sua *potestate* per-
mittitur; *occide*ndi tamen[3] *servos suos* domini licen-
tiam non habebunt, nisi forte servus, dum pro culpae
modo caeditur, casu forsitan[4] moriatur: nam si servus

---

29) Ita restituimus fide codd. Mon. Sav. et Ottob. (a quo tamen *quicumque* abest) nec non ed. Bouch. Sed Sich. et reliqui editores *servo suo libertatem*. Haub. 30) Bo. om. *forte*. 31) Schroeder. (obss. iur. IV. 5. p. 337.) *tamen* legendum prop. 32) Bo. *eius*. 33) Cui. I. *vel*. 34) Bo. om. *aut certe ... manumittat*. 35) Bo. et Lugdd. binae *quilibet*. 36) Goth. om. *id est*. 37) Bo. *aggressus*. 38) Bo. *potest*. 39) Goth. om. *tamen*.

1) Id est *quantalibet*. 2) Ottob. *tantummodo manumittit*. 3) Goth. et Sich. *si*, sed hic in marg. *Qui*. 4) Sich. *decem et quinque, decem et sex, decem et septem*. 5) Goth. et Mon. om. *ad*. 6) Hd. secutus codd. Goth. Mon. et Sav. om. *partem*, quod cum edd. restitui, secutus Gai. I. 43. 7) Codd. Goth. Sav. et Gaii Veron. fide expunxi copulam *et*. 8) Goth. om. *aut*. 9) Goth. *Sive*. 10) Bo. et Hd. secutus recepi *quot*, pro quo Mon. et Sav. *quod* habent, cuius vestigia in Goth. quoque apparent. 11) Goth. *servetur*. 12) Cod. Ottob. *ut illis* (lege *illi*) *tantum libertatis* (leg. *libertatem*) *habeant*. Haub. 13) Hd. ex Mon. et Bo. recepit *post*. Sed et si vulgatam retineamus scripturam, nihil impedit, quo minus locum intellegamus ut Cliffordo immutandus visus est: *qui vero supra const. num. postea man.* 14) Edd. ins. *integre*, quod Hd. cum Mon. et Sav. om. 15) Ottob. *decretum*, quod etiam Sich. Cui. I. et Genev. in marg. habent. 16) In codd. Mon. et Goth. sequens *nominatim* absorpsit negationem. 17) Goth. et Sich. *et*, sed hic in marg. *vel*. 18) Codd. Ottob. et Sav. *fecit*. 19) Mon. *prius*. Sav. et Cui. II. ut et in marg. Sich. *primus*. 20) Ex Goth. et Sich. excidit *non*. 21) Goth. *prius*. Mon. Sav. Ottob. et Cui. II. *primus*. 22) Edd. *manum. fuerit*. Hd. et Mon. Sav. et Ottob. sequimur. Ceterum malim *quia agnosci* et c. nam ut nunc sunt, verba *si agn.* etc. plane otiosum glossema esse videntur. 23) Mon. Sav. et Bo. Sich. *uoluerit*. 24) Mon. et Bo. om. *sed*. 25) Cf. tit. sup. not. 17. 26) Goth. *mortis fuerit*. Mon. Bo. *mortis hoc fuerit*. 27) Goth. et Sich. Cui I. et II. cum Genev. *fuerunt*. 28) Sav. et in marg. Sich. *comprehensum*. 29) Mon. om. *si*. 30) Sich. *Nam si in coloniis*. 31) Goth. *in eos*. Sch. om. *inter eos*. 32) Ottob. *teneantur*.

1) Goth. om. *potestatem*. 2) Mon. *destringendi*. Goth. *distinguendum*. Sich. *sed si distringendi*. 3) Edd. praeter Bo. et Lovan. *tantum*; sed in marg. Sich. *tamen*. 4) Alterum *forsitan*, quod vulgo hic adiicitur, manifeste abundat; et abest etiam ab ed. Bouch. nec non a Summario; unde cum Meerm. id expunximus. Cf. Schroeder. Obss. iur. IV. 5. p. 337. Haub.

dignum morte crimen admiserit, iis[5] iudicibus, quibus publici officii potestas commissa est, tradendus est, ut pro suo crimine[6] puniatur.

I. 55. §. 2. *In potestate* etiam patrum *sunt*[7] filii ex legitimo matrimonio *procreati*.

TIT. IV. DE MATRIMONIIS.

Legitimae sunt nuptiae, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus vel consensu[1] ducat uxorem.
I. 58. §. 1. Sed non omnes personas uxores ducere
I. 59. licet: quia nec *patri filiam*, nec *filio matrem*, nec *avo neptem*[2], nec nepoti aviam. Quod non solum de personis, quae nobis[3] propinquitate coniunctae sunt, sed etiam de[4] adoptivis, hoc est adfiliatis, iustum[5] est observari: nam etsi[6] per emancipationem *adoptio dissolvatur*, nuptias tamen inter has personas semper
I. 61. constat esse[7] illicitas. §. 2. *Inter fratrem* quoque *et sororem, sive eodem patre* ac *matre nati fuerint, sive* diversis matribus aut patribus, matrimonia esse non possunt. Inter adoptivos etiam fratres illicita sunt coniugia, nisi forte *adoptio emancipatione* fuerit *dissoluta:* nam si emancipatio intervenerit, nuptiae inter
I. 62. huiusmodi[8] fratres licito[9] contrahuntur. §. 3. *Fratris* quoque et *sororis filiam uxorem ducere*[10] *non licet*. §. 4. Sororem quoque patris ac matris *uxo-*
I. 63. *res*[11] accipere *non licet*. §. 5. Genero quoque *socrum* suam, nec socero *nurum* uxorem accipere licet[12], nec vitrico *privignam*, nec[13] privigno *novercam*. §. 6. Fratres etiam[14] amitinos vel consobrinos in matrimonium[15] iungi nulla ratione permittitur. §. 7. Sed nec uni viro duas sorores uxores[16] habere, nec uni[17] mulieri duobus fratribus iungi permittitur.
I. 64. §. 8. Quodsi[18] quis *incestas* vel *nefarias*, id est quae sunt superius comprehensae, *nuptias* inierit, *nec uxorem habere videtur, nec* filios: nam h i, *qui ex* huiusmodi conceptione *nati* fuerint, quamlibet[19] *matrem*[20] *habere videantur*[21], *patrem vero* nullatenus habere censentur, et tamquam si de adulterio[22] concepti fuerint, computantur: qui *spurii appellantur*, hoc
I. 89. est *sine patre filii*. §. 9. Regula iuris hoc conti-
... 92. net, ut, *qui legitime concipiuntur, tempore conceptionis statum sumant; qui* vero non de legitimo matrimonio *concipiuntur, statum sumant*[23] *eo tempore, quo nascuntur*. ac proinde de[24] legitima coniunctione conceptus, etiamsi mater eius statum mutet, id est si ancilla f i a t, ille qui legitime conceptus est, ingenuus *nascitur*; nam[25] qui non legitimo matrimonio concipitur, *si* mater eius ex *ancilla*, dum *praegnans* est, libera facta *fuerit, liber nascetur*[26]; *si vero* ex ingenua[27] ancilla *praegnans* facta *fuerit*, servus nascetur[28], quia non legitime, sed *vulgo conceptus* est.

TIT. V. DE ADOPTIONIBUS.

Adoptio naturae similitudo est, ut aliquis filium habere possit, quem non generaverit[1]. §. 1. Et
ipsa *adoptio*[2] *duobus modis fit:* una, quae arrogatio I. 98.
dicitur; alia, quae adoptio. Arrogatio est, quando aliquis patrem non habens adoptatur, et ipse se in potestatem adoptivi patris dat. Et ideo *arrogatio dici-* I. 99.
tur: quia et ille, qui adoptat[3], *interrogatur*, utrum illum, *quem adoptat*[4], *filium* habere *velit: et ille, qui adoptatur, interrogatur*, utrum *id fieri* velit. Illa vero alia adoptio est, ubi quis patrem habens ab alio[5] patre adoptatur: et ita ille, qui adoptatur, de certi patris potestate discedit[6], et[7] in adoptivi patris incipit
esse[8] potestate[9]. §. 2. Nam *et feminae adoptari* I. 101.
possunt, ut loco filiarum adoptivis[10] patribus[11] habeantur: *feminae vero adoptare*[12] *non possunt, quia* I. 104.
nec filios ex[13] se natos *in potestate habent*. §. 3.
Spadones autem, *qui generare non possunt, adoptare* I. 103.
possunt; et licet filios generare non possint, quos adoptaverint[14] filios habere[15] possunt.
§. 4. Si quis vero filios *habens se dederit ado-* I. 107.
ptandum, non solum ipse in patris adoptivi *potestatem* redigitur, *sed et* filii *eius*, si tamen avum paternum non habuerint, *in* adoptivi patris *transeunt potestatem, tamquam nepotes*.

TIT. VI. QUIBUS MODIS FILII EXEUNT[1] DE POTESTATE PATRIS.

Filii, *qui*[2] in potestate patris sunt, mortuo I. 127.

5) In marg. Sich. *is*. 6) Sich. ins. *publice*. 7) Goth. *sunt patrum*.

1) Seldeni (cf. ux. Hebr. II. 20. p. 155.) MS. cod. om. *vel consensu*. 2) Sch. perperam om. *nec avo neptem*. 3) Goth. om. *nobis*. 4) Mon. Goth. Sav. et Bo. *vel*. 5) Ita cum Hd. fide Goth. et Bo. ac Lovan. dedimus. reliqui codd. et edd. *iussum*. 6) Bo. et Sich. *si*. 7) Cum Oiselio Hd. ex Sav. *esse*, reliquis omissum, restituit. 8) Sav. *eiusmodi*. 9) Bo. Hd. *licite*. 10) Bo. *accipere*. 11) Oisel. ut et ex cod. Leid. Roeverus *uxorem*. 12) Mon. *liceat*. 13) Vulgo *neque . . . neque*. 14) Ita cum codd. Mon. Goth. Sav. et Leid. habent edd. Bo. Sich. Aleand. et Oisel. reliqui fere omnes *enim*. 15) Goth. et Sich. *matrimonio*. 16) Goth. et Sav. om. *uxores*. 17) Sich. om. *uni*. 18) Sav. et Bo. cum Sich. *quia si*. 19) Bo. Sich. *licet*. 20) Mon. Sav. et Sich. *uxorem*, sed hic in marg. *matrem* habet. 21) Vulgo *vid. hab.* 22) Mon. *adultero*. Goth. *etiam quasi de adulterio*. 23) Goth. *sumunt*. 24) Praepositionem Hd. adiecit ex Mon. Sav. et Bo. nam τὸ „proin*de*" eam absorbuerat. 25) Goth. om. *nam*. 26) Hd. ex Mon. et Sav. *nascitur*. 27) Sav. et in marg. ed. Genev. a. 1586. *ingenuo*. In Bo. hiatus est. 28) Hd. ex Goth. et Sav. *nascitur*.

1) Sich. et Pacius *generavit*. 2) Goth. ins. *in*. 3) Cuiac. II. ins. *apud curiam*, sine ulla librorum auctoritate. 4) Goth. om. *interrogatur, utrum illum, quem adoptat*. 5) Goth. *aliquo*. 6) Goth. *discessit*. 7) Copulam *et* habent Mon. Sich. Cuiac. I. et II Genev. a. 1586. Sch. Hd. 8) Hd. ex Mon. et Sav. *esse incipit*. 9) Goth. *potestatem*. 10) Mon. et Bo. *adoptatis*. 11) Goth. et Sich. *fratribus*, sed hic in marg. habet *patribus*. 12) Mon. Goth. et Bo. *familiae vero adoptari*. In cod. Sav. vox *feminae* expuncta et superscriptum est *familiae;* idem quoque *adoptari* habet. 13) Hd. ex Mon. Goth. et edd. Bo. Cui. I. *a*. 14) Cum Hd. Mon. Goth. et Sav. secuti sumus; reliqui *adoptaverunt*. 15) Goth. ins. *non*. Sich. ins. *tamen*.

1) Epit. Aegid. *exeant*. 2) Sich. in marg. *si*.

patre sui iuris fiunt. sed si hic filius, qui morte[3]
patris *sui iuris effectus* est, filios habeat[4], *in* eius *post*
patris sui obitum erunt filii *potestate: nam* si *pater mo-*
riatur, et avus paternus vivat, nepos ex filio *sui* iuris
esse non potest, quia in avi remanet potestate, qui[5]
avo mortuo sui iuris efficitur[6]. item si moriatur pa-
ter et relinquat filium emancipatum et[7] ex eodem fi-
lio emancipato nepotes[8], tunc nepotes liberi et sui
iuris erunt, et in patris emancipati potestatem non ve-
niunt[9].

I. 128. §. 1. Item de *potestate* patris exeunt filii, si pa-
ter eorum in exsilium[10] missus fuerit, quia non potest
filium *civem Romanum in potestate*[11] *habere homo*
peregrinae condicionis effectus. item filius si[12] vivo
patre in exsilium[13] missus *fuerit, in potestate patris*
civis Romani[14] *esse* non potest, *quia*[15] similiter *pe-*
regrinae condicionis factus agnoscitur[16].

I. 129. §. 2. Item *si ab hostibus* pater *captus sit, in po-*
testate, quamdiu apud hostes fuerit[17], filios non *ha-*
bebit[18]. sed[19] si de captivitate evaserit, *iure postli-*
minii omnem, sicut in aliis rebus, ita et in filiis *re-*
cipit potestatem[20]. *si vero* pater, qui ab hostibus
captus est, in captivitate *moriatur*[21], ab eo *tempore,*
quo ab hostibus captus est, filii *sui iuris* effecti[22] in-
telliguntur.

I. 132. §. 3. Item per *emancipationem*[23] filii sui iuris
efficiuntur. sed[24] *filius* masculus tribus emancipatio-
nibus de potestate patris exit et sui iuris efficitur.
I. 119. *Emancipatio*[25] *autem*, hoc est manus traditio, *quae-*
dam similitudo *venditionis est:* quia in[26] emancipa-
tionibus praeter[27] illum, hoc est certum patrem, alius
pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. ergo ipse[28]
naturalis *pater filium* suum fiduciario[29] patri *manci-* I. 132.
pat[30], hoc est manu tradit[31], *a quo* fiduciario patre
naturalis pater[32] unum aut duos numos, *quasi* in si- I. 119.
militudinem *pretii accipit*[33], et *iterum eum* acceptis I. 132.
numis fiduciario patri tradit[34]. hoc secundo et ter-
tio fit, et *tertio eum* fiduciario patri *mancipat* et tra-
dit, et sic de patris potestate exit[35]. Quae tamen
emancipatio[36], *solebat*[37] ante *praesidem fieri;* modo I. 134.
ante curiam facienda est, ubi *quinque*[38] *testes cives* I. 119.
Romani in praesenti[39] erunt, et pro illo, *qui libripens*
appellatur, id est stateram[40] tenens, et qui antesta-
tus appellatur, alii duo[41], ut septem testium numerus
impleatur. Tamen cum tertio mancipatus[42] fuerit fi- I. 132.
lius a patre naturali fiduciario patri, hoc agere debet
naturalis pater, ut ei a fiduciario patre remancipetur[43]
et a naturali patre manumittatur, ut si filius ille mor-
tuus fuerit, ei in hereditate[44] naturalis pater, non fi-
duciarius, succedat. *Feminae* vel nepotes *masculi* ex
filio *una emancipatione de patris* vel avi *exeunt po-*
testate, et sui iuris efficiuntur. et hi ipsi, quamlibet[45]
una mancipatione[46] de patris vel avi potestate exe-
ant[47], nisi a patre fiduciario[48] remancipati fuerint,
et a naturali patre manumissi, succedere eis naturalis
pater non potest, nisi[49] fiduciarius, a quo manumissi
sunt[50]. nam si remancipatum eum[51] sibi naturalis
pater vel avus manumiserit, ipse eis in hereditate[52]
succedit. Quodsi habeat quis filium, et ex eo ne- I. 133.
potes[53], et voluerit filium emancipare, et nepotes
in sua potestate[54] retinere[55], in arbitrio
eius est: aut[56] si voluerit nepotes emancipare[57], et

---

3) Sav. *post mortem.* Bo. ins. *sui.* 4) Goth. et Sich. ins. *qui.* 5) Goth. *remaneat* [*remanent?*] *potestatem quia.* 6) Goth. Sav et Sich. *efficiuntur.* 7) Mon. om. *et.* 8) Mon. om. *nepotes* 9) Sav. *veniant.* 10) Goth. *exsilio.* 11) Goth. *potestatem,* ut fere ubique pro *potestate.* 12) Hd. ex Mon. et Sav. *Item si filius.* 13) Mon. et Goth. *exsilio.* 14) Cod. Leid. et edd. Crispini, Pacii et Gothofr. *Romanus* habere testatur Meerm. 15) Goth. *qui.* 16) Bo. *quia similiter conditionem mutasse dignoscitur.* Sich. *quia s. p. c. factus esse agnoscitur.* Pro vulgari *cognoscitur* cum Hd. codd. Mon. Goth. et Sav. recepimus scripturam. 17) Goth. om. *fuerit.* 18) Hd. fide Mon. Sav. Bo. et Cui. II. *habet.* 19) Sich. in marg. *Quod.* 20) Sav. om. *in* ante *filiis.* Sich. et Aleand. *et filios recipit in potestatem.* Cui. I. et Genev. a. 1586. *et in filios recipit in potestatem.* Vulgo *et in filios rec. pot.* Hdum sequi debebamus. 21) Mon. et Bo. *moritur.* 22) Goth. *facta.* Hd. ex Mon. et Bo. *facti.* 23) Sav. *mancipationem.* 24) Goth. *si.* 25) *Emancipatio* codd. Mon. Goth. Sav. et Leid. item edd. Bouch. et Sich. quare hanc lectionem alteri: *mancipatio,* praetulimus, in primis quum non raro epitomator Caii *mancipationem* cum *emancipatione* confuderit. Haub. 26) Mon. et Goth. *quae in.* Bo. *qua et in.* Cum Hd. a vulgari *quia et in* recessimus. 27) Mon. et Goth. *pater.* Bo. *per.* 28) Ita cum Hdo ex Mon. et Bo. scripsimus pro vulgari *iste.* 29) Goth. *fiduciarium* 30) Bo. *emancipat.* 31) Mon. *tradet.* 32) Mon. *a quo fiduciario pater naturalis.* Goth. *quodsi fiduciario pater naturalis pater.* Sich. om. *a* habet *quo fid.* etc. 33) Goth. *in similitudine pretii accepit.* 34) Mon. *tradet.* Goth. *dedit.* Cui. II. *mancipat et tradit.* 35) Pleniorem hanc lectionem suppeditant codd. Sav. et Leid. nec non ed. Bo. cui cum duobus his codd. excepto vocabulo *mancipat,* pro quo legit *emancipat,* convenit. Vestigia eiusdem lectionis adsunt in codd. Mon. et Goth. nec non in edd. Sich. et Lugd. a. 1553. Nam Mon. legit: *hoc secundo et tertio cum fiduciario patri emancipat ac tradet et sic de patris potestate exit.* Gothanus: *hoc secundo et tertio fit, cum fiduciarium patri mancipat et tradit et sic de patris potestate exit.* Sich.: *hoc secundo et tertio fit, cum fiduciario patri mancipat ac tradit,* quae verba, ut solet, Lugd. a. 1553. repraesentat, nisi quod pro *mancipat* habet *emancipat.* Haub. 36) Cui. *mancipatio.* 37) Mon. Goth. et Bo. *solet.* 38) Goth. *ubicumque.* 39) Bo. *in praesentia.* 40) Mon. Sav. et Cui. II. *staterem.* Goth. *statere.* 41) Mon. et Bo. *alios duos.* 42) Goth. et Sav. *emancipatus.* 43) Sav. et Sich. *mancipetur.* 44) Goth. *hereditatem.* 45) Sav. ins. *et.* Bo. *quotlibet.* 46) Mon. Goth. et Sich. *emancipatione.* 47) Goth. Bo. et Sich. *exeunt.* 48) Mon. Goth. Sav. et Bo. Sich. Cui. Genev. a. 1586. om. *fiduciario.* 49) Oisel. *sed.* Schulting. annotat, *nisi* pro *sed* Latinitatis posterioris et corruptae esse. 50) In libro Ms. quo usus est Ianus a Costa, sequitur *succedit.* 51) Cum Hdo ex Mon. et Goth., nec non Bo. recepimus *eum.* Bo. om. sequens *sibi.* 52) Goth. *hereditatem.* 53) Mon. et Goth. *nepotem* 54) Goth., omissis verbis *et voluerit filium emancipare et nepotes,* habet *in suam potestatem.* 55) Sav. *tenere.* 56) Sich. *ut.* 57) Mon. *mancipare.*

filium in sua potestate[53] retinere, et hoc ei[59] pro iuris ordine licere manifestum est. quod[60] non solum de nepotibus, sed et de[61] pronepotibus similiter facere potest[62].

TIT. VII. DE TUTELIS [1].

Tutores aut[2] legitimi sunt aut testamentarii.
I. 155. 6. §. 1. *Legitimi* sunt *qui* pupillo per *virilem sexum*
I. 164. propinquitate con*iun*guntur[3], et *qui proxim*ior fuerit de *agnatis, ad* ipsum legitima *tutela* pertinet; quia
I. 165. is, qui proximus fuerit ad *tutelam*, ipse proximus est et[4] *ad hereditatem.*
I. 144. §. 2. Testamentarii sunt quos patres aut avi paterni in[5] *testamento* suo tuto*res* filiis aut nepotibus delegaverint. Quod*si* nec testamentarius *tutor* fuer*it*, I. 185.
nec legitimus, tunc[6] ex inquisitione iudicis pupillis *tutores dantur.*

TIT. VIII. DE CURATIONE [1].

Peractis pupillaribus annis, quibus tutores absolvuntur, ad curatores ratio minorum[2] incipit pertinere. sub curatore sunt minores aetate, maiores eversores[3], insani: hi, qui minores sunt, usque ad viginti et quinque annos impletos[4] sub curatore sunt; qui vero eversores aut insani sunt, omni tempore vitae suae sub curatore[5] esse iubentur, quia substantiam suam rationabiliter gubernare non possunt.

C A I I
I N S T I T U T I O N U M
EPITOMES
L I B E R S E C U N D U S.

TIT. I. (al. IX.)[1] DE REBUS.

II. 1. Caius superiore commentario de iure personarum aliqua disputavit; nunc[2] in hoc commentario *de rebus* iterum tractat.
II. 2. §. 1. Omnes *itaque res* aut nostri iuris sunt aut divini aut publici. nostri iuris sunt quae in
II. 3. proprietate nostra esse noscuntur. *divini iuris sunt* ecclesiae, id est templa dei vel ea[3] patrimonia ac substantiae[4], quae ad ecclesiastica iura pertinent. pu-
II. 8. blici iuris sunt *muri*, fora, *portae*, theatra, circus, arena, quae antiqui[5] *sancta* appellaverunt, pro eo, quod exinde tolli aliquid aut coniungi[6] non liceret: II. 9.
sed haec omnia *in nullius bonis* sunt[7]; ideo publici iuris esse dicuntur. Sed et res hereditariae, antequam aliquis heres exsistat, id est quando dubitatur utrum scriptus an[8] legitimus heres succedere debeat, in nullius bonis esse videntur.
§. 2. Praeterea quaedam res corpora- II. 12.
les sunt, quaedam incorporales[9]. corpo- II. 13.
rales sunt[10] quae manu[11] tangi possunt, velut ager, mancipium, *vestis*[12], *aurum*, argentum, et his similia. incorporales[13] sunt quae II. 14.
ta*ngi non* possun*t*, qualia sunt ea, quae non

58) Goth. iterum *in suam potestatem.* 59) Goth. *retinere hoc eis.* 60) Sav. *quodsi.* 61) Sav. om. *de.* 62) Goth. *poterit.* Sich. *potuit.*

1) In Sav. superscriptum est *tutoribus.* 2) Bo. om. *aut.* 3) Hd. ex Mon. et Goth. *iungitur.* 4) Cum Hdo ex Mon. et Sav. adiecimus *et.* 5) Sav. et Bo. om. *in.* 6) Ex Mon. Goth. Sav. et Leid. codd. ut et Bo. et Lovan. recepimus *ex.*

1) Goth. *De curatore.* Epitome Aegid. Sich. et Oisel. *De curatoribus.* Cui. Schult. *De curationibus.* Hdum et Mon. Sav. Ottob. cum Bo. sequimur. 2) Mon. *ratio nummorum.* Goth. *rationum morum.* 3) Ottob. ins. *et.* 4) Ottob. *ad vicissimum quintum annum impletus.* Vulgo *completos.* Cum Hdo ex Sav. et Cui. II. scripsimus *impletos.* 5) Ottob. et Hd. *curatoribus.*.

1) Continuos numeros titulorum exhibent cod. Sav. et edd. Cui. I. II. nec non Genev. a. 1586 quod semel monuisse sufficit. Sed in Mon. *EXPL. I. TIT. de rebus.* Haub. Sich. Caii Institutio | num Liber posterior, | de Rebus. | *Caius superiore* ... | ... *iterum tractat.* | De rerum divisione. TIT. I. — Aleand. rubricam habet *de rerum divisione et qualitate.* 2) Bo. *novo.* 3) Goth. et Sich. *dei ac.* 4) Sich. *substantia.* 5) Goth. et Sich. *antiquitus.* 6) Vulgo *contingi,* pro quo Bynkersh. Obss. VII. c. 25. legi suadet *confringi.* Sed Mon. habet *coniungi,* quem sequuti sumus ob L. 9. §. 4. D. de divis. rer. Haub. 7) Sich. *bonis esse videntur.* 8) Sich. *aut.* 9) Goth. add *sunt.* 10) Sav. om. *quaedam incorporales. corporales sunt.* 11) Bo. om. *manu.* 12) Sav. *vestes.* 13) Hd. fide codd. Mon. Goth. et ed. Bo.

in corpore, sed in iure consistunt, sicut est hereditas, et obligationes de [14] diversis contractibus scriptae. et licet hereditas [15] vel emptio aut diversi contractus [16] res corporales in se habeant, ius tamen ipsius hereditatis vel emptionis aliorumque contractuum incorporale est. §. 3. Incorporalia etiam sunt iura praediorum urbanorum vel rusticorum. Praediorum urbanorum iura sunt [17] stillicidia, fenestrae, cloacae [18], altius erigendae [19] domus aut non erigendae [19], et [20] luminum, ut ita quis [21] fabricet, ut [22] vicinae domui lumen non tollat [23]. Praediorum vero rusticorum iura sunt via [24] vel iter, per quod pecus aut animalia debeant [25] ambulare vel ad [26] aquam duci, et [27] aquae ductus; quae similiter incorporalia sunt. Haec iura, tam rusticorum quam urbanorum praediorum [28], *servitutes* appell*antur*.

II. 73. §. 4. Item regulariter constitutum est, ut *superposita* inferioribus *cedant*, id est [29] ut si quis *in solo* [30] *nostro* sine nostro permissu [31] domum *aedificaverit*, ad eum, cuius terra est, domus aedificata per-
II. 74. tineat; vel si ali*quis in* agro *nostro* arbores aut vineas [32] vel [33] *plantas* quascumque *posuerit*, similiter
II. 75. superficies [34] solo cedat [35]; vel si messem *in* campo seminav*erit*, omnia haec, quae in terram alienam [36]
II. 77. iactantur, domino terrae acquirautur [37]. *Quod* et [38] de *chartis* vel [39] pergamenis, si in [40] alienis [41] *scribat*, *licet aureis* aut [42] argenteis *litteris*, similiter eius est scriptura, cuius chartae aut pergamena fuerint [43]. Quod et de tabula [44], hoc est *si aliquis in tabula* II. 78.
*mea p*icturam fecerit [45], observatur [46], quia statutum est, ut *tabulae pictura ceda*t. §. 5. Quodsi quis *ex* II. 79.
uvis meis vinum aut ex [47] spicis *frumentum* aut ex olivis *oleum fecerit*, eius *vinum*, triticum vel *oleum est*, *cuius* spicae aut uvae aut olivae fuerint. Si quis etiam *ex tabulis* alien*is navem aut armarium aut* quodcumque ad usum pertinens [48] *fecerit*, simili ratione eius erunt quae facta fuerint [49], de cuius ligno facta probantur. Similiter etiam *si ex lana* vel ex lino alieno *vestimenta fecerit*, eius erunt vestimenta [50], cuius lana vel [51] linum fuisse probabitur.

§. 6. *Sed* in his [52] omnibus superius compre- II. 76.
hensis quicumque in terra aliena aliquid posuerit aut aedificaverit, aut horum [53], quae dicta sunt, aliquid [54] fecerit [55], illis, qui aliena [56] praesumpserint [57], hoc competit, ut [58] *expensas* vel impendia, quae *in* [59] his fecerint [60], a dominis, qui rem factam vindicant, recipere possint.

§. 7. *Acquiritur* [61] *autem nobis non solum per* II. 86.
nosmet [62] *ipsos, sed et per eos, qui in potestate nostra sunt, sicut filii vel servi;* quia [63] quicquid his a II. 87.
qualibet persona donatum vel venditum fuerit, aut *heredes* fuerint [64] *instituti* [65], id patribus [66] et dominis sine aliqua dubitatione con*quiritur* [67]: praeter eos

---

scripserat *Incorporalia*. 14) Praepositionem, vulgo omissam, habent codd. Mon. Sav. Leid. et edd. Bo. Sich. Lovan. et binae Lugdd. cum Hdo. 15) Mon. et Bo. *diversitas.* 16) Goth. *diversis contractibus.* Sav. *diversus contractus.* 17) Mon. Ottob. et Bo. *Incorporalia* (Mon. *Incorporali*) *etiam sunt iura praediorum urbanorum iura sunt.* 18) Mon. *cocleae.* 19) Mon. Goth. Sav. et Bo. *erigendi.* Ottob. *eregendi.* 20) Bo. et in marg. Sich. *aut.* 21) Sav. Ottob. et Bo. *aliquis.* 22) Bo. *et.* 23) Ottob. *tollatur.* 24) Goth. Ottob. *vie.* Mon. et Bo. *viae.* 25) Vulgo *debent.* Cum Hdo ex Mon. Goth. Sav. et Bo. recepimus *debeant.* 26) Mon. Goth. et Sav. om. *ad.* 27) Goth. om. *et.* 28) Sequuti sumus Alcandri ad h. l. emendationem, fide MS. nixam, et iam ante in utriusque ed. Cui. margine propositam, nisi quod pro *et* retinuimus *haec.* Certe et Mon. pro *tamen* exhibet *tam*, et ed. Bo. *Et iura tam rusticorum etc.* Goth. tamen ita: *Et iura rusticorum praediorum servitutis*, et Sav. transponendo: *Haec tamen iura.* Haub. 29) Cum Hdo ex Sav. et Cui. II. recepimus *id est.* 30) Sich. in marg. *loco.* 31) Bo. *sine nostra permissione.* 32) Mon. *vinea.* Goth. Sav. Ottob. et Cui. II. *vineam.* 33) Goth. om. *vel.* 34) Mon. *superficiis.* Goth. et Sich. *superficii.* Bo. *supersitum.* Cui. in marg. *superficium.* Meerm. vult *superpositum.* 35) Mon. Goth. et Cui. II. *cedit.* 36) Goth. *terra aliena.* 37) Ita cum Hdo ex Goth. et Bo. pro vulgari *acquiruntur* dare visum est. 38) Sich. om. *et*, sed in marg. habet. 39) Ita Hd. ex Mon. Sav. et Ottob. dedit. Bo. *aut.* Vulgo *et.* 40) Mon. Sav. et Bo. om. *in.* 41) Bo. *alienus.* 42) Ita Hd. ex Mon. Sav. et Sich. marg. Vulgo *vel.* 43) Non dubitavimus Meermani coniecturam pro vulgari: *cuius charta aut pergamena fuerit* recipere, quum et praecesserit pluralis numerus, et eius vestigia in verbo *fuerint* exstent in Mon. Sav. et Leid., tum in ed. Bouch. Haub. 44) Goth. Bo. et Sich. *de tabellis.* 45) Mon. *si aliquis in tabellam vel picturam fecerit;* Goth. *s. a. in tabella picturam f.* Sav. *s. a. tabulam ea pictura f.* Bo. *s. a. tabellam vel picturam f.* Sich. *si a. in tabella mea picturam f.* Haub. 46) Sich. *observetur.* 47) Sav. recentiore manu, et Bo. habent *ex*, quod reliqui om., nos cum Hdo, suadente Meerm., tenuimus. 48) Roever (Oelr. thes. I. 1. p. 173.) in cod. ms. se repperisse *aut quodcumque d.* (τὸ *d.* significare *aliud* interpretatur.) *ad usum pertinens.* Epit. Aegid. *navem aut opus aliud.* 49) Mon. *qua fata fuerint.* Sav. *quae facta sunt.* 50) Addidimus tam *ex* ante *lino*, quam *alieno* post hanc vocem, moti auctoritate tum codd. Mon. (ubi tamen *alieno* recentioris est manus) et Lugd. Bat. a Roevero l. l. in auxilium vocati, nec non edd. Aegid. Bo. atque Lovau., in quibus omnibus utrumque abest, tum cod. Sav. qui habet saltem τὸ *alieno*, receptum etiam in Cui. II. Praeterea Goth. sistit *ex.* Pro *vestimenta* Sav. et Cui. II. legunt *vestimentum.* Haub. 51) Hd. ex Mon. et Sav. *aut.* 52) Mon. om. *in.* Sich. *Similiter etiam, si hiis.* 53) Mon. Sav. et Bo. *haec.* Goth. *hoc.* 54) Mon. et Bo. *aliquis.* 55) Sav. *fecerint.* 56) Goth. *alienam.* 57) Ita cum Mon. Hd. habet. Reliqui *praesumpserunt.* In medio hoc vocabulo truncatus est cod. Ottob. 58) Mon. et epit. Aegid. cum Bo. ins. *in.* Hdus *ii* fortasse legendum esse censuit. 59) Goth. *ex.* 60) Mon. Sav. et Bo. *fecerunt.* 61) Bo. *Acquiretur.* 62) Goth. *nos.* 63) Goth. et Sich. *ita ut*, sed hic in marg. *quia.* Nyhoff. spec. iur. crit. c. 4. p. 35. locum emendavit: *ita ut, quicquid . . . aut si heredes f. i. idem parentibus . . . conquiratur.* 64) Mon. et Bo. om. *aut heredes fuerint.* 65) Bo. *instituto.* 66) Goth. et Sich *idem parentibus.* Cf. not. 63. Sich. in marg. *id.* 67) Goth. om. *conquiritur.*

filios, quibus per leges ut [68] castrense peculium ha-
II. 91. bere permissum est. *Hi* vero *servi*, qui in *usufructu*
nostro et in proprietate alterius sunt, hoc tantum
usufructuario *acquir*ere possunt, quod *oper*e aut ma-
nibus *suis* fecerint aut de mercedibus operis sui acce-
perint; nam *si* eis aut *here*ditas aut *legatum* dimitta-
tur, aut donationis aliquid conferatur, hoc [69] *pro-
priet*ario *domino*, *non* usufructuario, *acquiritur*.

TIT. II. (al. X.) DE TESTAMENTIS [1].

II. 97. *Per universitatem*, hoc est omnia simul [2] bona
II. 98. *acquiri*mus *here*ditate [3], *em*ptione, adoptione; quia is,
quem [4] *ad*opta*verimus* [5], si sine patre est, cum omni-
bus bonis [6] suis *ad nos transit*. §. 1. Id quoque
II. 112. statutum [7] est, quod non omnibus liceat *facere testa-
mentum*: sicut sunt hi [8], qui sui iuris non sunt, sed [9]
alieno iuri subiecti sunt, hoc est filii, tam ex nobis
II. 113. nati, quam adoptivi. §. 2. Item *testamenta facere
non pos*sun*t* impuberes, id est *min*ores *quattuordecim
annorum*, aut puellae *duodecim*. §. 3. Item et
hi [10], qui furiosi, id est [11] mente insani fuerint,
non possunt facere testamenta [12]. sed [13] hi, qui in-
sani sunt [14], per intervalla, quibus sani sunt, possunt
facere testamenta.

TIT. III. (al. XI.) DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.

II. 123. Is, *qui filium* [1] *in potestate* [2] *habet*, *curam* ge-
rere [3] *debet*, *ut* [4] testamentum faciens masculum fili-
um aut nominatim [5] *heredem instituat*, aut *nomina-
tim exheredet*; nam *si* masculum filium [6] testamento
II. 124. *praeterierit*, non valebit [7] *testa*mentum. §. 1. *Si
vero filiam praeterierit* [8], non rumpit [9] *testamentum
filia* praetermissa; sed inter fratres suos, legitimo
stante testamento, suam, sicut alii fratres, consequi-
tur portionem; *si* vero testamento *extranei heredes*
scripti *fuerint*, stante testamento [10] *filia* medieta-
tem *here*ditatis acquirit. nam si facto testamento, in
quo filius masculus [11] praetermissus est, evenerit, *ut* II. 123.
vivente adhuc *patre filius*, qui praetermissus est, mo-
riatur, sic quoque, quamlibet [12] filius ille mortuus
fuerit, *testament*um quod factum est *non* valebit [13].
§. 2. Postumorum [14] duo genera sunt, quia postumi II. 133.
appellantur hi, qui post patris mortem [15] de uxore
nati fuerint, et illi, qui post testamentum factum na-
scuntur. Et ideo, nisi is, qui testamentum facit, in II. 132.
ipso testamento [16] comprehenderit „quicumque fi-
lius aut filia mihi [17] natus natave [18] fuerit, heres [19]
mihi sit", aut certe dicat „exheres sit", valere eius
non potest testamentum; quia, sicut superius iam di-
ctum est [20], legitime concepti *pro natis habentur* [21]; I. 147.
nisi quod melior est condicio [22] *postumae*, quam na- II. 132.
tae, quia nata si praetermissa fuerit, non rumpit [23] ei 134.
testamentum, postuma vero, sicut [24] masculus,
*test*amentum *rumpit* [24].

§. 3. *Si quis post factum testamentum adopta-* II. 138.
verit apud *populum* ill*um* [25], *qui sui iuris est*, hoc
est qui patrem non habet, *aut* apud *praetorem* [26]
ill*um* adoptaverit, *qui in potestate patris* est, *quasi*
ei filius natus sit, ita *eius rumpitur* [27] *testamentum*.

§. 4. *Posteriore quoque testamento*, *quod iure* II. 144.
factum est, id quod ante iure factum fuerat [28], *rum-
pitur*. quodsi facto *posteriore testamento heres* scri-
ptus *aut ante adi*tionem *hereditat*is moriatur, *aut vivo
testatore* defecerit, *aut condicio* possibilis, *sub qua
heres institutus est*, impleta non fuerit, is, qui testa-
mentum fecit, *intestatus mori* videtur [29], quia *testa-
mentum*, quod *prius* fecerat, testamento *posteriore*
rescissum [30] est, *et* quod [31] *posterius* factum est [32],
his rebus [33], quas diximus, infirmatur.

§. 5. *Alio quoque modo testamenta iure facta in-* II. 145.
firmantur, si [34] aliquis post factum *testamentum capite
minu*atur, id est aut [35] ab hostibus capiatur, aut pro
crimine in exsilium [36] deputetur. Similiter et is,

---

68) Cum. Hdo. τὸ *ut*, vulgo om., ex cod. Mon. recepimus. Goth. *per legem sui*. Sav. *per leges aut*. Bo. *per leges in*. 69) Mon. Goth. et Bo. *haec*. Sav. et epit. Aegid. *id*.

1) Goth. *de testamento*. 2) Hdus ex Mon. Sav. et Bo. *semel* recepit, quam scripturam ut potiorem margini sui exempli adscripsisse Aem. Ranconetum testatur. 3) Goth. et Sav. *hereditatem*. 4) Mon. *his quae*. 5) Hdus ex Mon. et Bo. *adoptaveramus*. 6) Bo. om. *bonis*. 7) Goth. Bo. et Sich. *institutum*. 8) Ita pro vulgari *hi sunt* cum Hdo ex Mon. et Sav. dedimus. 9) Ita Sich. in marg. pro vulgari *et*, praetuleruntque hanc scripturam Ranconetus et Hd. 10) Goth. *Et hi*. Bo. *Item et*. 11) Roever ex cod. Lugd. Bat. inseri vult *qui*. 12) Sav. *testamentum*. 13) Goth. *et*. 14) Sequuntur in pluribus libris MSS. et in editis praeter Bouch. omnibus haec: *si intervalla ipsius insaniae habent*; quae tamen verba quum etiam e cod. Mon. exsulent, et plane sint otiosa, tamquam ineptum glossema ipsi quoque eiecimus. HAUB.

1) Goth. *si quis filios suos*. Sich. *Is qui filium suum*. Hauboldi *Is, qui filios* tuentur Sav. Bo. et Cui. II. 2) Goth. *in potestatem*. 3) Ita Hd ex Mon. Sav. et Bo. scripsit. Vulgo *agere*. 4) Sav. ins. *et*. 5) Sav. *nominatum*. 6) Vulgo ins. *in*; sed cum Mon. Goth. et Hd. omisimus. 7) Goth. *valeat*. Bo. *valet*. 8) Sav. *praetermiserit*. 9) Hd. ex Mon. et Bo. et hic et §. sequenti *rumpet* scripsit, cui ut sequentia responderent, etiam *acquirit* in *adquiret* mutavit. 10) Mon. et Bo. om. *suam sicut . . . testamento*. 11) Hd. ex Mon. et Sav. *masculus filius*. 12) Ed. Lugd. a. 1553. *quandolibet*. 13) Sav. *videbitur*. 14) Sich. ins. *autem*. 15) Hd. ex Mon. et Sav. *mortem patris*. 16) Goth. *pro testamento*. 17) Bo. *ibi*. 18) Sav. *nata*. 19) Cui. II. *exheres*. 20) Sav. om. *est*. 21) Ita Hd. ex Mon. Sav. et edd. Bo. et Cui. II. Vulgo *habeantur*. Sich. *habeatur*. Lugd. a. 1559. *haberentur*. 22) Ita ex Sav. Hd. Vulgo *cond. est*. 23) Cf. supra not. 9. 24) Bo. et Lovan. ins. *et*. 25) In Sav. rec. manus correxit *pupillum*, cui superscriptum est *filium*. Mon. *aput filium pupilum*. Goth. *apud filium pupillum*. 26) Mon. Goth. et Bo. *aut habet praetorem*. 27) Bo. *rumpet*. 28) Vulgo *quod iure factum ante fuerat*. Cum Hdo secuti sumus Mon. et Sav.; sed hic codex habet *factum est*. 29) Mon. Goth. et Bo. *videatur*. 30) Goth. *excisum*. In Sav. τὸ *scissum* rec. manus mutavit in *rescissum*. 31) Bo. *de quo*. 32) Sav. om. *est*. 33) Et hoc loco malim *rationibus*. Cf. supra lib. I. tit. I. §. 4. not. 17. 34) Aleand. *ut si*. 35) Bo. om. *aut*. 36) Mon. Goth. et Bo.

qui [37] adoptatus [38] fuerit, testamentum, quod antequam adoptaretur fecerat, non valebit.

II.152. §. 6. *Heredes aut* [39] *sui* sunt *aut necessarii aut*
II.156. *extranei* [40]*: sui heredes* appellantur *filii* aut [41] *nepotes ex filiis* naturalis, *quos in potestate* avus vel pa-
II.153. ter habet. *Necessarii* sunt *heredes servi*, qui *cum libertate* [42] *heredes instituuntur.* necessarii *ideo, quia,* aut *velint* aut *nolint* [43], necesse est eis [44] *heredes*
II.154. esse: nam *qui* [45] *creditoribus* tenentur obnoxii et putant se non tantum in substantia, quantum in debitis relinquere, ipsi *servos* suos manumittunt *et heredes* necessarios [46] faciunt, *ut* quo magis *heres quam* dominus infamiam incurrat, eum res eius, id est [47] hereditas domini, pro debitis venditur et creditoribus da-
II.161. tur. *Extranei* sunt *qui* nullo propinquitatis gradu *testatori* [48] iunguntur [49], sed eos quicumque pro arbitrio suo scribit [50] *heredes.*

TIT. IV. (al. XII.) [1] DE SUBSTITUTIONIBUS ET [2] FACIENDIS SECUNDIS TABULIS.

Substitutio est quae post institutionem a testatore fieri solet, id est secundi heredis appellatio. et duae sunt, quarum una vulgaris dicitur, alia pupillaris.

II.174. §. 1 Vulgaris dicitur „ille [3] *heres* mihi *esto*"*:* sive hoc filio, sive extraneo: „*quodsi* hereditatem meam adire nolueris [4]. illum substituo, ad quem hereditas mea debeat pertinere."

II.179. §. 2. Pupillaris substitutio filiis tantummodo *impuberibus* dari *potest*, quae ita fit „ille *filius meus* [5]
II.180. *si* intra *pubertatem decesserit*, illum ei *substituo*". sed pupillaris *substitutio* ita secreta esse debet, II.181.
ut ad notitiam substituti pervenire non possit, *ne* vitae *pupilli* aliquas substitutus *insidias* moliatur; nam *in* extrema pagina testamenti fieri debet, ut pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos *pubertatis* egrediatur, ob*signa*ta permaneat, *et prior* pars testamenti, *in* qua heres scriptus est, reseretur [6]. Hoc *etiam de postumis* [7] fieri potest. II.183.
§. 3. Nam si *extraneus heres* scriptus sit [8], etsi aliquem II.184.
substituere non possumus, ut, si heres exstiterit et intra aliquod tempus mortuus fuerit, *alius ei heres sit,* potest tamen *per fideicommissum* obligari, *ut* alii rogatus a testatore *hereditatem* aut integram aut pro *parte restituat* [9].

TIT. V. (al. XIII.) DE LEGATIS.

Legatorum genera sunt *quattuor* [1], *vindicasionis,* II.192.
damnationis, sinendi [2] *modo* et *praeceptionis.*

§. 1. *Vindicationis* legatum est, si testator sic lo- II.193.
cutus fuerit „illum servum tibi *do*" aut „*lego*", vel [3] „illam rem tibi praesume, habe [4], vindica"; *quod post* II.194.
mortem testatoris [5] *statim legatarius*, non exspectato [6] herede, sibi praesumit [7]. quam si [8] praesumpserit, nec pro praesumpto legato *ab herede* potest [9] calumniam sustinere; nec si *aliena res* fuerit, quae legata est, lega- II.197.
tarius hoc poterit [10] ab herede petere [11]. *Si* [12] *per* II.199.
vindicationem una *res* [13] multis *legata sit,* et [14] singuli hanc ipsam rem praesumere velint, aequales *singuli* de re legata capiunt [15] portiones.

---

exilio. 37) Cum Hdo vulgarem, eamque omnium codd. auctoritate firmatam scripturam retinuimus. Cui. *Sim. et si qui.* Schult. ex ed. Genev. 1586. *Sim. et si quis.* Meerm. prop. *Sim. eius qui.* Verborum is esse debuit ordo: *Sim. et test., quod is, q. a. f., antequam ad., fecerat, non val.* 38) Mon. et Bo. *adoptivus.* 39) Pro Hauboldi *autem* recepi ex codd. MSS. (cf. not. sq.) *aut.* Malim vero ex Gaii II. 152: *autem aut.* 40) Haec lectio ex ed. princ. Bouch. (in qua tamen post *necessarii* additum est *sunt*), quantum scimus, migravit primum in ed. Cui. I. et ex hac in ceteras omnes recentiores, etiam Schult. Reliquae antiquiores praeeunte Sich. habent: *heredes autem sui sunt, aut non sui: aut necessarii sunt aut extranei.* Neutrum convenit cum MSS. quos cognovimus. Nam Mon. *heredes aut sui sunt aut sui necessarii sunt aut extranei;* Goth. et Sav. *heredes aut sui sunt aut sui et necessarii sunt a. e.* Leid. teste Roevero, Spec. laud. c. 10. p. 172., *heredes autem sui sunt aut sui et necessarii sunt aut extranei:* unde idem vir doctus locum, quo iuris rationi magis esset consentaneus, ita emendavit: *heredes autem sui et necessarii sunt, aut necessarii, aut extranei.* Praeterea in codd. Mon. et Sav. statim sequitur *sui necessarii heredes appellantur etc.* quo significatur perpetua quaedam loquendi formula. Nos quidem retinuimus receptam a recentioribus editoribus lectionem, utpote neque ipsam a iuris analogia alienam, et proinde a Schwartzio Spec. Obss. Lugd. Bat. 1750. 4. c. 4. §. 8. p. 33. sq. propugnatam, quum Roeveri coniectura nimium recedat a librorum scriptorum auctoritate. Ceterum in Lugd. a. 1559. novus hic orditur titulus *de suis, necessariis et extraneis heredibus,* quem reliquae non agnoscunt. Haub. 41) Goth. et Bo. cum Sich. *ac.* 42) Goth. *quicumque servi libertate.* 43) Mon. *quia aut vellent, aut nollent.* Bo. *quia velint nolint.* 44) Mon. *ei.* 45) Bo. *si.* 46) Mon. et Bo *necessario.* 47) Goth. om. *est.* 48) Bo. *testatorum.* 49) Mon. *iungantur.* 50) Mon. Goth. *scribet.*

1) Hunc titulum omnino om. codd. Mon. Goth. Sav. et Leid., ut et epit. Aegid. et ed. Bo. 2) Sich. Cui. et Genev. 1586. ins. *de.* 3) Sich. Lugd. 1553. aliaeque edd. *dicitur illa.* Gaius II. 174. recte Hdum cum Schult. utriusque Cui. scripturam secutum esse probat. 4) Genev. 1586. *noluerit.* 5) *Meus* adiecimus ex [Sich. et] utraque Cui. Haub. Et recte; cf. Gai. II. 179. 6) Cui. utraque et Gen. a. 1586. *reseratur.* 7) Edd. omnes *et de donis,* praeter Lugd. 1559., quae *et de bonis* habet. Canneg. *et deinde* scribi voluit. Hdus autem *et in extraneis* scribendum esse coniecerat. Non dubitavi locum ex Gai. II. 183. (§. 4. I. de pup. subst.) sanare. 8) Sich. *et.* 9) Sich. et Lugd. 1553. addunt *vindicationis,* quod procul dubio ex initio proximi tituli huc erravit. Haub.

1) Cod. Leid. ins. *id est.* 2) Bo. *sumendi.* 3) Mon. et Bo. om. *vel.* 4) Goth. et Sav *praesume habere.* 5) Bo. *quodsi testatoris.* 6) Mon. Sav. et Bo. *spectato.* Cf. interpretationem Visig. ad Paull. III. 6. §. 7. 7) Goth. cum Bo. et Sich. *praesumat.* 8) Goth. *sibi.* 9) Bo. *possit.* 10) Mon. et Bo. *hoc est id.* Goth. *hoc noverit.* Sav. *poterit hoc.* 11) Ita Hd. ex Bo. pro. vulg. *repetere.* 12) Bo. ins. *autem.* 13) Mon. Goth. Sav. *muneris.* 14) Bo. ins. *si.* 15) Bo. *capient.*

II. 201. §. 2. *Per damnationem*[16] isto ordine *legatum* dimittitur, ut testator in testamento scribat „tu[17] *heres meus* illi hoc *da*" aut „illud[18] illi ab herede
II. 202. meo dari iubeo". In *quo genere legati etiam alienae*[19] *res* per *legatum* dimitti *possunt*; et[20] necesse est *heredi* aut *redimere* eam rem, quae iuris alieni est, *et*[21] legatario trad*ere*, aut si is, cuius est res, vendere noluerit, quantum res illa valebit[22] legatario in pretio compensare[23]. Sed si testator rem[24] alienam[25] quasi suam credens, per hoc genus legatum reliquerit, legatarius hoc ab herede petere non potest, et inutile est[26] legatum; nam si sciens alienam esse per legatum dederit, necesse est ab herede aut ipsam rem *aut aestimationem* rei in pretio[27] legatario[28] *dari*.
II. 210. §. 3. Ceterum inter[29] damnationis *legatum* et *vindication*is hoc interest, quod[30] *per vindicationem res* aliena relinqui[31] *non potest; per damnationem* eo pacto, quo[32] superius comprehensum est, *potest*.
II. 203 Illae etiam *res, quae in rerum natura non* sunt, *per damnationem*[33] *legato* dimitti *possunt*, *velut*[34] si ita testator in testamento scribat „*fructus qui* ex *illo* agro *nati fuerint*", *aut* „id *quod ex illa ancilla na-*
II. 210 *tum* fuerit": quod in legato[35] *vindication*is fieri *non*
II. 194. *potest*, quia non potest haec *legatarius* testatore mortuo continuo *vindicare*.
II. 205. §. 4. *Est et*[36] inter legatum vindicationis et damnationis ista[37] similitudo, quod *per*[38] *legatum* vindicationis, sive[39] *damnationis*, *si coniunctim*[40], id est *duobus* aut *pluribus*[41], una res in *legato* dimiss*a* fuer*it* omnibus[42], in utroque legato simul ab omnibus praesumatur.

§. 5. Inter legatum vindicationis et damnationis illa[43] distantia est, ut, si *disiunctim*[44], id est singulis quaecumque *res* per legatum damnationis relicta fuerit, *singulis* integra[45] *debeatur*[46]; id est *ut*[47] unus *rem* ipsam accipiat, *alii*[48] *aestimationem*[49] rei ips*ius* in pretio[50] ab herede percipiant.[51].

§. 6. *Sinendi modo* haec *legati* verba sunt „ille II. 209.
heres meus rem illam illum permitte prae*sumere* et *sibi*[52] *habere*". *nam* et propriam *rem testator*, *et* II. 210.
heredis[53] *sui*, et alienam[54] per sinendi[55] *legatum* relinqu*ere potest*[56]. In quo *legato* quoquo modo[57] II. 214.
non quidem *heres* legatario *rem*, quae relicta est[58], iubetur tradere, *sed* vindicanti[59] *legatario* non permittitur prohibere.

§. 7. *Praeception*is vero *legatum* non *nisi*[60] uni II. 216.
ex *heredibus* dari potest, ut aliquid ei ex hereditate et 217.
praecipuum relinquatur: et si aut *coniunctim*, id est II. 223.
multis, *aut disiunctim*[61] singulis relinquatur[62], omnibus[63] una *res* tantum, quae nominata est, *debetur*[64]; non uni res et alii aestimatio, sicut in legato[65] damnationis est constitutum.

TIT. VI. (al. XIV.) DE LEGE[1] FALCIDIA.

Lege Falcidia constit*utum est*, *ut*[2] quicumque II. 227.
heres fuerit institutus[3] *quartam partem* totius *hereditatis habeat*. Quodsi testator hereditatem suam *le-* II. 224.
gatis exinan*ierit*, hoc statutum est, ut Falcidiam sibi de[4] imminutione legatorum heres retineat, constante nihilo minus testamento[5].

TIT. VII. (al. XV.) DE FIDEICOMMISSIS.

Potest *aliquis recto iure here*dem *institu*ere et ro- II. 248.
gare eum, *ut hereditatem* suam aut omnem aut ex parte *alii* per fideicommissum *reddat*. nam si heredem directo iure non instituerit, fideicommissarius non potest ad alium[1] acceptam hereditatem transmittere. *sed* in hac quoque re[2] hoc[3] observandum II. 254.

---

16) Goth. ins. *in*. 17) Goth. ins. *ille*. 18) Goth. ins. *ut*. 19) Mon. et Goth. *aliae*. 20) Sich. ins. *si*. 21) Bo. *aut*. 22) Ita et Sav. olim; rec. autem manus mutavit in *valuit*. 23) Goth. *in pretium compensari*. 24) Mon. om. *rem*. 25) Goth. om. *alienam*. 26) Goth. om. *est*. 27) Goth. et Sich. *pretium*. 28) Goth. *legatarium*.. 29) Mon. Goth. et Bo. *in*. 30) Goth. *ut*. 31) Mon. Goth. et Bo. *rem alienam relinquere*. 32) Goth. *quod*. 33) Goth. et Sich. ins. *in*. 34) Mon. et Bo. *ut*. Goth. *vel*. 35) Mon. et Bo. *legatum*. 36) Ita ex truncata Gai. II. §. 205. scribendum esse apparet. τὸ *et* om. Mon. Sav. et Hd.; Sich. vero om. *est*. Vulgo om. *Est et*, et inferius *similitudo est* legitur. 37) Goth. *vindicationis sive ista*. 38) Praepositionem restituit Hd. ex Goth. Leid. Sav. et edd. Bo. Cui. Gen. 1586. 39) Goth. pro *sive* habet *et*; Sich. *sive et*. 40) Goth. *sicut iuncti*. Bo. *sit coniuncta*. Ed. Lugd. 1553. *si coniunctum*. Haub. 41) Goth. *plurimis*. 42) Vulgo omissam vocem *omnibus* cum Hdo exemplo Mon. Goth. et Sav. ut et edd. Bo. et Sich. recepimus. 43) Sav. et edd. Sich. Cuiacc. Genev. 1586. et Schult. *ista*. 44) Goth. *disiuncti*. 45) Sich. in marg. *in integrum*. 46) Mon. *debeantur*. 47) Sav. om. *ut*. 48) Sav. *et alii*. Bo. *alius*. 49) Goth. *existimationem*. Mon. *aestimatione*. 50) Goth. *pretium*. 51) Mon. et Bo. *percipiat*. 52) Mon. *eum*. Goth. Bo. et Sich. *eam*, sed Sich. in marg. *sibi*. 53) Bo. Sich. et Cui. *heredes*. 54) Ita libri fere omnes, nisi quod Oisel. eiecit *et alienam*. Sed recte procul dubio eum Schult. et Goeschenio dicimus epitomatorem lapsum esse, neque quid intersit inter per damn. leg. et sinendi modo leg. hominem cepisse. 55) Sich. ins. *modum*. 56) Sav. *legata relinquere possunt*, sed *legata* et *ssunt* a recentiore manu scripta sunt. 57) Edd. praeter Bo. om. *quoquomodo*. Goth. *quomodo*. Sav. *eo quo modo*. 58) Hd. eiecit τὸ *est*, quia abest a codd. Mon. et Sav. nec non a Bo. 59) Bo. *vindicante*. Malim *vindicantem legatarium*. 60) Pro *non nisi* Mon. *omnes si*, Bo. *non omnibus sicut nisi*. 61) Sav. *disiunctis*. 62) Goth. Mon. et Bo. om. *et si aut c.... relinquatur*. 63) Sich. ins. *aut*. 64) Mon. Goth. et Bo. *detur*; sed in marg. Goth. *debetur*. 65) Goth. *legatum*.

1) Mon. et Goth. om. *lege*. 2) Ab Hdo ex Bo. receptum *ut* retinendum esse putavimus. 3) Goth. *constitutus*. 4) Bo. om. *de*. 5) In Cui. utraque, Genev. 1586. et Schulting. edd. sequuntur haec: *Hic de Pauli Sententiis addendum*, quorum vestigium exstat etiam in cod. Goth. sed post rubrum huius tituli, ubi adhaerent verba: *Hic Pauli sententiis*. Quum tamen prorsus absint a codd. Mon. et Sav. tum ab edd. Bouch. Sich. Lovan. Patav. et binis Pesnotii, remque, ut videtur, Meermanus confecerit, et ipsi ea, ut aliena, resecare non dubitavimus. Haub.

1) Mon. *potest aliam*. Goth. *potest talia acceptura*; sed in marg. habet quod nos. Sich. in marg. *ab alio*. 2) Sav. ins. *per*. 3) Mon. et Bo. *id*. Goth. om. *hoc*.

est, quod de *Falcidia* supra iam[4] dictum est, ut *heres* institutus, etiamsi omnem *hereditatem* alii *restituere*[5] iussus[6] sit, ita *hereditatem* alii *restituat*, ut *quartam* sibi ex ipsa hereditate *retineat*.

II. 260. §. 1. *Et singulae* quaecumque *res per fideicommissum* dimitti[7] possunt[8], hoc est aut *fundus* aut domus aut mancipium aut *argentum*.

§. 2. Ab ipso[9] fideicommissario alteri[10] fideicommissum dimitti potest. § 3. Et *a*[11] *legatario* licet *legatum* dimitti *non possit*[12], fideicommissum potest.

II. 261. §. 4. Et *non solum*[13] *propriae res* a *testatore per fideicommissum* dimitti *possunt*, *sed etiam* ipsius *heredis*, *aut legatarii*, *aut cuiuslibet* extranei: [§. 5.] [*sed hoc observandum est*,] *ne*[14] legatarius, cui per *testamentum* parum dimissum est, *plus* alii per fideicommissum, *quam* id, quod consequitur[15], *reddere*
II. 262. iubeatur. §. 6. *Cum autem*[16] *aliena*[17] *res per fideicommissum relinquitur*[18], *necesse est* heredi[19] vel legatario rem *illam*, quae per fideicommissum est relicta[20], *aut redimere*[21] *et*[22] fideicommissario[23] dare, *aut* pretium eius[24] rei, quantum *aestimata* fuerit, fideicommissario numerare[25], sicut in *damnationis legato* fieri diximus.

II. 263. §. 7. *Libertates*[26] etiam *servis per fideicommissum dari possunt*, *ut heres vel legatarius* ea mancipia *manumittant*, quae testator ab iis[27], ut manumitterent[28],
II. 264. speravit[29]. Nec interest utrum hoc testator de suis servis, *an de ipsius heredis*, vel de legatarii[30], aut de alienis fieri iubeat. Quodsi[31] de
II. 265. *alienis* fecerit, similiter cogitur[32] heres emere ipsum *servum et manumittere*. *quod si*[33] illum dominus suus *nolit*[34] *vendere*, perit[35] per fideicommissum data libertas, quia in hac re heres aestimationem in *pretio* dare non cogitur. Sed cum per *fideicom*- II. 266.
missum libertas datur, is, *qui manumissus* fuerit, *non testatoris*, sed[36] heredis libertus[37] est.

§. 8. Praeterea[38] inter fideicommissa[39] et legata sunt quaedam distantiae: *fideicommissum* ad eum, cui II. 269.
aliquid dimissum[40] est, herede mortuo poterit[41] pervenire[42], si[43] talis fuerit condicio testamenti; nam *legatum*[44] ita relinqui non potest. *Item* legatum II. 270.
per codicillum relictum *non valet*, *nisi codicilli testamento fuerint confirmati*: *fideicommissum vero*, *etiamsi codicilli* testamento *non* fuerint *confirmati*, nihilo minus debetur[45]. *Item* per *legatarium legatum* II. 271.
alteri *relinqui non potest*, *sed fideicommissum potest*. *Item* per legatum *servo alieno directa libertas dari* II. 272.
non potest, *per fideicommissum potest*[46]. *Item* per II. 273.
codicillos[47] *nemo heres institui potest*, *quamvis testamento confirmati sint*[48]; sed is, *qui*[49] *testamento heres*[50] fuerit *institutus*, *potest* per *codicillum rogari*[51], *ut hereditatem*, quae ei data est, *alii eam*[52] *totam vel* pro *parte*[53] *restituat*; quod validum est[54], etiamsi *codicilli testamento non* fuerint *confirmati*. *Item*, II. 277.
quamvis non possimus[55] *post mortem eius*, *quem*[56] *heredem* instituimus, *alium* ei substituere, *tamen*[57] per fideicommissum *rogare eum possumus*, *ut*, *cum moriatur*, *alii eam hereditatem* vel *totam vel* pro *parte restituat*. *et quia*[58], sicut superius dictum est, etiam *post mortem heredis fideicommissum* ei, cui relictum est, *dari potest* [, *idem efficere possumus*], quod hoc

---

4) Goth. om. *iam*. Bo. *de Falcidia. Supra autem.* 5) Goth. *instituere res.* Sav. *instituere.* 6) Hdus ex codd. recepit *scriptus*, quam vocem Bo. quoque, et in marg. Sich. et Cui. II. habent; in margine autem Cui. I. et Genev. a. 1586. est *scriptum.* 7) Goth. et Bo. *dimittere.* 8) Sich. *potest.* 9) Mon. Goth. et Bo. *Et in ipso.* Sich. *argentum, ab ipso.* 10) Mon. om. *alteri.* 11) Goth. om. *a.* 12) Goth. et Sav. *posse.* 13) Bo. *Non solum autem.* 14) Verba *sed h. o. est* ex Veronensi Gaio inserui. Hauboldus haec annotavit: „Quae paragraphis numeratis distinctae sunt edd. vulgo hic novam incipiunt sententiam, dum antiquiores, veluti Sich. et Cui. utraque, rectius ea cum superioribus connectunt; quam rationem et nos sequuti sumus; dissentiente quamvis Meermano, qui et separanda a praecedentibus censet, et pro *ne* legendum coniicit *at ne* Imo *ne* accipiendum pro *dummodo ne*. Ceterum cod. Sav. habet *nec* et ed. Bouch. *et ne;* et in Cui. II. turbatae sunt lineae hunc in modum: 1. 3. 2. 4. 5. 15) Goth. *sequitur.* 16) Bo. om. *autem.* 17) Goth. et Sav. *alienas.* 18) Bo. *dimissa est.* 19) Sav. *est teneri heredi.* Sich. *est haeredi tenere.* 20) Bo. om. *necesse est .... est relicta.* 21) Sich. addit *vel reddere.* in marg. Goth. est *reddere.* 22) Goth. Sich. et Bo. *aut.* 23) Bo. *fideicommissum.* 24) Sic e codd. Mon. et Sav. pro *eiusdem* restituit Hd. 25) Goth. *numerare vel munerare.* 26) Goth. *Libertatem.* 27) Goth. Cui. I. et Genev. 1586. *his* (*hiis*). 28) Goth. et Bo. *manumittant.* 29) Intactum reliqui verbum *speravit,* quamvis *rogavit* valde mihi arrideat. Alii *imperavit,* alii *separavit,* alii denique *legavit* scribi voluerunt. 30) Ita codd. Mon. et Sav. nam a reliquis praeter ed. Bouch. *de* abest. Goth. *et legatario;* Bouch. *vel de legatariis;* Sich. *et legatarii,* in marg. tamen *vel.* Haub. 31) Mon. *sed si.* 32) Sav. *cogitatur.* 33) Ita Goth. et Sich. — Ceteri *Sed si.* 34) Ita ex Mon. et Sav., nec non ed. Bo. Hd. — Goth. *noluit;* ceteri *noluerit.* 35) Mon. et Bo. om. *perit.* 36) Mon. et Bo. om. *sed.* 37) Goth. *libertas.* 38) Mon. et Bo. *Quia.* 39) Bo. *fideicommissum.* 40) Sic pro vulgari *commissum* scripsimus auctoritate codd. Mon. Sav. et Leid. nec non edd. Bouch. Sich. (in marg.) et Cui. II. Haub. 41) Goth. et Sav. cum Sich. et Cui. II. om. *poterit.* Bo. *debet.* 42) Ranconetus emendari voluit: *fideic. ut ad eum... mortuo pervenire valeat.* 43) Cui. II. ins. *tamen.* 44) Sav. *legato.* 45) Sav. om *fideicommissum vero ... confirmati.* Goth. *fideicommisso verum.* Sich. *Per fideicommissum etc.* Ceterum fide Mon. Hdus transposuit verba: *testamento codicilli.* 46) Mon. et Bo. om. comma *Item per legatum ... potest.* Goth. om. verba *Item per legatum,* et Sav. haec: *per legatum* et *directa.* 47) Singularem numerum ex Goth. Sav. Mon. et edd. Bo. Sich. retinuit Hd. 48) Sav. *sunt.* 49) Sich. ins. *in.* 50) Goth. om. *heres.* 51) Sich. *rogare.* 52) Recte Hdus τὸ *eam,* vulgo omissum, ex Mon. Goth. Sav. Bo. et Sich. retinuit. 53) Hdus ex Mon. et Bo. *vel partem.* 54) Bo. om. *est.* 55) Mon. *possumus.* 56) Mon. *quam.* 57) Sav. et Bo. om. *quamvis .... tamen.* 58) Locus viros doctos mire olim vexavit. Non dubitavi eum sanare insertis ex cod. Veronensi verbis, quae uncis inclusi. Idem vero efficere potueris, si, omissis iis, quae uncis inclusi, pro *quod* legeris *idem.* Hdus haec olim annotavit: „Quum alterutrum sit otiosum, Aleander *quia,*

ordine fit, ut testator *scri*bat[59] „illum *here*dem instituo et *volo*, ut, *cum mortuus* fuerit[60], *ad* illum
II. 278. *hereditas mea pertineat*"[61]. *Praeterea*[62] et in hoc
II. 280. alia *fideicommissorum* et legatorum condicio est, quia[63], fideicommissa *si* tardius, quam scriptum sit[64], soluta[65] fuerint[66], *usurae et fructus debentur; legatorum vero usurae non debentur,* sed ex
II. 282. *mora solutionis, si per damnationem relicta* fuerint, *dupli*cantur.

TIT. VIII. (al XVI.) DE INTESTATORUM HEREDITATIBUS[1].

(III. 1.) Intestatorum hereditates primum ad
(III. 2.) suos heredes pertinent[2]. Sui autem heredes appellantur filius, filia, nepos vel[3] neptis, pronepos, proneptis ex nepote; quia omnes per virilem sexum descendentes sui vocantur. [nec interest utrum[4]] naturales sunt hae[5] personae, an[6] adoptivae: adoptivorum enim comparatione legitimi naturales appellantur. sed ita nepos vel neptis ex filio avo[7] sui[8] heredes sunt, si pater eorum de potestate patris aut morte aut emancipatione[9] discesserit[10]: nam si eo[11] tempore, quo aliquis moritur, filium in potestate habeat[12] et ex eo nepotes, illi[13] vivo patre suo et in potestate avi constituto, sui[14] he-
(III. 4.) redes avo esse non possunt. §. 1. Similiter[15] postumi, qui, si[16] vivo patre nati fuissent, in potestate eius futuri erant, sui heredes sunt.

III. 7. §. 2. Si quando[17] aliquis moriatur[18] et reliquerit *filium* aut *filiam et*[19] *ex alio filio* mortuo *nepotes neptesve*, filii vel nepotes[20] ex filio, defuncto patre vel avo[21], hac ratione succedunt, ut filius ac filia[22] suas partes accipiant[23], et *nepotes* ex filio *portionem*[24], quam *pat*er eorum erat habiturus, accipiant; quia regulariter constitutum est, ut inter suos *proximior* longiore *gradu* positum[25] non *excludat*, et *non in capita, sed* in *stirpem*[26] *divid*atur *hereditas*. III. 8.
Item si quis moriens filium non[27] relinquat, sed *ex duobus* masculis *filiis*[28] dimittat nepotes, hoc est *ex* uno *filio unum vel duos* nepotes[29], *ex altero tres aut quattuor*, similiter, sicut superius dictum est, in stirpem, non in capita, hereditas dividitur[30], hoc modo, ut illi *duo* nepotes ex uno filio medietatem percipiant, *et* illi *quattuor* ex alio filio *ali*am medietatem, hoc est ut tales accipiant portiones, quales patres eorum, si vixissent, habituri erant.

§. 3. *Si* defuerint sui *heredes*[31], *tunc hereditas* III. 9.
defuncti pertinet[32] *ad* a*gnatos. Agnati* enim *sunt* III. 10.
per[33] *virilem sexum* defuncto[34] propinquitate coniuncti, id est consanguinei *fratres*, hoc est de uno patre nati: *nec* disputari potest, si de diversis matribus nascantur, qui uno patre geniti sunt[35]: *item patruus*, id est frater patris, *fratris* sui *filio*[36] a*gnatus est*. ipso modo sunt fratres *patrueles*, hoc est *qui* de singulis germanis *nati sunt*. Hoc ordine agnoscitur qui sint agnati[37], sicut supra diximus, per virilem sexum propinquitate coniuncti[38].

§. 4. Non tamen omnibus simul agna*tis* III. 11.
lex hereditatem propinqui intestati *d*at; *sed his*, qui defuncto mortis suae tempore proximiores inveniuntur.

§. 5. In *feminis* vero *ali*a condicio est, quia in- III. 14.
ter *feminas* sola tantum soror *consanguine*a habetur[39] agnata, ut, germano suo defuncto ab intestato, ei *agnationis*[39*] *iure* succedat[40]. Reliquae feminae, hoc est

---

Schultingius *et* expungunt. Violentiorem manum adhibuit Io. Cannegieter ad Ulp. XXV. 4. p. 123. pro *et* substituendo siglas IT. easque *iure testamenti* explicando. Nostra ex sententia abundant multo plura, nempe ab: *et quia* usque ad: *dari potest*; quae si ieceris, optime sibi constabit oratio sive Caii sive Epitomatoris, siquidem tunc formula adiecta a verbis: *quod hoc ordine etc.* statim respondet praecedentibus: *per fideicommissum rogare eum possumus, ut etc.* 59) Pro *fit* cod. Mon. legit *etiam*. Goth. vero nihil habet, nisi: *quod etiam ut testator scribat*. Bouch. *quod hoc ad ordinem etiam, ut etc.* Haub. 60) Goth. Bo. et Sich. *fuero*. 61) Goth. et Sich. *perveniat*, sed hic in marg. *pertineat*. 62) Cod. Leid. *propterea*. 63) Bo. om. *alia .... quia*. 64) Hd. ex Mon. et Bo. *sit*. Ceteri *est*. 65) Mon. et Bo. *solutae*. 66) Mon. *fuerit*.

1) Sich. Cui. I. et Genev. 1586. in marg. *hereditbus*. 2) Genev. 1586. procul dubio partim ex Moss. et Romm. LL. coll. aut ex Iust. Institt. habet: *Int. hereditas lege XII. tabularum pr. ad s. h. pertinet*; et ita paullo inferius eadem ed. in marg. habet *existimatur*. 3) Cum Hdo ex Mon. Goth. et Sav. nec non edd. Bo. et Sich. recepimus *vel*. 4) Uncis inclusa ex Moss. et Romm. LL. coll. adiicienda esse visa sunt. 5) Sav. *haec*. 6) Mon. *haec*, Sav. *hac*. Sich. *hoc est* Vulgo *ac*. Hd. *hae*. 7) Quod in Sav. est ..*uo*, recentior manus complevit *uiuo*. 8) Sich. *suo*. 9) Mon. *mancipatione*. 10) Goth. *mancipati discesserint*. 11) Bo. *eum*. 12) Goth. *filium habeat constitutum*. Sich. *fil. in p. habeat constitutum*. 13) Mon. Goth. Sav. et ed. Bo. inserunt *qui*; fortasse *quidem* legendum est. 14) Mon. om. *sui*, quae vox in Sav. dispuncta est. 15) Sich. ins. *et*. 16) Sich. *quasi*. 17) Sav. et Bo. *aliquando*. 18) Ita Hd. ex Goth. Sav. et Sich.; pleraeque autem edd. cum Mon. *moritur* habent. 19) Goth. om. *et*. Sich. *aut*. 20) Goth. et Sich. *neptes sive filii nepotes*. 21) Ita fide codd. Mon. Goth. et Sav. et exemplo ed. Sich. dedimus mutata interpunctione. Vulgo: *defuncto, patri vel avo etc.* Haub. 22) Ita Hd. ex Mon. Goth. et Sich. — Vulgo *filius vel filia*. 23) Cui. II. *portiones accipiant*. Etiam Mon. Sav. et edd. Aegid. Bo. Sich. et Hd. verbum *accipiant* agnoscunt. 24) Goth. *partem*. 25) Goth. *longiorem gradum positum*. Mon. habet quod nos ex Hdo retinuimus. Sav. *posito*. Vulgo *positos*. 26) Goth. et Sav. hic et inferius *in stirpe*. 27) Bo. om. *non*. 28) Goth. om. *filiis*. 29) Sich. ins. *et*. 30) Ita cum Hdo ex Mon. et Bo. pro reliquorum *dividatur* scripsimus. 31) Ita ex Mon. Sav. Leid. et edd. Aeg. Bo. posuit Hd. Ceteri *heredes sui*. 32) Mon. *pertineat*. 33) Sav. *super*. 34) Mon. et Bo. *defuncti*. 35) Bo. habet, approbante Meerm.: *neque hoc magni interesse potest, si de diversis matribus nascantur, quum uno patre geniti sunt*. 36) Goth. *fratris filius*. 37) Goth. ins. *qui*. 38) Mon. Goth Sav. et Sich. *coniunctum*. 39) Mon. *habeatur*. 39*) Hd *adgnati*. 40) Ita Mon. Leidd. et ed. Aegid.; discedunt Goth. et Sav. *ei agnatis iure succedat*, Bo. *ex agnatis iure succedat*, exhibentes. Noordkerk. Obss. c. 3. p. 43. con-

amita[11], id est patris soror, vel *fratris filia*, nec in *capiendis hereditatibus* propinquorum *legitimae* sunt, nec masculis propinquis agnationis iure succedunt. ipsarum vero hereditates ad masculos propinquos agnationis condicione perveniunt.

III. 15. §. 6. Regulariter constitutum est, ut inter agnatos proximior[42] posteriorem excludat, et inter eos non in stirpem, sed in capita ab intestato dividatur hereditas. nam *inter suos, sicut superius* diximus[43], *alia* ratio *est*, ut[44] proximior posteriorem non excludat, et semper hereditas in stirpem, non[45] in capita, dividatur. nam *si quis* moriens dimittat[46] germanum *et* ex *altero*[47] germano *filios*, germanus *frater*, *quia gradu proximior* est, solus succedit[48], fratris filii non succe-
III. 16. dunt[49]. Item *si* moriatur quis, et de duobus germanis *fratribus* dimittat filios duntaxat masculos, et[50] *ex uno* fratre dimiserit *duos*[51], *ex alio quattuor* similiter masculos, omnes quidem fratrum filii patruo suo ab[52] intestato succedunt; sed non *in stirpem*[53], sed *in capita, ita*, ut illi duo ex uno patre duas accipiant portiones, et illi quattuor ex alio accipiant quattuor[54]
(Cf. III. *portiones*[55]. nam si sorores habuerint, in patrui he-
§. 14.) reditatem[56] non veniunt[57], sicut nec sororis filii in avunculi hereditate[58] succedunt.

III. 29 sq. §. 7. Nam et regulariter statutum est[59], ut cognati tunc intestatorum propinquorum hereditates capiant, quando aut *sui*, aut *agnati* defuerint.

TIT. IX. (al. XVII.) DE OBLIGATIONIBUS.

Obligatio in duas species dividitur: nam *omnes*[1] III. 88.
obligationes aut *ex contractu nascuntur*, aut *ex* culpa.
Quae ex contractu nascuntur, quattuor genera[2] *sunt*, III. 89.
quae singula[3] hoc ordine distinguuntur: *aut enim re*[4] *contrahitur obligatio, aut verbis, aut litteris, aut*[5] *consensu*.

§. 1. *Re contrahitur*, quoties aliqua cuicumque III. 90.
mutuo dantur, quae *in his rebus*[6] *contingunt*, quae *pondere, numero*[7], *mensura continentur*, hoc est si *pecunia numeretur*, vel *frumentum* detur. *vinum* aut *oleum* aut *aes* aut[8] ferrum, *argentum* vel *aurum*, quae omnia *numerando aut pensando aut metiendo*[9] ad *hoc damus, ut eorum fiant*, qui ea *accipiunt, et* ad *nos*[10] statuto tempore *non* ipsae res, *sed aliae eius naturae*, quales datae sunt, atque ipsius ponderis[11], numeri[12] vel mensurae[13] *reddantur*. propter quod[14] *mutuum appellatum est, quasi a me tibi ita datum*[15] sit[16], ut *ex meo tuum fieret*.[17].

§. 2. *Verbis* contrahitur *obligatio ex interroga-* III. 92.
tione dantis, *et responsione* accipientis, ita, ut si[18] et 116.
ille qui dat, interroget[19] „hoc mihi *dabis*?" qui accipit[20] respondeat[21] „*dabo*": aut in obligatione debitoris[22], si aliquis *fideiussor* accedat, ille qui cum persona fideiussoris contrahit[23], interroget ipsum[24] „*fide tua*[25] *esse iubes*?"[26] et ille respondeat[27] „*fide* mea esse *iubeo*." Hac[28] condicione non solum ille[29], *qui* III. 115.
debitor est, sed et is[30], qui *fideiussor* exsistit[31], *obligan-*

---

iecit: *ex agnationis iure succedat*; Meerm. voluit *ea agnationis iure succedat*. Vulgo: *ei agnationis iure succedat*. 41) Sich. Cui. I. et Gen. 1586. *amitae*. 42) Goth. *proximus*, sed in marg. ut nos. 43) In Sav. rec. manus ins. *si*. 44) Mon. et Sav. om. *ut*. 45) Goth. *in stirpe et non*. 46) Bo. *amittat*. 47) Goth. *alio*. 48) Sich. *succedat*. 49) Aeg. et Sich. *succedant*. 50) Sav. *masculos si*. Voculam *et* om. Mon. Cuiacc. I. et II. Genev. 1586. 51) Sav. Bo. Sich. et Lov., approbante Meerm., ins. *et*. 52) Sav. et Sich. om. *ab*. 53) Sic codd. Mon. Sav. et ed. Bouch. ex perpetua nostro loquendi ratione; *stirpe* Goth. [et Sich.] Reliqui *stirpes*. Haub. 54) Sav. *quatuor accipiant*. 55) Bo. om. *et illi... portiones*. 56) Sav. *hereditate*. 57) Goth. *veniant*. 58) Bo. *hereditatem*. 59) Fide cod. Goth. locum hunc repraesentavimus, ad quam lectionem, MS. quod Meerm. laudat, comprehensam, proxime accedit codd. Leid. et Mon. et edd. Aegid. et Bo. Certe abest *hoc* ante vulgatum *regulare est*. Haub.

1) Bo. om. *omnes*. 2) Mon. *qua omnes genere* Bo. *quasi omnis generis*. 3) Sich. *singulae*. 4) Mon. Sav. *aere*. et ita est in marg. Cuiac. I. et II., sicut et initio §. 1. — Goth. *rei*. 5) Bo. ins. *ex*. 6) Mon. et Bo. om. *rebus*. 7) Sich. ins. *et*. 8) Hoc *aut*, vulgo om., habet ex Mon. Goth. et Sav. Hd. 9) Mon. et Goth. *metendo*. Bo. *mittendo*. 10) Certe melius foret, quod Veronensis liber habet, *nobis*, quam *ad nos*. Sed cogitandum est Caium nostrum visigotthizare; neque igitur cum Ildo Schroederi mutationem sequentis verbi *reddantur* in *revertantur* approbaverim. 11) Mon. Sav. *ponderibus*. 12) Mon. *muneratae*. Goth. et Sich *numeratae*. Sav. *numerate*. 13) Sich. *vel mensuratae*. 14) Mon. om. *quod*. Bo. *propterea*. 15) Goth. *data*. 16) Mon. *est*. 17) Goth. *fuerit*. 18) Mon. et Bo. om. *si*. 19) Goth. *interrogat*. 20) Ita cum Hdo ex Bo. scripsimus. Mon. et Sav. *accepit*. ceteri *accipiet*. 21) Mon. Sav. *respondet*. 22) Bo. ins. *ut*. 23) Locum saepe tentatum crediderim iam sanum esse. Ceterum si *qui personam fideiussoris* legi debeat, malim quam Salmasii *accipit*, quod Oiselius recepit, verbum *adhibet*. Hd. ita edidit: *qui personae fideiussoris credet*, et annotavit: „Nulla lectionum sive in codd. sive in edd. obviarum idoneum sensum praebet; et, quae sola eum suppeditat, Salmasii (de modo us. c. 16. p. 743.) legentis: *qui personam fideiussoris accipit*, coniectura, a Iac. Oiselio in contextum adeo recepta, a librorum auctoritate nimis recedit. Nam v. c. in cod. Mon. est: *qui persona fideiussori tradet*, in Sav. *qui personam fideiussoris tradit*. Margo edd. Cui. I. et II. nec non Genev. 1586. habet: *cui persona fideiussoris traditur*; contextus vero, sicut in plerisque: *qui personam fideiussori tradit*. Nec magis placet Schroederi Obss. IV. 6. p. 343. sq. emendatio: *ille, cui personam fideiussor tradit*. Nos vestigia genuinae lectionis in ipso cod. Mon. (*tradet*) ac Sav. (*fideiussoris*) reperire nobis visi sumus." 24) Vulgo: *interroget*: ISTUM, ut τὸ ISTUM initium sit interrogationis. Sed cod. Mon. habet *interrogat ipsum*, eodemque modo legit Sav. ubi *ipsum* a recentiore manu est suppletum; et in ed. Bouch. certe est: *interroget istum*, formula interrogationis demum in sequenti: FIDE incipiente, quod etiam natura huius formulae postulat. (vid. *Brissonii* de Form. VI. 187.) Male Sich. *interrogetur: istum etc.* Haub. Sed praetulerim vulgatam scripturam propter Veronensis codicis „*idem fide tua esse iubes*." 25) Goth. et Sich. *fidem tuam*, et ita paullo inferius *fidem meam*. 26) Mon. *tua esse iussi*. Bo. *tua iussi*. 27) Mon. *respondet*. Goth. et Sav. *respondit*. 28) Goth. et Sich. *In hac*. 29) Oisel. om. *ille*. 30) Goth. *sed his*. Mon. et Sav. om. *sed*. 31) Mon. *extitit*, Goth. *stetit*.

tur [32]. et non solum fideiussor ipse [33], dum vivit,
III. 120 sed *et heredes* ipsius, si ille defecerit, *tenentur* [33*] obno-
III. 121. xii. creditor autem, qui pecuniam [34] dedit, in potestate [35] habet ad reddendam [36] pecuniam, quem [37] velit, ten*ere*, utrum ipsum debitorem an [38] fideiussorem [39]. sed si debitorem tenere elegerit [40], fideiussorem [41] absolvet [42]; si vero fideiussorem tenuerit, debitorem absolvet [43]: quia uno electo [44], quem idoneum creditor [45] iudicavit [46], alterum liberat [47]. §. 3. Sunt et aliae obligationes, quae nulla praecedente interrogatione contrahi possunt, id est ut si [48] mulier, sive [49] sponso uxor futura [50], sive iam marito [51], dotem dicat. quod tam de mobilibus [52] rebus, quam de fundis fieri potest. et non solum in hac obligatione ipsa [53] mulier obligatur [54], sed et pater eius et debitor ipsius mulieris, si pecuniam, quam illi [55] debebat [56], sponso creditricis [57] ipse debitor in dotem dixerit. Hae [58] tantum tres personae nulla [59] interrogatione praecedente possunt dictione [60] dotis legitime [61] obligari. aliae vero personae, si pro muliere dotem viro [62] promiserint, communi iure obligari [63] debent [64], id est [65] ut et interrogata respondeant et stipulata promittant [66]. §. 4. Item [67] et alio casu, uno loquente et [68] sine interrogatione alii [69] promittente contrahitur obligatio, id est si [70] libertus patrono aut donum aut munus aut operas [71] se daturum esse iuravit [72]; in qua re [73] supradicti liberti non tam [74] verborum sollennitate, quam iurisiurandi religione tenentur [75]. sed nulla [76] altera
persona hoc ordine obligari [77] potest. §. 5. Prae- III. 97.
terea [78] *inutilis est* [79] promissio, etiamsi *stipulatio*ne interveniente facta sit, *si* ali*quis id* se *da*turum [80] promiserit, quod sui iuris *non* est, hoc est *si* aut ingenuum *hominem quasi* [81] *servum* se daturum promittat, *aut* si *mortuum* aliquis, *quem vivum credebat*, promiserit, *aut locum sacrum* aut sanctum aut *religiosum da*-
turum [82] se quicumque [83] promiserit. §. 6. Praeter- III. 98.
ea *inutilis est* promissio, *si* ali*quis* rem [84] *sub* tali *condicione* [85] promittat, *quae* [86] impleri [87] pro rei diffi-
cultate *non possit*. §. 7. Praeterea *inutilis est* [88] in- III. 100.
terrog*atio* et promissio, *si ita* ali*quis* interroget debitorem „*post mortem meam*" vel „tuam illud [89] *dari* [90] *spondes?*" Quod propterea *inutile visum est*, quia a *persona heredis obligatio incipere* non potest. et ideo nec heredi creditoris [91] sub hac sponsione obligatur debitor, nec debitoris heres creditori tenetur obnoxius [92]. §. 8. Item *inutilis est* [93] obligatio, si dicat creditor: „*pridie quam moriar* [94] *dare spondes?*" [95] vel interroget debitorem [96], „*pridie quam moriaris?*"

---

32) Leid. et edd. Bo. Sich. aliaeque *obligatur*. Schult. et Hd. ex Mon. et Sav. *obligantur*. 33) Sav. et Bo. om. *ipse*. 33*) Ep. Aeg. *teneantur*. 34) Mon. *pecunia*. 35) Goth. et Bo. *potestatem*. 36) Sav. *reddendam*. Epit. Aeg. *reddendi*. Salmasius et Oisel. *repetendam*. 37) Bo. *quam*. 38) Goth. et Oisel. *aut*. Sav. *hac*. 39) Sich. addit *absolvi*. 40) Rancon. voluit *voluerit*. 41) Sich. in marg. pro *debitorem* habet *fideiussorem*, et pro hoc nomine illud. 42) Mon. Sav. bis habent *absolvet*. 43) Sich. om. *si vero f... absolvet*. 44) Goth. *unum electum*. 45) Bo. *debitor*. 46) Ita ex Mon. Goth. Sav., edd. Bo. et Sich. Hd. pro vulgato *iudicat*. 47) Mon. om. *liberat*. 48) Mon. Sav. et Bo. om. *si*. 49) Iidem *si* pro *sive*. 50) Goth. om. *uxor futura*, quas voces Sich. post *marito* habet. 51) Mon. Sav. et Bo. om. *sive iam marito*. 52) Mon. *quod tandemouilibus*. Sav. *quod tandem mobilibus*. 53) Bo. *his*. 54) Ita Hd. ex Mon. Goth. et Sav. pro vulgari *obligabitur*. 55) Ita cum Pacio et Aleandro Hd. pro vulg. *ille*. 56) Goth. *debeat*. 57) Id. et Sich *marito creditoris*, sed in marg. Sich. *sponso*. Bo. *ipsi creditori*. 58) Goth. om. *hae*. Sav. habet *hac*. 59) In marg. Sich. *sine ulla*. 60) Sich. *condictione* (non *conditione*), sed in marg. *dictionem dotis legitimae obtinere*. 61) Mon. *dotis legitimae*. Cf. antec. annot. — Goth. *dotes legitime*. 62) Ita Hd. ex Bo. — Mon. *vero*. Vulgo *marito*. 63) Mon. *obligare*. 64) In Sav. rec. manu *debebunt*, quod Bo. habet. 65) Bo. om. *id est*. 66) Exhibuimus hunc locum auctoritate codd. Mon. et Sav. qui plane consentiunt. Neque aliter Cui. II. aut, solo addito *ad*, Bouch. in qua est: *ut et ad interrogata respondeant, et stipulata promittant*. Etiam Goth. habet saltem *stipulata*, licet in eo praecedant *ut interrogate*. Sed Sich. et ed. Patavina: *ut et interrogatae respondeant et stipulationem praemittant*. Imo *interrogata* sunt, de quibus rei sunt interrogati, et *stipulata* i. q. in stipulationem deducta; barbaro quidem exemplo, sed quod ab Aniani aetate minime sit alienum. Haub. Schult. *interrogatae respondeant, et stipulatae promittant*. 67) Mon. et Bo. om. *item*. 68) Mon. et Goth. ins. *uno*. Bo. *casu viro loquente et viro*. 69) Schult. pro vulgari *alio*, quod Aleander expunxit, proposuit aut legendum *alii* (ut Hd., librarium ob praecedens *alio* lapsum esse existimans, recepit), aut dicendum esse Anianum pro *alii* scripsisse *alio*. — Meerm. voluit *aliqua* aut *ulla*. Anianum - *alius* scripsisse crediderim. 70) Bo. om. *si*. 71) Bo. *opera*. 72) Ita cod. Mon. et ed. Bouch. reliqui *iuraverit*. Quae vero in scriptis omnibus et editis sequuntur: *Exponendum hic, quid sit donum, aut munus, vel operae*, quum manifeste glossema redoleant, et proximam sententiam: *in qua re etc.* cum praecedentibus optime cohaerentem male divellant, e contextu eliminavimus. Ceterum nec huius insititii loci eadem est ubivis scriptura. Nam ed. Bouch. habet: *exponendum est hic etc.* porro *aut* inter *donum* et *munus* abest a codd. Mon. et Goth. tum ab edd. Bouch Sich. Cui. I. II. et Genev. 1586. et loco *operae* codd. Goth. et Sav. item ed. Bouch. et Ranconetus in marg. sistunt *opera*. Haub. 73) Mon. et Bo. om. *in qua re*. 74) Bo. *tantum*. 75) Hd. ex Mon. Goth. et Bo. Cui. II. *retinentur*. 76) Mon. ins. *haec*. 77) Goth. ins. *non*. 78) Roever. ex Leid. *propterea*. 79) Mon. et. Sav. om. *est*. 80) *Id aliquid se daturum* est in codd. Mon. et Goth. At Sav. *id aliquis se daturum*, et ed. Bouch. *id aliquis daturum aliquid se*; in reliquis: *id aliquis daturum se*, unde levi verborum transpositione contextum emendavimus. Haub. 81) Mon. et Bo. *aut*. 82) Mon. om. *daturum*. 83) Bo. *sed quidcunque*. 84) Mon. pro *rem* habet *ille*; Bo. *illi*. 85) Goth. *sublatam conditione*. 86) Hd. ex Mon. Leid. et ed. Bo. recepit *conditio*, quod probat Meerm. 87) Goth. *qua conditione implere*. 88) Hd. ex Mon. et Bo. ins. *et*, quam copulam Goth. et Sich. post *Praeterea* habent. 89) Goth. *illum*. 90) Bo. Sich. *dare*. 91) Goth. *creditori*. 92) Goth. et Sich. *heredes creditori teneantur* (Sich. *tenentur*) *obnoxii*. 93) Mon. om. *est*. 94) Sav. *moriatur*. 95) Mon. Sav. *dare respondes*. Sich. *haec dare spondes*. 96) Bo.

similiter et haec stipulatio inutilis iudicatur [97], *quia non potest* sciri [98] quando sit *pridie quam aliquis*
III. 102. *moriatur*, nisi post*quam mor*tuus fuer*it*. §. 9. Item *si pure* interroget creditor, et debitor *sub condicione promittat*. §. 10. *Vel si* creditor *decem* solidos [99] debitorem interroget, *et* debitor *quinque promittat*, hoc ordine integrum debitum vacillare cognoscitur. §. 11.
III. 110. Si aliquis [100] nobis pecuniam debeat, *possumus* [101] debitorem nostrum compellere, ut pecuniam, quam nobis
(Cf. 111.) redditurus erat, *al*teri se caveat redditurum; neque potest ei, cui pro nostro debito cavit [102], de cauto et [103] non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis afferre [104], cum id, quod a nobis accepit, alteri caverit [105] redditurum.
III. 128. §. 12. *Litteris* [106] *obligatio fit* aut *a* [107] *re in per-*
III. 129. *sonam* [108], aut *a persona in personam* [109]: a r e i n p e r s o n a m, *velut si id, quod ex emptione aut conducti-*
III. 130. *one aut societate debes* [110], alii [111] reddas; *a persona in personam, velut si id, quod* [112] *mihi* alter *debet*, alteri personae *dele*gem, ut [113] reddere debeat.
III. 135. §. 13. *Consensu fiunt obligationes* ex *emptionibus et venditionibus* [114], *locationibus conductionibus*,
III. 136. *societatibus* et *mandatis; q* u i a in huiusmodi [115] rebus consensus magis, quam *scriptura* aliqua [116] aut [117] sollennit*as* quaeri*tur* [118]. In quibus rebus etiam *inter absentes* obligatio *contrah*i potest, quod in *ali*is rebus
III. 139. *fieri non potest*. §. 14. E m p t i o igitur e t v e n d i t i o c o n t r a h i t u r, *cum de pretio* inter emptorem et venditorem fu*erit* definitum; etiamsi *pretium non* fuer*it numeratum* [119], *ne*c pars pretii aut *arra* [120] *data fuerit*. §. 15. *Locatio et* [121] *conductio simili* ratione III. 142.
*consi*stunt, ut [121*] consensu, etiam verbo definitio [122] inter consentientes firma permaneat. §. 16. *Societatem* III. 148.
inire possum*us aut* omni*um bonorum*, *aut unius alicuius negoti*ationis. *et potest ita iniri societas*, si ta- III. 149.
men hoc inter socios convenit [123], *ut unus pecuniam det*, [124] *alter operam* suam [125] *pro pecunia* ponat. et huius rei definitio etiam verbo inita valet [126]; ita, ut III. 150.
quicquid societatis tempore quolibet modo fuerit acquisitum, sociis *commune* sit. §. 17. Per*manet* [127] *au-* III. 151.
tem inita *societas donec* [128] *in* ipso *consensu* [129] socii *perseverant;* quia, sicut consensu contrahitur, etiam [130] dissensu dis*solvitur* [131]. Dis*solvitur* ergo *societas* aut III. 152.
morte unius [132] *socii*, aut contraria voluntate, aut *ca-* III. 153.
pitis diminutione, id est si unus ex sociis, sicut frequenter [133] supra diximus, capite fuerit diminutus. §. 18. Similiter et mandari [134] verbo potest; et cum verbis mandatum fuerit, obligatio contrahitur. possu- III. 155.
mus enim [135] aut *nostra* negotia aut *ali*ena cuicumque agenda mandare, dummodo honestum aliquid agi
mandemus [136]: nam si *contra bonos mores* [137] aliquid III. 157.
*mand*are voluerimus, hoc est *si* cuiquam *mandemus* [138], *ut* [139] alicui *furtum faciat aut* homicidium aut adulterium admittat [140], in his [140*] rebus mandati *obligatio non contrahi*tur. §. 19. *Solvitur* [141] *mandatum* aut *mor-* III. 160.
te [142], *cui* [143] *mandatum* est, aut contraria illius [144] volun- (Cf. 169.)
tate, qui mandavit. §. 20. Sed *is*, *cui mandat*ur, *man-* III. 161.
dati formam egredi non potest; aut, si *egressus fuerit*, et mandatori [145] teneatur [146] obnoxius, et quod extra mandatum egit, *non* praeiudicet [147] mandatori [148].

---

om. *pridie quam . . . debitorem.* 97) Goth. *Similis et haec stipulatio simili vindicatur.* 98) Mon. Goth. et Sav. *sciri.* 99) Sav. et Sich. ins. *in.* sed in Sav. rursus expunctum est. 100) Ita Mon. Sav. et Bo. estque hic loquendi modus epitomatori familiaris. Reliqui *si quis.* HAUB. 101) Bo. *praesumat.* 102) Ita ex Mon. Hd. Reliqui *cavet.* 103) Bo. ins. *de.* 104) Goth. *offerre.* 105) Sav. *caveret.* 106) *Enim* hic inseri vult Galvan. de usufr. c. 17. §. 8, quod putat iam superiorem §. ad litterarum obligationem spectare. Ac reapse connectunt §. 12. cum 11. Sich. et Aleander hunc in modum: *Nec potest ei, nisi litteris obligatio fiat, aut a re in personam, aut a persona in personam dari;* ubi Aleander *τῷ dari* praemittendum esse coniicit *exceptio.* HAUB. 107) Bo. om. *a*, et Rancon. hic et paullo inferius *de re* pro *a re* posuit. 108) Sav. hic et inferius *persona* habet. 109) Pro *Litteris . . . personam.* Mon. habet: *Litteris obligatio fit auctore in persona aut a persona in personam, nisi quod.* In Bo. quoque a verbis *a re in personam . . . a persona in personam* locus mutilus esse apparet. Anianus totum de litterarum obligatione locum, ut mihi quidem videtur, magis a pristina forma depravaverat. 110) Sav. *dabis.* Goth. *debet.* 111) Goth. *aliis.* 112) Bo. pro *velut . . . quod* habet *ut sicut.* 113) Sich. ins. *mihi.* 114) Goth. *in vindicationibus.* 115) Ita Hd. ex Mon. Goth. Sav. et Bo. — Ceteri *eiusmodi.* 116) Hoc *aliqua* habent Mon. Goth. Sav. Leid. cum edd. Bo. Sich. Cuiac. I. et II. et Genev. 1586. 117) Ranconet. inseri voluit *res aut verborum.* 118) Bo. *requiritur.* 119) Sav. *nominatum.* — Copulam *et*, quam vulg. ins. rectius a Goth. omittitur. 120) Mon. et Bo. *pretii aucta.* 121) Bo. om. *et.* 121*) Mon. Goth. Bo. *et.* Sich. *Et.* idem pro sequenti *etiam* habet *et.* 122) Goth. *etiam verba inter consentientes* (om. *definitio*). Bo. *et consensu etiam verborum definitio.* Aleander: *etiam verbo definito*, pergens *inter convenientes.* 123) Mon. Goth. Sav. et Bo. om. *convenit.* 124) Sich. ins. *et.* 125) Goth. et Bo. *opera sua.* 126) Sav. *velit.* 127) Goth. *permaneat.* 128) Sav. et Cui. II. *donec quamdiu.* Reliqui *quamdiu.* 129) Mon. *consessu.* 130) Hd. delevit *sic* ante *etiam*, auctoritate Mon. Sav. Bo. Cui. I. II. et Genev. 1586. Goth. *etiam si.* Aleander *ita dissensu.* 131) Hd. ex Mon. *dissolvetur.* 132) Lugd. 1553. *huius.* 133) Hanc vocem ut suspectam, quaeque a cod. Bat. absit, eiiciunt Roeverus l. l. p. 174. et Cliffordus Sect. II. c. 5. §. 11. p. 89. Aleander vero ei addit *fieri.* HAUB. Aleandri emendationem probaverim. 134) Sav. *Similiter emendar$\overset{i}{\text{e}}$.* Bo. *Similiter verbo emendari potest.* Inde Clifford. *Similiter verbo etiam mandari potest.* 135) Cui. II. *etiam.* 136) Goth. *mandem.* Sich. in marg. *volumus.* 137) Ita Hd. ex Mon. et Leid. — Vulgo *mores bonos.* 138) Ita ex Leid. Hd. — Mon. *cuique mandem.* Reliqui *cuicunque mandemus.* 139) Bo. om. *ut.* 140) Goth. *committat.* 140*) Ita Hd. ex Goth. Sav. Cui. I. II. Gen. 1586. Reliqui *iis* vel *hiis.* 141) Vocem *autem*, quam hoc loco vulgo inserunt, om. Mon. Goth. Bo. 142) Mon. *aut (?) a morte.* Bo. *morte* (om. *aut*). Vix potui, quin verba *eius qui mandavit aut eius*, quae aperte desunt, iniicerem. 143) Goth. *cuicumque.* 144) Goth. *eius.* 145) Mon. Bo. Sich. *mandatorum.* 146) Mon. *tenetur.* 147) Goth. Sav. Bo. *praeiudicat.* 148) Mon. *mandatorum.* Goth. *mandatorem.*

TIT. X. (al. XVIII.) QUIBUS MODIS OBLIGATIO TOLLITUR [1].

III 168. *Tollitur obligatio solutione debiti* [2]. praeterea ali-
quoties tollitur obligatio, etiam *si aliud* [3], quam cau-
tum fuerat a debitore, creditori reddatur: nam si qui-
cumque [4] pro pecunia, quam creditori cavit [5], acquie-
scente creditore aurum [6] aut argentum aut mancipia,
vel [7] alias quaslibet species, habita aestimatione, *con-
sentiente creditore* dederit [8], obligatio evidenter tollitur.

[TIT. XI.]

[DE OBLIGATIONIBUS QUAE EX DELICTO NASCUNTUR [1].]

III. 182. §. 1. Quia [2] de obligationibus, quae ex con-
tractu nascuntur, diximus [3], superest, ut de iis *obli-
gationibus, quae ex delicto nascuntur* [4], simpliciter [5] dis-
putemus. Ex delicto nascuntur obligationes, *si aliquis
furtum fecerit*, vel *bona* aliena *rapuerit*, vel *damnum*
alteri *dederit* aut *iniuriam fecerit. quarum omnium
rerum uno genere* ex delicto nascitur *obligatio*. §. 2.
III. 183 *Furtorum autem sunt genera quattuor: manifesti, nec*
III. 184. *manifesti, concepti, et oblati. Manifestum furtum
dicitur*, si quando fur, cum [6] cuiuscumque rem tollit, [7]
in ipso furto *deprehenditur. Nec manifestum furtum* III. 185.
appellatur [8], *quod* quamlibet dum fieret [9] inven*tum
non est*, tamen furtum factum [10] fuisse probatur. *Con-* III. 186.
ceptum furtum dicitur, cum [11] *apud aliquem* [12] alte-
rum *res furata* [13] *invenitur* [14]. *Oblatum* [15] *furtum dici-* III. 187.
tur, cum res furtiva alicui ita *a* fure datur [16], ut *apud*
ipsum furem inveniri [17] non possit.

§. 3. Praeterea *qui rem alienam invito* aut [18] ne- III. 195.
sciente *domino contingit* [19] vel tollit [20], aut de loco
movere [21] praesumit [22], *furtum facit.* §. 4. Et *si* III. 196.
quis [23] *rem utendam* [24] *acceperit* aut commendatam *a-
pud* se habuerit, et ea aliter [25] usus fuerit quam acce-
pit [26], *furti* actione tene*tur* [27]. §. 5. Praeterea *si quis*
iument*um* alterius ad hoc *accep*it, ut eum quinque mil-
libus [28] *duceret*, si id decem [29] millibus [28] aut *longius*
quam ab illo, qui dedit, fuerit constitutum, abege-
rit [30], furti reus erit [31].

§. 6. Et multa praeterea horum quoque similia Cf. III. 202.
sunt secundum legem. *Nam* furti tenetur *etiam qui ipse* et Praef.
furtum non fecerit, sed, ut fieret, opem, aut consi-
lium, aut studium commodarit: velut, si quis pecu-
niam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut
alii eam rapere possent [32].

---

1) Ita Goth. et Sav., sed Mon. *tolletur.* Vulg. *tollatur.* 2) Mon. Goth. Sav. Cui. II. *soluti debiti.* Bo. *soluto debito.* 3) Cui. II. *aliquid.* 4) Genev. 1586. *cuicumque.* 5) Goth. *cavet.* Sich. in marg. *dedit*; unde Schult. coni. *quam creditor dedit.* Ranconet. *dedit vel cavit.* 6) Goth. *aut quisecentes creditores harum.* 7) Bo. *aut.* 8) Goth. *consentienti creditori dederit.* Sich. *consentienti* (om. credit.) *reddiderit*, et marg. *crediderit.*

1) MSS. rubricam h. l. nullam habent; ideo uncis inclusam adieci cum Lugd. 1559. et Aleand. ex verbis §i. 1. Genev. 1586.: *De obligationibus ex culpa. Tit. XIX.* Oisel. *De obligationibus ex delicto.* 2) Mon. Goth. Sav., sed hic rec. manu, *quod;* et ita Bo. quoque habet. 3) Sav. *ut diximus.* 4) Cf. annot. 1. 5) Schult. et Schroed. coni. *similiter.* 6) Ita Hd. ex Cui. II. — Bo. om. *fur cum.* Mon. Sav. *furtum ex* Vulg. om. *cum.* Malim *fur, dum.* 7) Goth. Sich. ins. *et.* 8) Mon. *Nec furtum appellatur furtum.* Sav. *furtum dicitur.* sequebatur iterum *furtum*, sed postea dispunctum est. 9) Goth *dum defecerit*; sed in marg. *fieret.* 10) Mon. et Sich. om. *factum*; sed hic in marg. *esse factum probatur.* 11) Goth. *dum.* 12) Mon. *antequam.* 13) Ita Mon. Goth. Sav. et Sich. — Ceteri *furtiva.* 14) Ita Hd. ex Mon. Sav. et Bo. — Reliqui *inveniatur.* 15) Mon. *obligatum.* Sav. *oblegatum.* 16) Goth. *daretur.* 17) Sav. *invenire.* 18) Bo. *inuito iure.* 19) Goth. *contigit* Sav. *contegit* 20) Goth. *tulit.* Cum Hdo ex Mon. et Bo. scripsi *tollit.* Reliqui *tollere.* 21) Goth. *commoveri.* 22) Mon. Goth. Sich. *praesumpsit.* 23) Mon. *qui.* 24) Mon. *furtatam.* Goth. Sav. Bo. *furatam*; sed in Sav. prius fuerat *utendam.* 25) Mon. Sav *eam aliter.* Goth. Bo. et in marg. Genev. 1586. *aliter eam.* Vulg. *aliter ea.* 26) Aegid. Pacius, Aleander et Oiselius: *acceperit.* 27) Goth. *teneatur.* 28) Goth. *miliaria.* 29) Goth. *duceret sedecim.* Sav. *duceret et si.* Bo. *d. si decem.* 30) Mon. *adieccrit.* Goth. *abiecerit*, sed in marg. *duxerit.* Bo. *adduxerit.* Hd. ex Cui. I. II. et Gen. 1586., quae *duxerit*, sed in marg. *adegerit* habent, hoc verbum retinuit. Sichardum secutus sum, qui ipse *duxerit*, quod vulgo receperunt, ad marg. habet. 31) Goth. Sav. Bo. *est.* 32) Nullus locus in toto Caio Visigotthorum corruptior hoc ipso. En primum lectionis varietatem! Mon. *Et multa practerea quorumcumque similia sunt secundum lege furti tenetur sed ut fieret opem aut consilium aut studium commodaret velut si quis pecuniam quam in manu aliquis tenebat excusserit ut alii eam rapere possint.* — Goth. *Et multa praeterca quarumcumque similia sunt quem secundum legem furtum tenetur si ut fierit opem aut consilium aut studium commonerit* (in marg. *commodaverit*) *vel si quis pecuniam quam in manu aliquis tenebat exclu-serit* (in marg. *excusserit*) *ut alii eam rapere possint.* — Sav. *Et multa preterea quorum arum similia sunt secundum et ille* (manu recent. *lege*) *furti tenetur sed ut fieret et opem aut consilium aut studium commodaret velut si quis pecuniam quam in manu aliquis tenebat excusserit ut alii eam rapere possent similis conditi*[o] *servetur.* — Aegid. *Et si aliquis pecuniam, quae in manu habetur, excusserit, ut alii rapere possint, furti eius tenetur. Et multa horum similia.* — Bo. *Et multa praeterea quorumcumque similia sunt, secundum legem furti tenentur. Sed et si quis, ut ferret opem, aut consilium aut studium commodarit, velut, s quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possint, in idem iudicium incidit.* — Sich. *Et multa praeterea quorumcunque similia sunt, secundum quae et ille furti tenetur, si, ut fieret, opem aut consilium aut studium commodaverit. Vel si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possent.* — Cui. I. *Et multa practerea quorumcunque* (in marg. *quae horum*) *similia sunt: secundum quae et ille furti tenetur, qui, ut fieret, opem aut consilium aut studium commodarit: velut si quis pecuniam, quam in manu aliquis tenebat, excusserit, ut alii eam rapere possent.* — Cui. II. *Et multa praeterca quae horum similia sunt: secundum quae etc.* (ut Cui. I.) Contextum Cuiacianae I. sequuti sunt ut plurimum editores recentiores, ne Schultingio quidem excepto, nisi quod Oiselius pro: *qui, ut fieret, opem* reddidit: *qui, ut ferret opem.* — Nos quidem in constituendo contextu quum maxime et codicis antiquissimi Monacensis et Institutionum (§. 11.

de obligat. quae ex delicto nasc.) vestigia expressimus: ut tamen, quae nobis ex coniectura inserenda viderentur, diverso litterarum charactere describi curaremus. — Ceterum ad calcem Caii in sola ed. Genev. 1586. [immo, et in Lugd. 1593. 4.] haec leguntur: *Deest de prohibiti furti actione sententia, quam laudat Papian. tit. 14. Deest titulus de iniuriarum actione, quem laudat Papianus titulo sexto. Deest regula de liberis raptoris et raptae, quam laudat Papianus tit. X.* Haub. — Ne beati Hauboldi circulos perturbarem, nihil in huius commatis a candidissimo viro factis emendationibus immutare statui; adscribam autem ex genuinis commentariis lib. III. §.202., ex qua Visigotthi ita fortasse scripserunt: *Interdum furti tenetur ..... rapere possent.et multa praeterea, quae horum sunt similia, puniuntur secundum legem Aquiliam.* Nam Gaius l. c. ita habet: „Interdum furti tenetur *qui* ipse furtum non fecerit, qualis est, cuius ope consilio furtum factum est. in quo numero est qui nummos tibi excussit, ut eos alius surriperet, vel opstitit tibi, ut alius surriperet, aut oves tuas aut boves fugavit, ut alius eas exciperet. et hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugavit armentum. sed si quid per lasciviam et non data opera, ut furtum committeretur, factum sit, videbimus an utilis *Aquiliae actio* dari debeat; cum per legem Aquiliam, quae de damno lata *est*, etiam culpa puniatur."

FRAGMENTUM
ÆMILII PAPINIANI

EX LIB. I. RESPONSORUM SUB TITULO DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM [1].

Inter virum et uxorem pacta non solum verbis, sed [2] voluntate contrahentium constituuntur, ut neuter coniugum locupletior fiat [3].

1) Parvum hoc fragmentum, ex lege Romana Visigotthorum superstes, primum editum est a Sichardo (p. 167.b.), qui ei inscripsit „*Papiniani titulus.*" Cuiacius autem cum anno 1566. Lugduni iuris anteiustiniani libros ederet (cf. supra p. 179. N. 2.), legi Romanae Burgundionum fragmentum nostrum ita coniunxit (pag. 694.), ut eius legis primus titulus esse videretur; quod, ut alia fere omnia, imitatum est exemplum Genevense a. 1586. (cf. l. c. N. 4.). Iam inter omnes constat ridiculum inde legi Romanae Burgundionum enatum esse nomen „*Papianus,*" sive „*Papiani Responsa,*" sive „*Papiani Responsorum liber.*" ac nomine quidem isto, quamvis ipse Cuiacius id postea improbaret, cum in Parisiensi exemplari, quod a. 1586. prodiit, (cf. l. c. N. 4.) fragmentum Papinianum, a lege Rom. Burg. separatum et ante Paulli sententias collocatum, vero rursus auctori vindicaret, tamen hodie etiam uti solent. Vid. Savinii hist. iur. Rom. tom. II. p. 23. sqq. — Inscriptum est fragmento nostro apud Cuiacium ex ed. 1586. append. fol. 14.b i. f. et ap. Schulting. p. 810. *Papinianus lib. I.* etc., ut nos habemus. In Berolinensi iur. civil. anteiust. p. 249. hoc tantum inscriptum est „*Fragmentum Papiniani.*" 2) Exemplum Parisiense a. 1586. inserit *ex*, unde legendum esse *sed et* coniecerunt. 3) In Genevensi et, qui hoc exemplum secuti sunt, libris haec interpretatio subiicitur: *ut neuter in coniugio fiat locupletior, et ut verbis inter se obligari possint.*

Locum, quem post fragmentum Papiniani, ante Isidori Etymologiarum librum V. Cod. reg. Paris. 4414. fol. 147b, (ex quo libro postea cum locum in Pithoeanum exemplar Theodosiani Codicis anno 1566. fol. editum p. 718. migravisse litteris ad me datis Haenelius significavit) et ita quidem inscriptum habet *Edictum de Legibus*, vix est quod admoneamus Papiniani non esse. Beatus Hauboldus (opusc. acadd. tom. II. p. 930.) prologum fortasse cum locum fuisse „alicuius monumenti legalis hucusque ignotum, forte ipsius Legis Rom. „Burgundionum, quam constat in libris MSS. Papiniani sententiae ut plurimum adhaerere, nisi proxima Isi„doriani libri mentio in eadem adnotatione obvia aliud suaderet" suspicatus erat. Habet autem ille locus, quem ex aliqua Constantini potius lege, quam Papiniani scriptis profectum esse dixeris: *In Vet. ex. qu' sententia Papiani ex lib. I. responsorum tit. de donat. int. vir. et ux. sic supplenda. Respuenda sunt iurgia et amplectenda pacis tranquillitas, quia commodius est lites pacifice definire, quam sub ambiguo certamine dispendiosam exspectare victoriam. Sequitur deinde liber V. Isidori Etymolog. lib. V. Moyses.*

IULII PAULLI

RECEPTARUM SENTENTIARUM

AD FILIUM

LIBRI QUINQUE.

CURA

LUDOVICI ARNDTS

I. U. D.

PRAEFATIO.

Ex iis, quae praefatio ad Visigotthicam Gaii epitomen de ratione edendorum librorum, ex quibus Lex illa Romana composita est, iam pridem monuit, Paulli receptas Sententias siquis, quantum fieri possit, integras exhibere velit, id ex sola Lege Romana Visigotthorum fieri non posse, sed adhibendos etiam alios, qui ex iure Romano nobis supersunt, libros esse, Mosaicarum imprimis et Romanarum Legum Collationem, veteris ICti Consultationem, Iustiniani denique Digesta, facile videris. Itaque quod Rittershusius primum aliique post hunc virum fecerunt, hac quoque editione faciendum suscepimus, id est ut omnia ex Paulli Sententiarum libris ubiubi servata colligeremus, disponeremus et hoc quidem modo celeberrimi iuris auctoris splendidissimum olim opus restitueremus. Ne vero Lex Romana Visigotthorum suo quasi honore atque iure defraudaretur, ipsius scripturam tantum non ubivis locorum servare, ceterorum vero librorum variationes in subiectos commentarios referre, atque erectis sive antiquis litteris scribere quae illa continentur Lege, dum obliquis sive cursivis litteris in exprimendis aliunde desumptis locis uteremur, placuit. Cuiacius autem cum in medio reliquerit, utrum MS. Paulli codex, quem ex Vesontina bibliotheca utendum acceperat, epitomen Visigotthicam repraesentaverit, nec ne [1], consultius esse ex eo libro transscriptos locos erectis quidem, ut ex Breviario Alariciano, quod vocant, acceptas sententias, exprimere, sed asteriscos singulis versibus praeponere existimavimus. In computandis numeris titulorum paragraphorumque sive commatum Schultingii rationem, qua in allegando Paullo iam diu docti homines utuntur, tenuimus. quo factum est, ut ex Lege Romana Visigotthorum, Mosaicarum et Romanarum Legum Collatione, ex Consultatione denique veteris ICti receptis locis suus cuique numerus praeponeretur [2]; cum vero aliunde desumpti apud Schultingium numeros haberent nullos, eiusmodi locis, quotiens cum aliis rubricam communem habere debebant, §i proxime vel antecedentis vel sequentis numerum, sed appositis litteris *a*, *b*, *c*, et sic porro, praemisimus. pari quoque modo rubricas cum ipsis sententiis ex Digestis assumptas numeravimus [3]. Monuerim tamen ad aliorum quorumdam titulorum numeros iam Rittershusium Schultingiumque alia ratione litteras apposuisse [4]. In commentariis nostris non solum librorum tum editorum tum scriptorum varietates, sed etiam ubi diversi nonnullorum capitum fontes inter se discrepent indicavimus, coniecturas etiam, sed parcius, adiecimus. Interpretationem Visigotthicam, minutissimis litteris scriptam, quam omittere editionis lex vetabat, ita tractavi, ut maxime probatis scripturis electis rarius varietates uncis inclusas adiicerem. Ut quibus ad elaborandam hanc Paulli editionem libris editis usus sim facilius videas, asteriscorum appositione eos inferius, ubi signa explicantur, indicavi.

Iam vero de Aurelianensi, ut priorum editorum nonnulli vocant, exemplo, quod neque Schultingio, neque Hugoni, cum eximiis editionibus de Paullo bene mererentur, eius copia facta fuit, paucis te volo. Inscriptio libri ita habet „IVLII PAVLI | RECEPTARVM | SENTENTIARVM. | LIBRI V. | Ex postrema Iac. Cuiacij recogni- | tione multis sententijs atque | adeo titulis aucti. | *Quibus accessit,* | Epitome Iuris Ciuilis, Antiq. auct. | *Ingens sanè rerum et verborum thesaurus* | *paucis tamen omnem Iuris Ro. notitiam* | *comprehendens.* [Signum Plantinianae officinae.] PARISIIS, | Ex officina Plantiniana. | Apud ADRIANVM PERIER, | via Iacobaea, 1599. | *Cum priuilegio Regis.*" In fine libri, qui textum quinque Sentt. librorum 102 foliolis numeratis continet, legitur in averso folio, cuius adversa pagina errata quaedam indicat, „Excussus fuit hic liber typis viduae | Nicolai Leuez Auarici Bituri- | gum iuxta scholas utriusque | Iuris." Iac. Gothofredus [5] et post eum ill. Hugo [6] „Auarici s. Aureliae" a. 1599. prodiisse similem Rittershusiano Paulli exemplum forma 12° asserunt; et praeter hos Fabrotus [7] exemplum eo ipso anno Aureliae editum memorat [8]. Quid Aureliae mentio sibi velit, ipse me nescire ingenue fateor, sed hoc Aurelianense vocatum exemplar plane idem esse, ac superius indicatus liber, quo liberalitate v cl. Böckingii utor, cui v. ill. A. G. Cramer ante hos tres vel quattuor annos utendum permisit, tam exploratum habeo, quam quod exploratissimum. Exemplar olim C. Rittershusii fuit, cuius manu nonnulla ad marginem scripta exstant, quae tantum non omnia in commentarios nostros accepta habes. Ceterum non bonitas editionis, sed exemplarium infrequentia facit, ut haec de libello Aurelianensi praefatus sim. Vale, lector, et res tuas bene age.

Scribebam Bonnae Kal. Febr.
anni cIↄIↄcccxxxII.

---

1) Cf. Obss. XXI. 13. 15. 16. 2) Praeter lib. I. tit. 1. §. 4 a. 3) E. gr. lib. I. titt. 1. A. et B. 4) E. gr. I. 6 A. et B., 13 A. et B., V. 30 A. et B., de quibus locis vide commentarios nostros. 5) Manuale iur. biblioth. c. II. §. 5. 6) Indic. fontt. p. 177. N. 41. 7) Cuiac. opp. priorr. tom. I. p. 349. 8) Obiter monuerim perpetuum non esse quod tumultuarius editor se in Paulli sententiis repetendis libellum illum Aurelianensem sequi dixit.

SIGNORUM EXPLICATIO.

Au.	=	*Exemplum quod Avarici Biturigum a. 1599. prodiit. (Cf. praef. nostra.)
Bo.	=	Bouchardianum exemplum Paris. 1525. 4. (Cf. Hugonis index editionum p. 128.)
Bi.	=	*Bieneri exemplar in iure civili anteiustinianeo Berolinensi a. 1815. 8. edito.
Br. s. Brev.	=	Breviarium Alaricianum sive Lex Romana Visigotthorum.
Cann. II.	=	*Hermanni Cannegieteri commentarius ad Collation. Franequer. 1765. 4.
Cann. I.	=	*Moss. et Romm. LL. Collatio a Io. Cannegietero Traiecti ad Rhen. a. 1768 4. edita (Cf. Hugo l. c. p. 216.)
Coll.	=	Moss. et Romm. LL. Collatio.
Cons.	=	Veteris iurisconsulti Consultatio.
Cui.	=	Cuiacius, Cuiacianum exemplum.
Cui. 58.	=	*Pauli sentt. cum interpretationibus Cuiacii. Paris. 1558. 4. (Cf. Hugo l. c. p. 144.)
Cui. 66.	=	*Exemplar Lugdunense a. 1566. fol. (Cf. Hugo l. c. p. 146.)
Cui. 88.	=	Exemplar Parisiense a. 1586. sive a. *1607. (Cf. Hugo p. 162. 178.)
Fabr. s. Fabrot.	=	*Cuiacii operum omnium exemplum, cura Fabroti editum Paris. 1658. fol. Tom. I. p. 349. sqq.
Fl.	=	*Exempl. Dig. Florentinum Taurellianum. 1553. fol.
Genev.	=	Exemplar Genevense a. 1586. sive Lugdunense a. *1593. 4. (Cf. Hugo l. c. p. 169. 172)
Goth.	=	Codex MS. Gothanus. (Cf. Schultingii iurisprudentiae anteiust. editio Lipsiensis, in fine.)
H.	=	*Hugonis exemplum. Berol. 1795. 8.
Hal.	=	*Haloandrina Digesta. Norimb. 1529. 4.
H. a P.	=	*Hugonis a Porta Digestum vetus et Infortiatum a. 1560. Digestum novum a. 1561. fol.
Heid.	=	Moss. et Romm. LL. Collationis exemplum Heidelbergense a. 1656. 8. (Cf. Hugo p. 183.).
Meerm.	=	*Pauli Sentt. cum notis Petri Fabri in Meermani Thesaur. Tom. VII. p. 689. sqq.
Mon.	=	Codex MS. Monacensis.
P. s. Pith.	=	*P. Pithoei exemplum Moss. et Romm. LL. Collationis, Lutetiae 1573. 4. (Cf. Hugo p. 155.)
Paris.	=	Cod. MS. Parisiensis.
Rehd.	=	Cod. MS. Digestorum Rehdigeranus.
Ritt.	=	Rittershusii exemplum Paulli. Norimbergae a. 1594. 8. (Cf. Hugo p. 176.)
S.	=	*Exemplum Sichardianum. Basileae a. 1528. fol. (Cf. Hugo p. 129.)
Sav.	=	Codex MS., quem Ill. Savinius possidet.
Scal.	=	Moss. et Romm LL. Collationis apographum, quod olim Iosephus Scaliger fecit. (Cf. Schulting. iurisprudentia anteiust. praef. et p. 407. not. 5. p. 940. Roever. ad loca quaedam iur. civ. depravata in Oelrichs. Thesaur. Dissertt. Belgg. Vol. I. Tom. I. p. 182... 184. et Böckingii praef. ad Dositheum. p. 196. 197.)
Sch.	=	*Schultingii iurisprudentia anteiustineanea. Lugd. Bat. 1717. Lipsiae. 1737. 4. (Cf. Hugo p. 194. 201.)
V.	=	Vulgatae Digestorum editiones.
Ves.	=	Codex MS. Vesontinus. (Cf. praef. nostr.)

PRÆFATIO.

Ex iis, quae praefatio ad Visigotthicam Gaii epitomen de ratione edendorum librorum, ex quibus Lex illa Romana composita est, iam pridem monuit, Paulli receptas Sententias siquis, quantum fieri possit, integras exhibere velit, id ex sola Lege Romana Visigotthorum fieri non posse, sed adhibendos etiam alios, qui ex iure Romano nobis supersunt, libros esse, Mosaicarum imprimis et Romanarum legum Collationem, veteris ICti Consultationem, Iustiniani denique Digesta, facile videris. Itaque quod Rittershusius primum aliique post hunc virum fecerunt, hac quoque editione faciendum suscepimus, id est ut omnia ex Paulli Sententiarum libris ubiubi servata colligeremus, disponeremus et hoc quidem modo celeberrimi iuris auctoris splendidissimum olim opus restitueremus. Ne vero Lex Romana Visigotthorum suo quasi honore atque iure defraudaretur, ipsius scripturam tantum non ubivis locorum servare, ceterorum vero librorum variationes in subiectos commentarios referre, atque erectis sive antiquis litteris scribere quae illa continentur Lege, dum obliquis sive cursivis litteris in exprimendis aliunde desumptis locis uteremur, placuit. Cuiacius autem cum in medio reliquerit, utrum MS. Paulli codex, quem ex Vesontina bibliotheca utendum acceperat, epitomen Visigotthicam repraesentaverit, nec ne [1], consultius esse ex eo libro transscriptos locos erectis quidem, ut ex Breviario Alariciano, quod vocant, acceptas sententias, exprimere, sed asteriscos singulis versibus praeponere existimavimus. In computandis numeris titulorum paragraphorumque sive commatum Schultingii rationem, qua in allegando Paullo iam diu docti homines utuntur, tenuimus. quo factum est, ut ex Lege Romana Visigotthorum, Mosaicarum et Romanarum legum Collatione, ex Consultatione denique veteris ICti receptis locis suus cuique numerus praeponeretur [2]; cum vero aliunde desumpti apud Schultingium numeros haberent nullos, eiusmodi locis, quotiens cum aliis rubricam communem habere debebant, §i proxime vel antecedentis vel sequentis numerum, sed appositis litteris *a*, *b*, *c*, et sic porro, praemisimus. pari quoque modo rubricas cum ipsis sententiis ex Digestis assumptas numeravimus [3]. Monuerim tamen ad aliorum quorumdam titulorum numeros iam Rittershusium Schultingiumque alia ratione litteras apposuisse [4]. In commentariis nostris non solum librorum tum editorum tum scriptorum varietates, sed etiam ubi diversi nonnullorum capitum fontes inter se discrepent indicavimus, coniecturas etiam, sed parcius, adiecimus. Interpretationem Visigotthicam, quam omittere editionis lex vetabat, ita tractavi, ut maxime probatis scripturis electis rarius varietates uncis inclusas adiicerem. Ut quibus ad elaborandam hanc Paulli editionem libris editis usus sim facilius videas, asteriscorum appositione eos inferius, ubi signa explicantur, indicavi.

Iam vero de Aurelianensi, ut priorum editorum nonnulli vocant, exemplo, quod neque Schultingio, neque Hugoni, cum eximiis editionibus de Paullo bene mererentur, eius copia facta fuit, paucis te volo. Inscriptio libri ita habet „IVLII PAULI | RECEPTARUM | SENTENTIARUM | LIBRI V. | Ex postrema Iac. Cuiacij recogni- | tione multis sententijs atque | adeo titulis aucti. | *Quibus accessit*, | Epitome iuris Ciuilis, Antiq. auct. | *Ingens sanè rerum et verborum thesaurus* | *paucis tamen omnem Iuris Ro. notitiam* | *comprehendens*. [Signum Plantinianae officinae.] PARISIIS, | Ex officina Plantiniana. | Apud ADRIANVM PERIER, | via Iacobaea, 1599. | *Cum priuilegio Regis*." In fine libri, qui textum quinque Sentt. librorum 102 foliolis numeratis continet, legitur in averso folio, cuius adversa pagina errata quaedam indicat, „Excussus fuit hic liber typis viduae | Nicolai Leuez Auarici Bituri- | gum iuxta scholas utriusque | Iuris." Iac. Gothofredus [5] et post eum ill. Hugo [6] „Auarici s. Aureliae" a. 1599. prodiisse similem Rittershusiano Paulli exemplum forma 12° asserunt; et praeter hos Fabrotus [7] exemplum eo ipso anno Aureliae editum memorat [8]. Quid Aureliae mentio sibi velit, ipse me nescire ingenue fateor, sed hoc Aurelianense vocatum exemplar plane idem esse, ac superius indicatus liber, quo liberalitate v. cl. Böckingii utor, cui v. ill. A. G. Cramer ante hos tres vel quattuor annos utendum permisit, tam exploratum habeo, quam quod exploratissimum. Exemplar olim C. Rittershusii fuit, cuius manu nonnulla ad marginem scripta exstant, quae tantum non omnia in commentarios nostros accepta habes. Ceterum non bonitas editionis, sed exemplarium infrequentia facit, ut haec de libello Aurelianensi praefatus sim. Vale, lector, et res tuas bene age.

---

1) Cf. Obss. XXI. 13. 15. 16. 2) Praeter lib. I. tit. 1. §. 4a. 3) E. gr. lib. I. tit. 1A. et B. 4) E. gr. l. 6A. et B., 13A. et B., V. 30A. et B., de quibus locis vide commentarios nostros. 5) Manuale iur. biblioth. c. II. §. 5. 6) Indic. fontt. p. 177 N. 41. 7) Cuiac. opp. priorr. tom. I. p. 349. 8) Obiter monuerim perpetuum non esse quod tumultuarius editor se in Paulli sententiis repetendis libellum illum Aurelianensem sequi dixit.

Scribebam Bonnae Kal. Febr.
anni cIↄIↄcccxxxii.

SIGNORUM EXPLICATIO.

Au.	=	*Exemplum quod Avarici Biturigum a. 1599. prodiit. (Cf. praef. nostra.)
Bo.	=	Bouchardianum exemplum Paris. 1525. 4. (Cf. Hugonis index editionum p. 128.)
Bi.	=	*Bieneri exemplar in iure civili anteiustinianeo Berolinensi a. 1815. 8. edito.
Br. *s.* Brev.	=	Breviarium Alaricianum sive Lex Romana Visigotthorum.
Cann. H.	=	*Hermanni Cannegieteri commentarius ad Collation. Franequer. 1765. 4.
Cann. I.	=	*Moss. et Romm. LL. Collatio a Io. Cannegietero Traiecti ad Rhen. a. 1768 4. edita (Cf. Hugo l. c. p. 216.)
Coll.	=	Moss. et Romm. LL. Collatio.
Cons.	=	Veteris iurisconsulti Consultatio.
Cui.	=	Cuiacius, Cuiacianum exemplum.
Cui. 58.	=	*Pauli Sentt. cum interpretationibus Cuiacii. Paris. 1558. 4. (Cf. Hugo l. c. p. 144.)
Cui. 66.	=	*Exemplar Lugdunense a. 1566. fol. (Cf. Hugo l. c. p. 146.)
Cui. 88.	=	Exemplar Parisiense a. 1586. sive *a. 1607. (Cf. Hugo p. 162. 178.)
Fabr. *s.* Fabrot	=	*Cuiacii operum omnium exemplum cura Fabroti editum Paris. 1658. fol. tom. I. p. 349. sqq.
Fl.	=	*Exempl. Dig. Florentinum Taurellianum. 1553. fol.
Genev.	=	Exemplar Genevense a 1586. sive *Lugdunense a. 1593. 4. (Cf. Hugo l. c. p. 169. 172.)
Goth.	=	Codex MS. Gothanus (Cf. Schultingii iurisprudentiae anteiust. editio Lipsiensis, in fine.)
H.	=	*Hugonis exemplum Paulli. Berol. 1795. 8.
Hal.	=	*Haloandrina Digesta. Norimb. 1529. 4.
H. a P.	=	*Hugonis a Porta Digestum vetus et Infortiatum a. 1560. Digestum novum a. 1561. fol.
Heid.	=	Moss. et Romm. LL. Collationis exemplum Heidelbergense a. 1656. 8. (Cf. Hugo p. 183.).
Meerm.	=	*Pauli Sentt. cum notis Petri Fabri in Meermani thesaur. tom. VII. p. 689. sqq.
Mon.	=	Codex MS. Monacensis.
P. s. Pith.	=	*P. Pithoei exemplum Moss. et Romm. LL. Collationis. Lutetiae 1573. 4. (Cf. Hugo p. 155.)
Paris.	=	Cod. MS. Parisiensis.
Rehd.	=	Cod. MS. Digestorum Rehdigeranus.
Ritt.	=	Rittershusii exemplum Paulli. Norimbergae a. 1594. 8. (Cf. Hugo p. 176.)
S.	=	*Exemplum Sichardianum. Basileae a. 1528. fol. (Cf. Hugo p. 129.)
Sav.	=	Codex MS., quem Ill. Savinius possidet.
Scal.	=	Moss. et Romm. LL. Collationis apographum, quod olim Iosephus Scaliger fecit. (Cf. Schultingii iurisprudentia anteiust. praef. et p. 407. not. 5. p. 940. Roeverus ad loca quaedam iur. civ. depravata in Oelrichs. thesaur. dissertt. Belgg. vol. I. tom. I. p. 182... 184. et Böckingii praef. ad Dositheum. p. 196. 197.)
Sch.	=	*Schultingii iurisprudentia anteiustinianea. Lugd. Bat. 1717. Lipsiae. 1737. 4. (Cf. Hugo p. 194. 201.)
V.	=	Vulgatae Digestorum editiones.
Ves.	=	Codex MS. Vesontinus. (Cf. praef. nostr.)
Verc.	=	Moss. et Romm. LL. Collationis codex MS. Vercellensis.
Vind.	=	Eiusdem Collationis codex MS. Vindobonensis.

IULII PAULLI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER PRIMUS.

TIT. I. A. DE OFFICIO ASSESSORUM.

[A] *Consiliari*[1] *eo tempore, quo assidet, negotia tractare in suum quidem auditorium nullo modo concessum est, in alienum autem non prohibetur.*

TIT. I. B. AD MUNICIPALEM.

[B] *Filii libertorum libertarumque liberti paterni et patroni manumissoris*[1] *domicilium aut originem sequuntur.* §. 1. *Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet, exemplo clarissimae personae per maritum factae: sed utrumque aliis intervenientibus nuptiis permutatur.* §. 2. *Municipes sunt liberti et in eo loco, ubi ipsi domicilium sua voluntate tulerunt: nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt praeiudicium: et utrubique muneribus*[2] *adstringuntur.* §. 3. *Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet.* §. 4. *Senator ordine motus ad originalem patriam, nisi hoc specialiter impetraverit, non restituitur.* §. 5. *Senatores et eorum filii filiaeque quoque tempore*[3] *nati nataeve, itemque nepotes et pronepotes*[4] *ex filio origini*[5] *eximuntur, licet municipalem retineant dignitatem.* §. 6. *Senatores, qui liberum commeatum, id est ubi*[6] *velint morandi arbitrium, impetraverunt, domicilium in urbe retinent.* §. 7. *Qui faenus exercent, omnibus patrimonii intributionibus fungi debent, etsi possessionem non habeant.*

TIT. I. C. DE DECURIONIBUS.

[C] *Honores et munera non ordinationi*[1]*, sed potioribus quibusque iniungenda sunt.* §. 1. *Surdus et mutus, si in totum non audiant aut non loquantur, ab honoribus civilibus, non etiam a muneribus, excusantur.* §. 2. *Is qui non sit decurio duumviratu*[2] *vel aliis honoribus fungi non potest, quia decurionum honoribus plebeii fungi prohibentur.* §. 3. *Ad decurionatum filii ita demum pater non consentit, si contrariam voluntatem vel apud acta praesidis vel apud ipsum ordinem vel quo alio modo contestatus sit.*

TIT. I. D. DE MUNERIBUS ET HONORIBUS.

[D] [1] *Aestimationem honoris aut muneris in pecunia pro administratione offerentes audiendi non sunt.* §. 1. *Qui pro honore pecuniam promisit, si solvere eam coepit, totam praestare operis inchoati exemplo cogendus est.* §. 2. *Invitus filius pro patre rem publicam salvam fore cavere non cogitur.* §. 3. *Defensionem rei publicae amplius quam semel suscipere nemo cogitur, nisi id fieri necessitas postulet.*

TIT. I. E. DE VACATIONE ET EXCUSATIONE MUNERUM.

[E] *Ab*[1] *his oneribus, quae possessionibus vel patrimonio indicuntur, nulla privilegia praestant vacationem.* §. 1. *Corpus mensurarum*[2] *frumenti iuxta annonam urbis habent*[3] *vacationem; in provinciis non item*[4]. §. 2. *Angariarum*[5] *praestatio et recipiendi hospitis necessitas et militi et liberalium artium professoribus inter cetera remissa sunt.* §. 3. *Auctis*[6] *post appellationem medio tempore facultatibus, paupertatis obtentu non excusantur.* §. 4. *Defensores rei publicae ab honoribus et muneribus eodem tempore vacant.*

[F] *Legato, qui publicum negotium tuitus sit, intra tempora vacationis praestituta rursum*[7] *eiusdem negotii defensio mandari non potest.* §. 1. *Comites praesidum et proconsulum procuratorumve Caesaris a muneribus vel*[8] *honoribus et tutelis vacant.*

I. A. [A] L. 5. D. DE OFFICIO ASSESSORUM. Au. et Sch. hanc sententiam subiungunt titulo de vacat. et excus. mun. (I. 1E.); Ritt. eam omnino praetermisit. 1) Sic Fl. — Brencm. coni. *consiliario.* Hal. et V. *consiliariis*, et infra *assident ... prohibentur.*

I. B. [B] L. 22. D. AD MUNICIPALEM. 1) Hal. *ut liberti, paterni patroni et manumissoris* 2) Fl. *puneribus.* Brencm.: „fortasse pro *publicis muneribus.*" 3) Hal. *quoquo t.* H. a P. *eo t.* V. *qui quaeve eo t. n. n. sunt.* 4) Sic Hal. sed Fl. *n. pronep. et proneptes.* 5) V. *pro origine et filiis.* 6) V. *ubicunque.*

I. C. [C] L. 7. D. DE DECURIONIBUS. 1) V. *ordinationibus.* Hal. *ordinatione.* H. a P. *ordinatis omnibus.* Sch. coni. *ordinis ratione.* 2) Fl. *duumvirato.*

I. D. [D] L. 16. D. DE MUNER. ET HONOR. 1) Hal. et V. h. l. habent inscriptionem: *Papinianus libro I. sent.*

I. E. [E] L. 10. D. DE VACAT. ET EXCUSAT. MUNERUM. 1) V. om. *ab.* 2) Hal. H. a P. *mensorum.* 3) Hal. et Rehd. *habet.* 4) Sic Hal. et Gothofr. in nota. Alii *idem.* 5) Fl. *Angariorum.* 6) Ritt. in margine exemplaris Au. annotavit „f. *aucti.*" [F] L. 12. D. DE VACAT. ET EXCUSAT. MUNERUM. 7) V. *rursus.* 8) V. *et.*

TIT. I.F. DE LEGATIONIBUS.

[G] *Legatus antequam officio legationis functus sit, in rem suam nihil agere potest, exceptis his quae ad iniuriam eius vel damnum parata sunt* [1]. §. 1. *Si quis in munere legationis, antequam ad patriam revertetur* [2], *decessit, sumptus qui proficiscenti sunt dati non restituuntur.*

TIT. I.G. DE ADMINISTRATIONE RERUM AD CIVITATES PERTINENTIUM.

[H] *Decuriones pretio viliori frumentum, quod annona* [1] *temporalis est, patriae suae praestare non sunt cogendi.* §. 1. *Nisi ad opus novum pecunia specialiter legata sit, vetera ex hac reficienda sunt.*

[I] *Ad curatoris rei publicae officium spectat, ut dirutae domus a dominis exstruantur.* §. 1. *Domum sumptu publico exstructam, si dominus ad tempus pecuniam impensam cum usuris restituere noluerit, iure eam res publica distrahit.*

TIT. I. [1] DE PACTIS ET CONVENTIS [2].

§. 1. [3] De his rebus pacisci possumus, de quibus transigere licet; ex his enim pacti obligatio solummodo nascitur. §. 2. Omne pactum posteriore pacto dissolvitur, licet pariat exceptionem [4]. §. 3. Pacto convento Aquiliana stipulatio subiici solet: sed consultius est huic poenam quoque subiungere, quia rescisso quoquo modo pacto poena ex stipulatu repeti potest [5]. §. 4. Neque contra leges, neque contra bonos mores pacisci possumus [6].

§. 4a. [K] *Pactum contra ius aut constitutiones aut senatus consulta interpositum nihil momenti habet.*

§. 5. De rebus litigiosis et convenire et transigere possumus [7]: post rem iudicatam [8] pactum, nisi donationis causa interponatur [9], servari non oportet [10].

§. 6 [L] *Functio dotis pacto mutari non potest, quia privata conventio iuri publico nihil derogat.* §. 7. *De criminibus propter infamiam nemo cum adversario pacisci potest.*

TIT. I.H. DE IN IUS VOCANDO [1].

[M] *Parentes naturales in ius vocare nemo potest: una est enim omnibus parentibus servanda reverentia.*

[N] *Ingratus libertus est qui patrono obsequium non praestat, vel res eius filiorumve tutelam administrare detractat* [2].

TIT. II. DE COGNITORIBUS [1].

§. 1. Omnes infames, qui postulare prohibentur, cognitores fieri non possunt, etiam volentibus adversariis. §. 2. Feminae in rem suam cognitoriam operam suscipere non prohibentur [2]. §. 3. In rem suam

---

I.F. [G] L. 10. D. DE LEGATIONIBUS. 1) Hal. *peracta.* 2) Hal. V Rehd. *reverteretur.*

I. G. [H] L. 5. D. DE ADMIN. RER. AD CIVITAT. PERTINENTIUM. 1) Hal. V. *annonae.* [I] L. 46. D. DE DAMNO INFECTO.

I. 1) Hic titulus primus est in Lege Romana Visigotthorum; in cuius codicibus manu scriptis fere omnibus haec formula Paulli Sententiis praemittitur: *Ex Paulli sententiis huic corpori convenit annecti quae in Theodosiano pro dirimendis litibus non inveniuntur inserta.* Sichardus ita habet: *Corpori huius operis convenit annecti* et rel. 2) Sic MSS. Cui Pariss. Sav. Mon. edd. Bo. Cui. 66. 86. Genev Au. Bi. et Cons. VII Reliquae edd. *de p. et conventionibus*; cod. Goth. *de p. et conventibus*; Cons. IV. *d. p. et conventionibus vel transactionibus*; epitome Breviarii in codice manu scripto Guelferbytano *de pactis et constitutis.* Vide *Ztschr. f. geschichtl. Rtsw.* V. p. 304. 3) §§. 1. et 3. primum edidit Cui. 58. — Inveniuntur in cod. Paris. 4403. 4) Sic in MSS. Pariss. Sav. Mon. Goth. edd. Bo. S. Cui. 58. Bi. — Cui. 66. eamque sequentes plurimae edd. ex Cons. IV. ita: *In bonae fidei contractibus pactum conventum alio pacto dissolvitur: et licet exceptionem pariat, replicatione tamen excluditur:* quae Bitt. quoque recepit, sed praemissa ex Brev. sententia, quam Cui. 66. Genev. omnino eiecerunt, Cui. 86. et Sch. cum interpretatione Gotthica coniunxerunt; Fabrot. denique, non item Au., post illam ex Cons. sumptam sent. exhibet, annotans: „haec sent. decerpta est ex sup." 5) Cf. l. 15. D. de transaction., ubi post *Aquil.* inseritur *quidem,* pro *poenam q.* legitur *poenalem quoque stipulationem;* pro *quoquo modo* habet *forte;* pro *repeti* ibi est *peti.* Au. ad §. 3. i. m. scriptum habet: „ex l. 15. D. de transact.", nec quomodo hic locus et nostra sententia inter se discrepent indicat: ad v. *repeti* tantum i. m annotatur: „alii lib. peti"; Fabrotus haec annotata recte praetermisit. 6) Cf. Cons. IV. VII. [K] EX CONS. VII. Sch. hanc sent. apposuit. 7) Cui. 58. primum habet *de rebus ... possumus*: ex cod. Paris. 4403. 8) Goth. om. *p. r. i.* 9) Idem om. *interponatur.* 10) Sic Cui. 58. et edd. recentiores. — MSS. Sav. Mon. Goth. edd. Bo. S. et Cons. IV. VII. *potest.* [L] §§. 6 7. EX CONS. IV. primum Cui. 66. recepit. In Cons. sententia 7. §pho 4. huius tit. statim subnectitur; sed Cui. 66. et sqq. edd. eam in fine tituli posuerunt.

I.H. 1) Hunc titulum, quem Au. ante titulum *de pactis* habet, Sch. ordinem Edicti secutus recte post illum collocandum esse defendit; cf. de Weyhe, libri tres Edicti p. 159 [M] L. 6. D. DE IN IUS VOCANDO. [N] L. 19. D. DE IURE PATRONATUS. Sequor Sch. aliosque hanc sententiam sub hoc titulo exhibentes, quamvis num recte fecerint dubium sit. 2) Ita Fl. Ceteri *detrectat.*

II. 1) Codd. Sav. Mon. ed. Bo. (quae tit. II. et III. coniungit) *de procuratoribus et c.* Goth. et S. *de curatoribus et c.* Epitome Breviarii *de p. et cognitionibus*; V. *Ztschr. f. geschichtl. Rtsw.* V. p. 304. 2) Goth. *femina ... cognitaria opera s. n. prohibetur.*

INTERPRETATIO.

I. §. 2. Si de una re inter ipsas personas duae pactiones fiant, posterior valebit. §. 4 Si inter aliquos conveniat aut de admittendo crimine, vel inferenda violentia vel faciendo quod lex aut honestas prohibet, aut de rebus alienis, aut si de bonis viventis aliquid paciscantur, haec pactio valere non potest. §. 5. Post rem iudicatam pactio inter eos, qui litigaverunt, tunc obtinet firmitatem, si de summa, quam iudicio constat addictam, ab eo, qui vicit, aliquid concedatur.

II. §. 1. Infames sunt qui propter aliquam culpam notantur infamia. Et ideo tales personae ad agendas causas nec mandatum dare nec suscipere ab altero possunt, etiamsi hoc eorum adversarii acquiescant §. 2. Feminae licet procurationem suscipere prohibeantur, tamen si dominae et procuratrices fiant, pro re iam sua (S propter rem iam suam) agere possunt §. 3. Nec procurator in causa aliena, nec procurator et dominus, ut pro re sua agat, infamis persona fieri potest.

cognitor procuratorve ille fieri potest, qui pro omnibus postulat. §. 4. Actio iudicati non solum in dominum aut domino, sed etiam heredi et in heredem datur.

TIT. III. DE PROCURATORIBUS.

§. 1. Mandari potest procuratio praesenti [1] et nudis verbis et per litteras et per nuntium et apud acta praesidis et magistratus. §. 2. Procurator aut ad litem aut ad omne negotium aut ad partem negotii aut ad res administrandas datur.

§. 3. [o] *Voluntarius procurator, qui se alienis negotiis offert, rem ratam dominum habiturum cavere debet.* §. 4. *Actoris procurator non solum absentem defendere, sed et rem ratam dominum habiturum satisdare cogitur*[2]. §. 5. *Petitoris procurator rem ratam dominum habiturum, desiderante adversario, satisdare cogendus est; quia nemo in re aliena idoneus est sine satisdatione.* §. 6. *Si satis non det procurator absentis, actio ei absentis nomine non datur.* § 6a. [P] *Actoris procurator non in rem suam datus propter impensas, quas in litem fecit, potest desiderare, ut sibi ex iudicatione*[3] *satis fiat, si dominus litis solvendo non sit.* §. 6b. [Q] *Absens reus causas absentiae per procuratorem reddere potest*[4].

TIT. IV. DE NEGOTIIS GESTIS.

§. 1. Qui negotia aliena gerit et bonam fidem et exactam diligentiam rebus eius, pro quo [1] intervenit, praestare debet [2]. §. 2. Tutor [3] post finitam tutelam si in administratione duret, actione negotiorum gestorum pupillo vel curatori eius tenebitur.

§. 2a. [R] *Litis contestatae tempore quaeri solet, an pupillus, cuius sine tutoris auctoritate negotia gesta sunt, locupletior sit ex ea re factus, cuius*[4] *patitur actionem.*

§. 3. [5] Si pecuniae quis negotium gerat, usuras quoque totius temporis [6] praestare cogetur [7], et periculum eorum nominum, quibus collocavit, agnoscere, si litis tempore solvendo non sint: hoc enim in bonae fidei iudiciis servari convenit [8]. §. 4. Mater, quae filiorum suorum rebus intervenit, actione negotiorum gestorum et ipsis et eorum tutoribus tenebitur [9]. §. 5. Filius familias aut servus si negotium alicuius gerat [10], in patrem dominumve peculio tenus actio dabitur. §. 6. Si pater vel dominus servo vel filio familias [11] aliena agenda negotia commiserit, in solidum tenebitur. §. 7. [12] Pater si emancipati filii res sine ulla exceptione a se donatas administraverit [13], filio actione negotiorum gestorum tenebitur. §. 8. Qui, cum tutor curatorve non esset, [14] pro tutore curatoreve res pupilli adultive administraverit [15], actione negotiorum gestorum pro tutore curatoreve tenebitur.

§. 8a. [S] *Actio negotiorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri.* §. 8b. *Nec refert directa quis an utili actione agat vel conveniatur; quia*[16] *in extraordinariis iudiciis, ubi conceptio*

III. 1) Sic Sav. Mon. edd. Bo. Cui. 66. 86. Genev. Au. Bi. — Cett. edd. *praesentibus.* [o] §§. 3 ... 6. EX CONS. III. primum in Cui. 66. leguntur. 2) Cf. Vaticana fragm. §. 336., ubi ante hanc sententiam haec legi possunt: *Cum quo ag(itur) . . . vindiciarum adver ... Si in personam sit actio d . . . in rem pro praede litis et (vindiciarum) ...* In § 337. ibid. quae, cum novam inscriptionem non habeat, item ex Paulli Sententiis sumpta esse videtur, haec leguntur: *Procurator ante g ... accipere iudicium ...* [P] L. 30. D. H. T. 3) V. Fl. manu recentiore *ex iudicati actione.* [Q] L. 71. D. H. T. 4) §§. 6a. et 6b. desunt Au. quae ad §. 4. perperam annotatum habet: „ex l. 30. D. de procur."; neque id correxit Fabrotus.
IV. 1) S. Cui. 66. Genev. *quibus.* 2) S. *debebit.* 3) Goth. *Tutor si.* [R] L. 37. PR. D. H. T. 4) Hal. *cum is.* 5) Cf. l. 37. §. 1. D. h. t. 6) Dig. om. *totius temp.* 7) Goth. Cui. 58. Fabr. Sch. H. Dig. *cogitur.* 8) Goth. et S. in textu habent: *bonae fidei iudices servare conv.* sed hic quidem i. m. *in bonae fid.* etc., quae nos ut aliae edd. in textum recepimus. Dig. haec habent: .... *nominum, quae ipse contraxit: nisi fortuitis casibus debitores ita suas fortunas amiserunt* (Hal. V. *amiserint*), *ut tempore litis ex ea actione contestatae solvendo non essent.* cetera absunt. 9) S. habet *cogitur reddere rationem et ipsis et eorum tutoribus.* Cf. interpretatio huius §. 10) Goth. Bi. *gerant.* 11) Cui. 58. Fabr. *filiof. v. servo.* 12) Cf. l. 37. §. 2. D. h. t. 13) Dig. *administravit* et infra *tenetur.* Taurell. i. m. *tenebitur.* — Dig. om. *sine ulla exc.* S. post *filio* inserit *ex.* 14) Vulgo insertum est *si*, abundans. 15) Goth. *amministravit.* [S] §§. 8a. 8b. EX L. 47. PR. §. 1. D. DE NEGOT. GEST. 16) Hal. *plane.*

---

§. 4. Actio de exsecutione iudicatarum rerum non solum ipsi auctori, qui egit, competit, sed et heredi similiter debetur: nam et heres victi ab herede victoris ad solutionem iudicati nihilo minus retinetur (*S.* tenetur.)

III. §. 1. Ista interpretatione non eget. §. 2. Procurator eas tantum res agere potest, quas ei evidenter constiterit fuisse commissas.

IV. §. 2 Tutor si peracta tutela, id est impletis pupillaribus (*S.* tutelaribus vel pupillaribus) annis, voluerit in ipsa administratione persistere, de actis negotiis pupillo vel curatori eius non tutelae, sed negotiorum gestorum cogendus est reddere rationem. §. 3. Qui pecuniam exercet alienam, usuras eius reformare cogendus est. et si minus idoneis personis de hac ipsa pecunia fortasse crediderit, pro ipsorum personis, quae solvere non possunt, damnum ipse, qui talibus personis credidit, sustinebit. §. 4. Mater, quae se in retinendis rebus filiorum (tutelae *inserit S*) miscuerit, tam ipsis quam tutoribus eorum negotiorum gestorum cogetur reddere rationem. §. 5. Si filius familias aut servus iniussu patris aut domini negotia gesserint aliena, et ex hoc inveniuntur obnoxii, tantum damni pater vel dominus sustinebit quantum in eorum peculio inveniri potuerit. (et si iubente domino vel patre susceperint, in solidum tenebitur. *addit ed. Genev.*) §. 6. Ista lex interprete non indiget. §. 7. Si pater ea, quae emancipato filio sine aliqua condicione donaverit, administrare praesumpsit, filio emancipato pro his, quae in rebus eius gessit, negotiorum gestorum (*S. inserit* procuratori curatorive; *Ritt.* tutori curatorive) tenebitur actione. §. 8. (Si pater in retinendis rebus filiorum se miscuerit, tam ipsis quam tutoribus eorum negotiorum gestorum cogitur reddere rationem. *Hanc interpretationem Sichardus exhibet post § 8. huius tituli, ad quam cum aperte non pertineat, alii eam non receperunt.*)

formularum non observatur, haec subtilitas supervacua est: maxime cum utraque actio eiusdem potestatis est eumdemque habet [17] *effectum.*

TIT. V. DE CALUMNIATORIBUS.

§. 1. Calumniosus est qui sciens prudensque per fraudem negotium alicui comparat. §. 2. [1] Et in privatis et in publicis iudiciis omnes calumniosi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.

TIT. VI. A. [1] DE FUGITIVIS.

§. 1. *Servus a fugitivario comparatus intra de-*cem annos manumitti contra prioris domini volunta-*tem non potest. §. 2. Contra decretum amplis-*simi ordinis fugitivum in fuga constitutum nec emere *nec vendere permissum est, irrogata poena in utrum-*que sestertiorum D millium. §. 3. [2] Limenarchae *et stationarii fugitivos deprehensos recte in custodiam *retinent. §. 4. [3] Magistratus municipales ad offi-*cium praesidis provinciae vel proconsulis comprehen-*sos fugitivos recte transmittunt. §. 5. Fugitivi in *fundis fiscalibus quaeri et comprehendi possunt. §. 6. *Fugitivi, qui a domino non agnoscuntur, per officium *praefecti vigilum distrahuntur. §. 7. Intra trien-*nium venditionis agniti fugitivi emptor pretium a fisco *recipere [4] potest.*

TIT. VI. B. DE REIS INSTITUTIS [1].

§. 1a. [T] *Ab accusatione destitit qui cum adversario suo de compositione eius criminis, quod intendebat, fuerit locutus.* §. 1b. *Animo ab accusatione destitit qui affectum et animum accusandi deposuit.* §. 1c. *Destitisse videtur qui intra praefinitum accusationis a praeside tempus reum suum non peregit* [2]. §. 1d. *Nuntiatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere iubentur.* §. 1e. [3] *Calumniae causa puniuntur qui in fraudem alicuius librum vel testimonium aliudve quid conquisisse vel scripsisse* [4] *vel in iudicium protulisse dicuntur.*

§. 1. De his criminibus, quibus [5] quis absolutus est, ab eo, qui accusavit, refricari accusatio non potest. §. 2. Filius accusatoris si hoc crimen, quod pater intendit, post liberatum reum persequi velit, ab accusatione removendus est. §. 3. Crimen, in quo [6] alius destitit vel victus recessit, alius obiicere non prohibetur.

§. 3a. [V] *Delator non est qui protegendae causae suae gratia aliquid ad fiscum nuntiat.*

TIT. VII. DE INTEGRI RESTITUTIONE.

§. 1. Integri restitutio est redintegrandae rei vel causae actio. §. 2. Integri restitutionem praetor tribuit ex his causis, quae per metum, dolum, et status permutationem, et iustum errorem [1], et absentiam necessariam, et infirmitatem aetatis gesta esse dicuntur. §. 3. Integri restitutio plus quam semel non est decernenda: ideoque causa cognita decernitur. §. 4. [2] Integri restitutio aut in rem competit aut in personam.

---

17) Hal. *sit ... habeat.* Hanc non genuinam Paulli sententiam esse facile quisque viderit.

V. 1) Cf. l. 3. D. ad SC. Turpill. — Au. negligenter, ut solet, i. m. adscripsit „ex l. 3. D. ad SC. Turp.", atque si in Breviario haec sententia non inveniretur. at in l. 3. cit. non legitur quod est in Br. *pub. iud*, sed *extraordinariis criminibus*: Fabrotus omisit istam Au. annotationem. — Cons. VI. paragraphum 1. huius tituli refert ex *lib. I. sentent. tit. de calumniator.*, eique statim sub inscriptione: *Idem lib. V. tit. de privat. et publ. iudic.*, addit haec: *Omnes calumniosi extra o. p. q a. plectendi sunt.* Cum Sch. ibi pro inscriptione legendum esse censeo: *Et in privatis et in pub. iud.*

VI.A. 1) Haec rubrica cum subiectis sententiis a Cui. (Obss. XXI. 11.) ex cod. Ves. restituta legitur primum in edd. Cui. 86. et Genev.; et in Cui. 86. quidem numerum VI, in Genevensi vero nullum numerum habet; Ritt. cumque sequentes Sch. H. Bi. utrumque titulum, et hunc et sequentem, *de reis institutis*, qui in Cui 86. septimus est, numero VI. designant, eosque appositis litteris A. B. distinguunt. 2) §§. 3. 4. cf. l. 4. D. de fugitivis. 3) Dig. Hal. et V. praefigunt *nam et.* 4) Cui. 86. Au. Fabrot. *repetere.*

VI.B. 1) Cui. coni. *destitutis.* [T] §§. 1a.... 1e. EX L. 6. PR.... §. 4. D. AD SC. TURPILL. 2) Hal. V. Rehd. *peregerit.* 3) Ritt. hanc sententiam ad finem tituli de calumniatoribus collocavit. Sed cf. Sch. ad h. l. 4) Hal. V. *conscripsisse.* 5) Goth. S. *de quibus.* 6) Puettmannus, Obss. p. 349. coni. *a quo.* A. van Dorp. Obss. cap. 5. p. 45. delendum censet *in.* [V] L. 44. D. DE IURE FISCI. Sch. hanc sententiam huic titulo assignavit, monens delatori quoque desistere non licere, (l. 15 pr. de iure fisci), neque igitur, hoc quoque loco Paullum de delatoribus tractavisse, a vero abhorrere. Ritt. l. 44. cit. perperam *lib. I. sent.* inscriptam esse putans ad titulum de delatoribus (V. 13.) eam rettulit. Au. omisit.

VII. 1) Hinc sumpta est l. 2. D. de in int. rest. *sive per status mutationem aut iustum errorem.* 2) Sent. 4. abest a codd. Sav. Mon. Goth. et ed. Bo.; eamque in genuino Breviario Alariciano non exstitisse, sed posteriore demum tempore adiectam esse putat Burchardi, *die Lehre von der Wiedereinsetzung in den vor. Stand.* p. 43. 44.; cui tamen opinioni repugnare

---

V. §. 2. Qui apud cinctos aut privatos iudices fuerit de calumniae obiectione convictus, non exspectata ordinis sententia, prout causa fuerit, supplicio subdetur.

VII. §§. 1. 2. Integri restitutio dicitur, si quando res quaelibet aut causa, quae perierat, in priorem statum reparatur, vel id, quod alicui sublatum est, reformatur. Hoc enim, quod per praetorem antea fiebat, modo per iudices civitatum agendum est: ita ut eorum causae vel res in integrum revocentur, qui aut per timorem potestatis alicuius compulsi sunt, aut fraude vel errore decepti sunt, aut per captivitatem vel quamcumque iniustam necessitatem substantiam suam aut statum ingenuitatis perdidisse noscuntur; aut si qui per necessitatem longinquae peregrinationis absentant; vel ad restauranda ea, quae in damnis minorum gesta esse probantur. §. 3. Ut in integrum res vel causa redeat, non nisi semel potest a iudice cognita causa praestari. §. 4. Quoties de revocanda re vel causa integrae restitutionis beneficium petitur, aut in rem aut in personam

in rem actio competit, ut res ipsa, qua de agitur, revocetur; in personam aut quadrupli poena intra annum vel simpli post annum peti potest. §. 5. Si aliquis, ut se de vi latronum vel hostium vel populi liberaret, aliquid mancipavit vel promisit, ad metum non pertinet; mercedem enim depulsi metus tribuit [3]. §. 6. Servus per metum mancipatus [4] quicquid acquisierit [5] vel stipulatus sit, ei acquirit [6], qui vim passus est. §. 7. Vis est maior rei impetus, qui repelli non potest. [7]. §. 8. Qui quem in [8] domo inclusit, ut sibi rem manciparet aut promitteret, extorsisse mancipationem videtur. §. 9. Qui quem ferro vinxit, ut sibi aliquid traderet vel venderet, vim intulisse videtur. §. 10. [9] Qui in carcerem quem detrusit [10], ut aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius est momenti [11].

TIT. VIII. DE DOLO MALO.

§. 1. [1] Dolus malus [2] est, cum aliud [3] agitur, aliud simulatur. §. 2. Siqui [4] dolum aut metum adhibuit, ut res ad alium transiret, uterque de vi et dolo actione tenebitur.

TIT. IX. DE MINORIBUS XXV ANNORUM.

§. 1. Minor XXV annorum si aliquod flagitium admiserit, quod ad publicam coercitionem spectet [1], ob hoc in integrum restitui non potest. §. 2. Qui minori mandavit, ut negotia sua agat, ex eius persona in integrum restitui non potest; nisi minor sua sponte negotiis eius intervenerit [2]. §. 3. Si maior effectus res, quas [3] minor egit, pacto [4] vel silentio comprobavit, adversus hoc quoque in integrum restitui frustra desiderat. §. 4. [5] Si minor minori [6] heres exsistat, ex sua persona non ex defuncti in integrum restitui potest.

§. 4a. [x] *Si minor XXV annis filio familias minori pecuniam credidit, melior est causa consumentis; nisi locupletior ex hoc* [7] *inveniatur litis contestatae tempore is* [8] *qui accepit* [9]. §. 4b. *Minores si in iudicem compromiserunt et* [10] *tutore auctore stipulati sunt, integri* [11] *restitutionem adversus talem obligationem iure desiderant.*

§. 5. [12] Minor se in his, quae [13] fideiussit vel fidepromisit vel spopondit [14] vel mandavit, in integrum restituendo reum principalem non liberat.

§. 5a. [y] *Minor ancillam vendidit: si eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non poterit; sed adversus emptorem quanti sua interest actionem habebit.* §. 5b. *Mulier minor XXV annis, si pactione dotis deterior condicio eius fiat, et tale pactum*

---

videtur, quod Breviarium interpretationem talis sententiae, qualem hic habemus, exhibet. Ceterum S. Cui. 66. Genev. in §. 4. initio habent *integra restitutio;* et sic etiam interpretatio itemque Caroli M. Capitul. VII. cap. 288. 289, quae fere verbotenus interpretationem Gotthicam §§. 1. 2. 4. huius tituli continent. 3) Goth. *attribuit.* Idem om. *enim.* 4) S. *emancipatus.* 5) Goth. *quaesierit.* 6) Idem *acquiret.* 7) Ita haec sent. et in Brachylogo iur. civ. lib. II. tit. 11, §. 2. (ed. Böckingii §. 5.) refertur; sed l. 2. D. quod metus causa habet: *Vis autem est maioris r. i.* 8) Cui. 58. Fabr. Sch. H. om. *in.* 9) Cf. l. 22. D. quod metus c. 10) Goth. *aliquem destruxit.* 11) Cui. 58. Ritt. Fabr. Sch. H. Bi. ut Dig. *n. m. est.*

VIII. 1) Sentt. 1. 2. allegantur in gestis Aldrici episcopi Cenomanensis; vide Baluzii miscellanea, lib. III. p. 139, et cf. Savinii *Gesch. d. R. Rechts* tom. II. p. 116. 117. 2) Mon. Sav. Bo. om. *malus* et in rubrica *malo.* Goth. *dolus est malus.* 3) Apud Baluzium l. c. legitur *aliter.* 4) Sch. emendat *Si quis.* Ritt. coni. *Is qui.* Sav. Mon. Goth., edd. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. Bi. non habent *Si.* S. i. m. annotat, alias legi *doli actione tenebitur qui dolum malum adhibuit, ut res ad alium transiret:* quae Schultingius monet fortassis ex Aniani interpretatione esse. — Baluz. l. c. ita habet: *Qui dolum vel metum adhibuit, ut res ad alium transiret, de doli actione tenebitur.*

IX. 1) Goth. S. Cui. 66. 86. Genev. *cohertionem expectet.* Au. *cohertionem spectet.* 2) Cf. l. 24. pr. D. h. t. quem locum Au. et Fabrot. post §. 2. repraesentant; sed l. 24. cit. quamquam inscripta *Paul. lib. I. Sent.*, maximam tamen partem ex eiusdem auctoris lib. XI. ad Edictum sumpta esse videtur. Cf. Sch. ad h. l. Quod ad §phum nostram spectare videtur, initium legis cit. hoc est: *Quodsi minor sua sponte negotiis maioris intervenerit, restituendus erit.* 3) Goth. *quam.* H. Bi. *rem, quam.* 4) Ritt. Fabrot. Sch. H. *facto.* 5) Bo. om. §. 4., quae in Gothano codice titulum interpretationis praefert. 6) S. i. m. *maiori.* [x] §§. 4a. 4b. EX L. 34. PR. §. 1. D. DE MINOR. Has duas sententias Rittershusius omisit, Au. vero in fine huius tituli posuit. 7) Hal. *in hoc.* 8) Hal. om. *is.* 9) V. *acceperit.* 10) Hal. *licet.* 11) V. *in integrum.* 12) Cf. l. 48. pr. D. h. t. quae apud Hal. male inscripta est *Paul. lib. III. sent.* 13) Dig. *in id, quod.* 14) Dig. om. *vel fid. vel spop.* [y] §§. 5a. 5b. EX L. 48. §.

---

agendum est, id est ut res ipsa de qua agitur, quae sublata est, recipiatur. et cum in persona m actio intendi coeperit si qui rem indebite abstulisse convincitur, id quod sublatum est in quadruplum reformare debet, post annum vero, in simplum. § 5. Quicumque aliquid, ut se de hostibus vel seditione populi aut de latronum impetu liberaret, causa mercedis, ut evaderet, aut promisit aut dedit, hoc per metum se dedisse non poterit allegare, nec revocare quod dedit. §. 6. Si, cum domino vis infertur, servum metu interveniente dederit, et apud eum cui datus fuerat aliquid quolibet pacto acquisierit, cum servum ipsum dominus, cui vis est illata, receperit, ad eum omnia quae servus acquisierat pertinebunt. §. 7. Ista interpretatione non indiget. §. 8. Qui aliquem in domo sua clausum tenuerit, quascumque ei scripturas extorserit, non valebunt. §. 9. 10. Interpretatione non indiget.

IX. §. 1. Minores aetate si crimina graviora commiserint, per aetatem se non poterunt excusare. §. 2. Siquis maior annis minori per mandatum negotia sua agenda commiserit, ex persona minoris integri restitutionem accipere non potest, nisi forsitan minor sine mandato voluntarie se causis miscuerit alienis. §. 3. Siquis id quod minor aetate gessit, postquam maior effectus est, id est usque ad impletum XVIII. annum, silentio suo et taciturnitate revocare noluit, de hac re integri restitutionem petere non potest, (quod in pupillaribus annis vendidisse vel tacuisse suggesserit. *addidit Genev.*) §. 4. Si minor minori successerit, non ex persona defuncti ille qui heres est, sed ex sua agere potest; hoc est si ille, qui defunctus est, XVIII annorum sit, et succedens XX, ex istius qui successit aetate tempora computanda sunt. §. 5. Si minor maiorem fidedicat, licet ipse teneri non possit, tamen quem fidedixit teneri potest.

inierit, quod numquam maioris aetatis constitutae pacisceretur[15], *atque ideo revocare velit, audienda est.* §. 6. Qui sciens prudensque se pro minore obligavit, si id consulto[16] consilio fecit, licet minori succurratur, ipsi tamen non succurretur[17]. §. 7. Minor adversus emptorem in integrum restitutus pretio restituto fundum recipere potest; fructus enim in compensationem usurarum penes emptorem remanere placuit. §. 8. Minor adversus distractiones eorum pignorum et fiduciarum, quas pater obligaverat, si non ita ut oportuit a creditore distractae sint, restitui in integrum potest.

TIT. IX.A. EX QUIBUS CAUSIS MAIORES XXV ANNIS IN INTEGRUM RESTITUUNTUR.

[z] *Is qui rei publicae causa afuturus erat, si procuratorem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum volens restitui non auditur*[1].

TIT. X. DE PLUS PETENDO [1].

§. 1.[2] Causa cadimus aut loco aut summa aut tempore aut qualitate: loco, alibi[3]; summa, plus[4]; tempore, repetendo ante tempus[5]; qualitate, eiusdem speciei rem meliorem postulantes[6].

TIT. XI. DE SATISDANDO.

§. 1. Quoties hereditas petitur, satisdatio iure desideratur; et si satisdatio[1] non detur[2], in petitorem hereditas transfertur. si petitor satisdare noluerit, penes possessorem possessio remanet; in pari enim causa potior est possessor. §. 2. Usufructuarius de utendo usufructu satisdare debet se perinde usurum, ac si ipse pater familias uteretur.

TIT. XII. DE IUDICIIS OMNIBUS [1].

§. 1. Hi, qui falsa rescriptione usi fuerint, lege Cornelia de falsis puniuntur. §. 2. Ex his[2] qui ancillam corrupit[3] alienam, aliam reformare cogendus est. §. 3. Qui falsum nesciens allegavit, falsi poena non tenetur. §. 4. In caput domini patronive nec servus nec libertus interrogari potest. §. 5.[4] Praegnantes neque torqueri neque damnari nisi post editum partum possunt. §. 6.[5] Qui rescriptum a principe falsa allegatione elicuerint, uti eo prohibentur. §. 7. Qui de se confessus est, in alium torqueri non potest, ne alienam salutem in dubium deducat qui de sua desperavit.

§. 7a. [A] *Qui sine accusatoribus in custodiam recepti sunt, quaestio de his*[6] *habenda non est, nisi si*[7] *aliquibus suspicionibus urgueantur.* §. 7b. [B] *Per minorem causam maiori cognitioni praeiudicium fieri non oportet; maior enim quaestio minorem causam ad se trahit.* §. 7c. [C] *In crimine adulterii nulla danda dilatio est, nisi ut personae exhibeantur, aut iudex ex*[8] *qualitate negotii motus hoc causa cognita permiserit.*

TIT. XIII. A. DE IUDICATO [1].

§. 1. Qui exhibiturum se aliquem iudicio cave-

---

1. 2. D. H. T. 15) Hal. *constituta pacisceretur.* 16) S. *consultus* sed i. m. *consulto.* 17) Goth. *succurritur.*"

IX.A. [z] EX L. 39. D. H. T., quam Ritt. recte, ut mihi videtur, sub hanc rubricam collocavit; Sch. ad tit. de iudicato (I. 13.) Au. ad finem tituli de integri restitutione (I. 7.) rettulit; Fabrotus praetermisit. 1) Hal. *audietur.*

X. 1) Cons. v. allegat titulum *de eo, qui causa cadit.* 2) Deesse videtur *plus petendo.* Cf. Bynkershoek. Obss. lib. VII. cap. 8. 3) Sic Sav. Mon. Goth. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. Bi. et Cons.; sed Cui. 58. Fabrot. Sch. II. *si alibi.* 4) Sic Sav. Mon. edd. Bo. Bi.; Cett. edd. *s. si plus, quam damus, petimus.* Cons. *summa in repetendo.* 5) Cui. 58. Ritt. Fabr. *petendo ante temp.* Cons. *tempore ante petendo.* 6) Cons. *eiusdem rei speciem meliorem postulando.*

XI. 1) Ritt. coni. *satis.* 2) Goth. *datur.*

XII. 1) Cui. 58. a nonnullis codd. abesse *omnibus* asserit. 2) Cui. coni. *Is.* Malim *Et is.* Böcking. — Codd. Cui. Sav. Mon. ed. Bo. om. §. 2. 3) Goth. *corruperit* et inf. *alia.* 4) Bo. om. §. 5. 5) §. 6. primum edidit Cui. 58. ex cod. Paris. 4403. [A] L. 22. D. DE QUAESTION., quam Au. post §. 3. tit. 13A. ponit. 6) Hal. *eis.* 7) Hal. V. Rehd. om. *si.* [B] L. 54. D. DE IUDICIIS. [C] L. 41. D. AD LEG. IUL. DE ADULT. Cf. infra lib. II tit. 26. in fine. 8) Hal. om. *ex.*

XIII. A. 1) Hanc rubricam Cuiacius quidem (ad lib. V. tit. 20. infra) auferendam esse censuit, editiones

---

§. 6. Qui sciens minorem hoc argumento pro eo fideiussor accessit, ut excusatione minoris aetatis fideiussionem suam in posterum liberaret, minor quidem aetatis beneficio liberatur, sed ad solvendum debitum fideiussor, qui hoc argumento usus est, retinetur. §. 7. Si minor praedium, quod vendiderat, per integri restitutionem reddito emptori pretio receperit, fructus ab emptore praeceptos recipere non potest, sed eos quanti fuerint in compensationem usurarum iussum est imputari §. 8. Minor annis ea, quae pater eius oppignoraverat vel fiduciae causa posuerat, si viliore pretio quam oportebat a creditore distracta convicerit, potest soluto debito ad recipiendam rem suam integri restitutionis auxilium promereri.

X. §. 1. Causam perdit quicumque aut commendatum sive commodatum aliquid alibi sibi quam placuit dari petierit, aut plus quam datum est reddi poposcerit, aut ante tempus quam redhibitio promissa est petierit reformari, aut meliorem speciem quam dederat postularit.

XI. §. 1. Si quicumque hereditatem ex defuncti voluntate aut testamenti condicione possideat, quam alter sibi debitam esse contendit, petitor iure postulat, ut ei a possessore satisdatio detur, quae omnia hereditaria corpora salva futura esse promittat usque in cognitionis eventum. et si possessor ex hac re conventus huiusmodi satisdationem non providerit, dato a petitore fideiussore ad eum hereditaria corpora transferuntur. si vero petitor satisdatorem non dederit, penes possessorem usque ad eventum iudicii possessio remanebit. §. 2. Usufructuarius proprietatis domino satisdatorem dare compellitur, se usufructu suo non aliter usurum, quam ipse proprietatis dominus uti potuit diligenter.

XII. §. 1. Hi qui in causis suis falsa principum rescripta detulerint, ut falsarii puniantur. § 7. Qui de se confessus est, super alium credi non potest. (*edit. Genev.*)

XIII.A. §. 1. Cautio solvitur, si pro cuius praesentia cautum fuerat moriatur. (*Genev. ex comment. Cui.* 58.)

rit[2], mortuo eo, pro quo caverat, periculo cautionis liberatur.

§. 1a. [D] *Eum, pro quo quis apud officium cavit, exhibere cogitur. item*[3] *qui apud acta exhibiturum se esse quem promisit, etsi officio non caveat, ad exhibendum tamen cogitur.*

§. 2. Filius familias iussu patris manumittere potest, matris non potest. §. 3. Is qui album raserit, corruperit, sustulerit, mutaverit, quidve aliud propositum edicendi[4] causa turbaverit, extra ordinem punietur[5]. §. 4. Si id quod emptum est neque tradatur neque mancipetur, venditor cogi potest, ut tradat aut mancipet.

§. 4a. [E] *Acta apud se habita, si partes consentiant et iudex hoc permiserit, potest iubere ea die circumduci, nisi vel negotium vel lis terminata est.* §. 4b. *De amplianda vel minuenda poena damnatorum post sententiam dictam sine principali auctoritate nihil est statuendum.* §. 4c. *Contra indefensos minores tutorem vel curatorem*[6] *non habentes nulla sententia proferenda est.* §. 4d. [F] *Contra pupillum indefensum, cumque qui rei publicae causa abest, vel minorem XXV annis propositum peremptorium nihil momenti habet.* §. 4e. *Is qui ad maius auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruit, contumax non videtur.* §. 4f. [G] *Bonis venditis excipiuntur concubina et liberi naturales.* §. 4g. *Res publica creditrix omnibus chirographariis creditoribus praefertur.*

§. 5. Deteriorem servum facit qui fugam suaserit et qui furtum, et qui mores eius corpusve corruperit. §. 6. Qui ancillam alienam virginem immaturam corruperit, poena legis Aquiliae tenebitur.

§. 6a. [H] *In dardanarios propter falsum mensurarum modum ob utilitatem popularis annonae pro modo admissi extra ordinem vindicari placuit.*

TIT. XIII. B. SI HEREDITAS VEL QUID ALIUD PETATUR [1].

§. 1.[2] In petitione hereditatis ea veniunt, quae defunctus mortis tempore reliquit, vel[3] ea quae post mortem ante aditam hereditatem ex ea acquisita[4] sunt.

§. 2. Possessor hereditatis pretia[5] earum rerum, quas dolo alienavit, cum usuris praestare[6] cogendus est. §. 3.[7] Rerum ex hereditate alienatarum aestimatio in arbitrio petitoris consistit. §. 4. Petitio hereditatis, cuius defunctus litem non erat contestatus, ad heredem non transmittitur.

§. 5. [I] *Hereditas pro ea parte peti debet, pro qua ad nos pertinet: alioquin plus petendi periculum incurrimus et causam perdimus.* §. 6. *Qui petit hereditatem, ipse probare debet*[8] *ad se magis, quam ad eum qui possidet, sive ex testamento sive ab intestato pertinere.* §. 7. *Eas res, quas quis iuris sui esse putat, petere potest, ita tamen ut ipsi incumbat necessitas probandi eas ad se pertinere.*

§. 8.[9] Possessor hereditatis, qui ex ea fructus capere vel possidere neglexit, duplam eorum aestimationem praestare cogitur. §. 9. Hi fructus in restitutione praestandi sunt petitori, quos unusquisque diligens pater familias et honestus colligere potuisset.

TIT. XIV. DE VIA PUBLICA.

§. 1a. [K] *Si in agrum vicini viam publicam quis reiecerit, tantum in eum viae receptae*[1] *actio dabitur quanti eius interest, cuius fundo iniuria irrogata est.*

§. 1. Qui viam publicam exaraverit, ad munitionem eius solus compellitur[2].

TIT. XV. SI QUADRUPES DAMNUM INTULERIT [1].

§. 1. Si quadrupes pauperiem fecerit damnumve dederit quidve depasta sit, in dominum actio datur, ut aut damni aestimationem subeat aut quadrupedem dedat[2]: quod etiam lege Pesulania[3] de cane cavetur.

---

tamen praeter Au. et Fabrot. omnes retinuerunt. Cf. Sch. ad h. l. — Sane varia ex diversis titulis desumpta in hunc unum confusa esse videntur. 2) Goth. *caverat.* [D] L. 17. D. DE IN IUS VOC. — Au. hanc legem sub titulo de in ius vocando exhibet. nos Ritt. Sch. secuti sumus. 3) Fl. *item eum, qui* Charondas emendat *item cum quis.* 4) Goth. *mentiendi gratia.* S. *mentiendi causa* sed in margine *edicendi.* 5) Goth. S. *puniatur.* Cui. 66. 86. Genev. Au. Fabrot. *punitur.* [E] §. 4a...4c. EX L. 45. PR. §. 1. 2. D. DE RE IUDICATA. — Au. §§. 4a....4e. ante §. 4., §§. 4f. et 4g. vero post §. 6. habet. 6) Hal. *tutores vel curatores.* [F] §§. 4d. 4e. ex L. 54. PR. §. 1. D. DE RE IUD. [G] §§. 4f. 4g. EX L. 38. D. DE REBUS AUCT. IUD. POSS. Sch. huic fragmento praemisit sententiam ex l. 39 D. quib. ex caus. mai., quam nos supra sub tit. 9A. collocavimus. [H] L. 37. D. DE POENIS.

XIII. B. 1) Hanc rubricam primum Cui. 66. recepit ex Cons. V, VI. ubi, haud dubie librarii culpa, hic titulus modo sextus, modo quartus dicitur. Cui. 66. 86. Genev. ei numerum XV. apposuerunt; Rittershusius vero, Sch. H. Bi. hunc titulum XIII. B. et antecedentem XIII. A. designaverunt. cf. supra tit. 6A. not. 1. 2) §§. 1. 4. cf. Cons. VI. 3) Bo. *ut.* 4) Cons cit. Cui. 86. Au. *quaesita.* 5) Sav. Goth. Bo *praesentiam.* S. *praesentia.* 6) S. i m. Goth. *praesentare.* 7) §. 3. primum edita est in Cui. 58. ex cod. Paris. 4403. [I] §§. 5...7. EX CONS. V. VI. primum insertae sunt in Cui. 66. 8) Sch. inserit *eam.* 9) Sentt. 8. 9; quas primum edidit Cui. 66., inveniuntur in appendice cod. Paris. 4403. sub rubrica: *de her. vel quid aliud* et cum annotatione *int. n. ind.* i. e. „interpretatione non indiget."

XIV. [K] L. 3. PR. D. DE VIA PUBL. ET ITIN. PUBL. 1) Hal. Rehd. *reiectae.* Rehd. om. *tantum.* 2) Cf. l. 3 cit §. 1.

XV. 1) Sch. H. auctoritate Legis R. Burg. tit. 13 *s. q. pauperiem fecerit.* 2) Sic Sav. edd. Cui. 58. 86. Ritt. Au. Fabr. Bi et i. m. S. Cui. 66. Genev. Sed Bo. *tradat.* S. *caedat* Goth. *cedat.* Cui. 66. Genev. Sch. H. *quadrupede cedat.* 3) Mon. *Pesolania.* Bo. Cui. 66. 86.

---

§. 3. In eum, qui album curiae raserit, vitiaverit, vel quodcumque aliud scripturae genus sua praesumptione turbaverit, capitaliter, non exspectata ordinis sententia, vindicatur. §. 4 Si eam rem, quam aliquis accepto pretio facta venditione distraxit, tradere distulerit, ad traditionem rei, quam vendidit, omnibus modis compellendus est. §. 5 6 Hae duae secundum legem Aquiliam similem poenam habent, ut cum his, quae animo vel corpore corruperunt, alia similia mancipia huiusmodi praesumptores exsolvant.

XIII. B §. 4. Si auctor de petitione hereditatis sibi debitae ita silentium gessit, id est ut nullam proponeret actionem, heres eius ab hereditatis ipsius petitione repelletur.

XV. §. 1. Si alienum animal cuicumque damnum intulerit aut alicuius fructus laeserit, dominus eius aut aesti-

§. 1a. [L] *Siquis saevum canem*[4] *habens [in plateis vel in viis publicis eum in ligamen diurnis horis*[5] *non redegerit, quicquid damni fecerit, a domino solvatur*[6]. §. 1b. *Siquis caballum quodve*[7] *aliud animal habens scabidum*[8] *ita ambulare permiserit*[9], *ut vicinorum gregibus permixtus proprium inferat morbum, quicquid damni per eum datum fuerit, similiter a domino sarciatur*[10].

§. 2. Feram bestiam in ea parte, qua populi[11] iter est, colligari praetor prohibet et ideo, sive ab ipsa sive propter eam ab alio alteri damnum datum fuerit[12], pro modo admissi extra ordinem actio in dominum vel custodem datur; maxime si ex eo[13] homo perierit vel fuerit laesus[14]. §. 3. Ei, qui[15] irritatu suo feram bestiam vel quamcumque aliam quadrupedem in se proritaverit, eaque[16] damnum dederit, neque in eius dominum neque in custodem actio datur.

§. 3a. [M] *In circulatores, qui serpentes circumferunt et proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur.*

TIT. XVI. DE[1] FINIUM REGUNDORUM.

§. 1. In eum, qui per vim terminos deiecerit vel amoverit[2], extra ordinem animadvertitur[3].

TIT. XVII. DE SERVITUTIBUS.

§. 1. Viam, iter, actum, aquaeductum, qui biennio usus non est, amisisse videtur; nec enim ea usucapi possunt, quae non utendo amittuntur. §. 2. Servitus hauriendae aquae vel ducendae[1] biennio omissa[2] intercidit, et biennio usurpata recipitur.

§. 2b. [N] *Servitus aquae ducendae vel hauriendae nisi ex capite vel ex fonte constitui non potest*[3]: *hodie tamen ex quocumque loco constitui solet.*

TIT. XVIII. DE FAMILIA HERCISCUNDA[1].

§. 1. Arbiter familiae herciscundae plus quam semel dari non potest: et ideo de his, quae divisa eo iudicio non sunt, communi dividundo arbiter postulatus partietur. §. 2.[2] De omnibus rebus hereditariis iudex cognoscere debet, celebrata divisione, ut semel de omnibus pronuntiet. §. 3. Iudici familiae herciscundae convenit, ut ea, quae quis ex communi accepit, ipsa aut aestimationem eorum repraesentet, ut inter coheredes dividi possint. §. 4. Iudex familiae herciscundae nec inter paucos coheredes, sed inter omnes dandus est: alioquin inutiliter datur. §. 5. Omnes res, quae sociorum sunt, communi dividundo iudicio inter eos separantur.

TIT. XIX. QUEMADMODUM ACTIONES PER INFITIATIONEM DUPLENTUR[1].

§. 1. Quaedam actiones si a reo infitientur, duplantur, velut iudicati, depensi[2], legati per damnatio-

---

Genev. Au. *Pesolonia.* Ritt. ex Cui. coni. *Solonia;* quam scripturam etiam in vetustissimo exemplari manu scripto se deprehendisse asserit Prateius in iurisprudentia veter. Solon. Vide Ottonis Thes. IV. p. 112. [L] §§. 1a. 1b. EX L. R. BURGUND. TIT. 13. ubi legitur: *De cane etiam sub eodem titulo comprehensum est, ut si quis* etc. deinde: *his illud adiectum, ut si quis caballum* etc., quae nos, ut Au. quoque et Sch. fecerunt, hoc loco dedimus. 4) Sic edd. Amadut. Bi. Barkow. secundum cod. Vaticanum, qui habet *sacuum canem.* Cui. 86. *cacuum can.* reliquae edd. *si quisquam canem.* 5) Sic Bi. Bark.; cett. edd. *d. h. in ligamina.* 6) Sic Bi. Bark.; cett. edd. et cod. Vatican. *id a domino dissolvatur.* 7) Bi. *vel.* 8) Cui. 66. Genev. Au. Sch. *scabiosum.* 9) Ita ex codd. Vatic. et Ottobon. habent Bi. et Bark.; Au. *id admiserit.* cett. edd. *ita dimiserit.* 10) Ita ex codd. allegatis Bi. et Bark.; plerique *ab eo resarciatur.* Au. om. *per eum* et deinde habet *civiliter ab eo resarcietur.* 11) Cui. 86. Au. *populo.* 12) Goth. *sit.* 13) S. i. m. *exinde.* 14) Sav. Mon. edd. Bo. Cui. 86. Au. om. *vel f. l.* 15) Goth. *et qui.* Fortasse *si quis.* 16) Cui. 58. Fabr. *eoque.* [M] L. 11. D. DE EXTRAORD. CRIM. Hanc sententiam Ritt. et Sch. non absque ratione huic titulo subiungunt (cf. l. 4. D. si quadrupes pauper.); Au. et Fabrot. ad finem tituli de dolo malo (I. 8.) habent.

XVI. 1) Sch. H. auctoritate Coll. XIII, 2. om. *de.* 2) Goth. *amovit.* Coll *deiecit v. amovit.* 3) Cuiacius huic loco in duobus codicibus haec addita invenit: *ut fines terrae per terminos regantur, ne dissipentur, ut ab utrisque quinque pedum loco teneantur:* quae Ritt. tamquam Paulli sententias, quas de ea re hic exstitisse probabilis Cuiacii coniectura est, repraesentavit.

XVII. 1) Sic Sav. Mon. edd. Bo. Bi. — alii *deducendae.* Cui. 58. Fabr. *haur. vel deduc. aquae.* 2) S. *biennii actione omissa.* sed in margine *biennio omissa.* Goth. *biennii actio obmissa intercedit.* [N] L. 9 D. DE SERVIT. PRAED. RUST. 3) Hal. *poterat.*

XVIII. 1) Cui. 58. Ritt. Au. Fabr. Bi. *de familiae creiscundae* Goth. *de familia herciscundae.* ibidemque additur glossema: *est divisio hereditatis inter heredes, herciscundae enim apud veteres divisio nuncupatur.* 2) §§. 2 ... 5., quas primum Cui. 66. edidit, inveniuntur in appendice codicis Paris. 4403.

XIX. 1) Goth. *duplantur.* 2) Cui. 58. Sch. H.

---

mationem damni reddat, aut ipsum animal tradat. quod etiam de cane similiter est statutum. §. 2 Fera bestia in ea parte, qua populi transeunt vel frequentant, ligari vel custodiri prohibetur; ne aut ipsa aliquem noceat aut terrore eius quolibet casu aliquis ab altero fortasse laedatur. quod si factum fuerit, in dominum, si hoc praecepit, vel in custodem eius damni vel cuiuscumque laesionis actio, non exspectata ordinis sententia, revertetur. §. 3. Quicumque feram bestiam vel quamcumque quadrupedem provocando quocumque modo adversum se incitaverit, nec domino nec custodi eius poterit imputari, quia suo vitio incurrisse dinoscitur.

XVI §. 1. Non indiget interpretatione.

XVII. §. 1. Viam, qua eundo ad rem nostram uti solemus, vel iter, quo per rem alienam ad nostram pergimus, et actum, id est qua pecora minare consuevimus, vel aquaeductum biennio non utendo, siquis usus non fuerit, perire ei certissimum est. §. 2. Usus hauriendae aquae vel ducendae si biennio destiterit, non utendo perit; et si iterum biennio in usum fuerit reducta, recipitur.

XVIII. §. 1. Propter divisionem bonorum communium si quando inter fratres contentio vertitur, dividendae rei non plus quam semel arbiter deputatur, ut inter eos quae sunt communia habita aequalitate distribuat. quodsi deputatus a iudice arbiter indivisum aliquid dimiserit, ex communi consensu postea qui sit divisionis medius eligatur.

XIX. §. 1. Aliqua, quae cum ab his, quibus sunt debita,

nem relicti, damni iniuria[3] legis Aquiliae, item de modo agri, cum a venditore emptor deceptus est. §. 2. Ex his causis, quae infitiatione duplantur, pacto decidi non potest.

TIT. XX. DE FIDEIUSSORE ET SPONSORE.

§. 1. Inter fideiussores ex edicto praetoris, si solvendo sint, licet singuli in solidum teneantur, obligatio dividetur[1].

TIT. XXI. DE SEPULCRIS ET LUGENDIS.

§. 1. Ob incursum fluminis vel metum ruinae[1] corpus iam perpetuae sepulturae traditum, sollennibus redditis sacrificiis, per noctem in alium transferri locum potest. §. 2. Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis; et qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur. §. 3.[2] *Intra muros *civitatis corpus sepulturae dari non potest, vel ustrina *fieri. §. 4. Qui corpus perpetuae sepulturae tradi-*tum vel ad tempus alicui loco commendatum nudave-*rit et solis radiis ostenderit, piaculum committit; at-*que ideo, si honestior sit, in insulam, si humilior, in *metallum dari solet. §. 5. Qui sepulcrum viola-*verint aut de sepulcro aliquid sustulerint, pro perso-*narum qualitate aut in metallum dantur aut in in-*sulam deportantur. §. 6. Qui sepulcrum alienum *effregerit vel aperuerit, eoque mortuum suum alienum-*ve intulerit, sepulcrum violasse videtur. §. 7. *Vendito fundo religiosa loca ad emptorem non trans-*eunt, nec in his ius inferre mortuum habet. §. 8. *Qui monumento inscriptos titulos eraserit, vel statuam *everterit, vel quid ex eodem traxerit, lapidem colum-*namve sustulerit, sepulcrum violasse videtur[3]. §. 9. *In eo sarcophago vel solo[4], ubi corpus iam depositum *est, aliud corpus inferri non potest, et qui intulerit *reus sepulcri violati postulari potest.* §. 10.[5] Qui alienum mortuum sepelierit, si in funus eius aliquid impenderit, recipere id ab herede vel a patre vel a domino potest. §. 11. *Maritus id, quod in funus *uxoris impendit, ex dote retinere potest. §. 12. Ne-*que iuxta monumentum neque supra monumentum *habitandi ius est; attactu enim conversationis huma-*nae piaculum admittitur; et qui contra ea fecerit, pro *qualitate personae vel opere publico vel exsilio mul-*tatur. §. 13. Parentes et filii maiores sex[6] annis *anno lugeri possunt; minores mense; maritus decem *mensibus; et cognati proximioris gradus octo. Qui con-*tra fecerit, infamium numero habetur.* §. 14. Qui luget, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura[7] et alba veste[8]. §. 15. Quicquid in funus erogatur, inter aes alienum primo loco deducitur.

§. 15a. [o] *Corpora animadversorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt.*

Bi. habent *iudicati depensi,* Ritt. ex Cui. coni. *iudicati, depositi.* Genev. quoque i. m. *depositi.* cf. infra II. 12. §. 11. Iam certum est scribendum esse *iudicati, depensi.* cf. Gai. III. 127. IV. 171. 3) Goth. S *d., iniuriarum.*

XX. 1) Goth. Cui. 58. Ritt. Fabrot. *dividitur.*

XXI. 1) *ruinae* additum est ex cod. Ves. 2) Sentt. 3...9. 11...13. ex cod. Ves. Cuiacius primum edidit in Obss. XXI. 13. 3) Au. Fabr. om. §. 8. 4) Ritt. ex Cui. coni. *loco.* Sch. coni. *solio.* 5) §. 10. a Cuiacio fide codicis Ves. in hunc locum translata antea legebatur post §. 15. Alio ordine sentt. 4. et sqq. in ed. Ritt. leguntur. 6) Fort. *decem.* Cf. Vaticana fragm. §. 321. et Klenzius in *Ztschr. f. gesch. Rechtsw.* VI. p. 34. annot. 1. 7) *purpura* insertum est ex cod. Ves.; Ritt. et Fabr. id non receperunt. 8) Genev. i. m. *veste pretiosa.* [o] L. 3. D. DE CADAVER. DAMNAT.

---

repetuntur, si a debitoribus negata fuerint, dupli satisfactione redduntur, id est res iudicata, legati per damnationem relicti, id est si quid heres legati titulo dare iussus est et petitum negaverit; vel si damnum alicui per iniuriam factum quis sarcire noluerit; vel de modo agri, cum a venditore emptor fuerit circumscriptus, ut minus inveniatur, quam probatur scriptum. quae omnia superius comprehensa secundum legem Aquiliam duplicantur. §. 2. Hae causae, quae pulsatorum negatione duplantur, per pactum finiri non possunt.

XX. §. 1. Cum multi fideiussores exstiterint, etiamsi ad solvendum quae promiserunt probantur idonei, et possint omnes in solidum retineri, tamen restitutio debiti inter eos dividenda est, ut unusquisque id, quod eum pro portione sua contingit, exsolvat.

XXI. §. 1. Non indiget interpretatione.

§. 15. Quicquid in sepultura defuncti expensum fuerit, prius quam aliis creditoribus de mortui hereditate reddendum est.

IULII PAULLI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER SECUNDUS.

TIT. I. DE REBUS CREDITIS ET IUREIURANDO.

§. 1. In pecuniariis causis si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est: hoc enim et compendio litium et aequitatis ratione provisum est[1]. §. 2. Deferre iusiurandum prior actor potest: contrarium autem de calumnia iusiurandum reo competit. §. 3. Si, reus cum iurare velit, actor illi necessitatem iurisiurandi remisit, et hoc liquido appareat, actio in eum non datur. §. 4. Heredi eius, cum quo contractum est, iusiurandum deferri non potest, quoniam contractum ignorare potest. §. 5. Siqui[2] debitum quocumque modo confessus docetur[3], ex ea re actio creditori[4] non datur, sed ad solutionem compellitur.

§. 5a. [A] *Praesidis provinciae officiales, quia*[5] *perpetui sunt, mutuam pecuniam dare et faenebrem exercere possunt.* §. 5b. *Praeses provinciae mutuam pecuniam faenebrem sumere non prohibetur.*

TIT. II. DE PECUNIA CONSTITUTA.

§. 1. Si id, quod mihi Lucius Titius[1] debet, soluturum te constituas, teneris actione pecuniae constitutae.

§. 1.a. [B] *Idem est et si ei, qui bona fide mihi servit, constitutum fuerit.* §. 1.b. [C] *Siquis duobus pecuniam constituerit, tibi aut Titio, etsi stricto iure propria actione*[2] *pecuniae constitutae manet obligatus, etiamsi Titio solverit, tamen per exceptionem adiuvatur.*

TIT. III. DE CONTRACTIBUS.

§. 1. Stipulatio est verborum conceptio, ad quam quis congrue interrogatus respondet: velut, „Spondes? Spondeo: Dabis? Dabo: Promittis? Promitto: Fidei tuae erit? Fidei meae erit“[1]: et[2] tam pure quam sub condicione concipi potest.

TIT. IV. DE COMMODATO[1], ET DEPOSITO[2] PIGNORE FIDUCIAVE.

§. 1. Quicquid in rem commodatam[3] ob morbum vel aliam rationem impensum est, a domino recipi potest. §. 2. Si facto incendio, ruina, naufragio, aut

I. 1) S. inserit hanc sententiam: *Solus iurare potest, qui suspectus dicitur, cum nulla veritas petitori in eo exprimitur, qui calumniam se pati dicit.* quam abesse a veteribus libris manu scriptis inveniens Cui. expunxit. 2) Bo. S. Cui. 58. 86. *Ei, qui,* sed et Au. et Fabr. ut cett. *Si qui.* 3) S. *dicitur,* sed i. m. *docetur.* Goth. *dicetur.* 4) Cui. 58. Sch. H. Bi. *cred. actio.* [A] §§. 5a. 5b. EX L. 34. pr. §. 1. D. DE REB. CRED. 5) H. a P. *qui.*

II. 1) Cui. 58. om. *Titius.* [B] L. 6. D. DE CONSTITUTA PECUN. Quae antecedit, l. 5. §. ult. l. c. haec est: *Servo quoque constitui posse constat: et si servo constituatur domino solvi vel ipsi servo, qualem qualem servum domino acquirere obligationem.* [C] L. 30. D. EODEM. 2) Taurell. *propriActioni.* cod. Fl. secundum Brencmannum *propriActionI.* Gebauer. *propriae actioni.* Cui. Obss. XIII. 20. coni. *priori actioni.*

III. 1) Sav. Mon. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. om. *f. m. e.* 2) Ritt. ad Au. annotavit: „*f. ea.*“

IV. 1) S. i. m. *commendato.* 2) Pleraeque edd. habent *deposito, pignore.* Sed Ritt. Sch. H. Bi., ut iam Cui. 58. in annotatione proposuit, interpunctionem eiecerunt. Cf. tit. seq. §. 1. et L. R. Burg. tit. 13. in fine. — Goth. habet *deposito pignoris fiduciae.* 3) S. i. m.

I. §. 1. Cum de repetitione (*Sic S i. m. Cui. 66. 86. Genev. sed S. Sch.* refusione) pecuniae agitur et probatio debitae pecuniae nulla profertur, iubet huius rei ambiguitatem sacramentorum interpositione finiri. §. 2. Licet prior petitor offerat sacramentum, tamen cum nulla probatio debiti est, is qui calumniam se pati dicit potest fidem suam iurisiurandi religione firmare. §. 3. Siquando pulsatus repetenti pecuniam obtulerit sacramentum, et ille ei iurisiurandi necessitatem ultro concesserit, non potest ab eo postea debitum postulare. §. 4. Heres eius, cui pecunia credita dicitur, ad sacramentum vocari non potest; quia quae egerit auctor suus ad integrum scire non potuit.

II. §. 1. Siquis pro alterius debito se pecuniam promiserit redditurum ad solutionem statutae promissionis est retinendus.

III. §. 1. Stipulatio est inter praesentes haec verba (*Ritt ex Cui. coni.* verborum conceptio: *Sch. coni.* per verba), quibus se invicem partes obligare possunt, ubi necesse est, ut interrogatione petentis pulsatus ad interrogata respondeat: veluti siquis pro alio fideiussorem se dicat accedere, qui cum se hac responsione obligaverit, ad solutionem etiam sine scriptura poterit retineri. (*Aliam eiusdem §. interpretationem Cui. 58. in annotatione exhibet:* Stipulatio est inter praesentes verborum conceptio, ut quicumque verborum conceptione se obligaverit vel fideiussor exstiterit, ad solutionem etiam sine scriptura teneatur.)

quo alio simili casu res commodata amissa sit, non tenebitur eo nomine is, cui commodata est: nisi forte, cum posset[4] rem commodatam salvam facere, suam praetulit. §. 3. Servus vel equus si a latronibus vel in bello,[5] in aliam causam commodati, occisi sunt, actio commodati datur; custodia enim et diligentia rei commodatae praestanda[6] est. §. 4. Si rem aestimatam tibi dedero, ut ea distracta pretium ad me[7] deferres, eaque perierit, siquidem ego te rogavi, meo periculo erit; si tu de vendenda[8] promisisti, tuo periculo erit.

TIT. V. DE PIGNORIBUS.

§. 1. Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus luat[1], ne a se distrahatur. §. 2. Fetus vel partus eius rei, quae pignori data est, pignoris iure non tenetur[2], nisi hoc inter contrahentes convenerit. §. 3 Compensatio debiti ex pari specie et causa dispari admittitur: velut, si pecuniam tibi debeam et tu mihi pecuniam debeas, aut frumentum aut cetera huiusmodi, licet ex diverso contractu, compensare vel deducere debes[3]; si totum petas, plus petendo causa cadis.

TIT. VI. DE EXERCITORIBUS [1].

§. 1. Filius familias si voluntate patris navem exerceat, patrem in solidum ob ea, quae salva receperit[2], obligat.

TIT. VII. AD LEGEM RHODIAM [1].

§. 1. Levandae navis gratia cum iactus mercium[2] factus est, omnium intributione[3] sarciatur, quod pro omnibus datum est[4]. §. 2. [5]Iactu navis levata si perierit, extractis aliorum per urinatores mercibus, eius quoque rationem haberi placuit, qui merces salva nave iactavit. §. 3. Nave vel arbore vi tempestatis amissa vectores ad contributionem non tenentur, nisi ipsis arborem salutis causa eruentibus navis salva sit. §. 4. Levandae navis gratia merces in scapham transiectas atque ideo amissas intributione[6] earum, quae in navi salvae erunt[7], refici convenit; nave autem perdita conservatae[8] cum mercibus scaphae ratio non habetur. §. 5. Collatio intributionis ob iactum[9] salva nave fieri debet.

TIT. VIII. DE INSTITORIBUS [1].

§. 1. Sicut commoda sentimus ex actu praepositi institoris, ita et incommoda sentire debemus. et ideo[2] qui servum sive filium filiamve familias sive ancillam[3] praeposuit negotiis[4] vel mercibus exercendis, eorum nomine in solidum convenitur. §. 2.[5] Siquis pecuniae faenerandae agroque[6] colendo, condendis[7] vendendisque frugibus praepositus est, ex eo nomine, quod cum illo contractum est, in solidum fundi dominus obligatur; nec interest servus an liber sit. § 3. Quod cum discipulis eorum, qui officinis vel[8] tabernis

---

commendatam. 4) Goth. S. Cui. 66. 86 Genev. *possit.* 5) Sav. Mon. Goth. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. inserunt *vel,* quod Cui. 58. delevit. Ritt. ad Au. annotavit: „rectius abest q. d. Paullus: cum quidem essent in aliam causam commodati." (Verba *in a. c. c.* post vocem *equus* ponenda videntur. Bg.) 6) S. i. m. *restituenda.* 7) S. i. m. *ab ea.* 8) Sav. Goth. *defendenda.* S. i. m. *divendi.*

V. 1) S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *absolvat.* Goth. *solvat.* 2) Goth. Mon. ed. Bo. *i. retinetur.* Huschkius in *Studien des R. Rechts* p. 371. emendavit *iure non retinetur*, idemque eam, quam in l. 8. D. in quib. caus. pign. tacit. habemus, sententiam (cf. infra tit. 13. §. 1b) huic §pho per particulam *sed* adiungendam esse arbitratur. 3) Goth. S *debuit* et porro *petat ... cadet.*

VI. 1) S addit *et institoribus.* Goth. *et institutoribus.* 2) Bo. *solvere ceperat.* S. *salva receperat.*

VII. 1) Goth. Cui. 58. Au. Fabrot. *Rodiam.* Cuiacius refert quosdam codices habuisse *ad legem Rodiam de nauticis.* 2) Sic S. Cui. 66. Genev. — Sav. Mon. Goth. et Cui. 86. *iactus commertium.* Bo. Bi. *iactus cum m.* Cui. 58. Ritt. Fabr. Sch. H. *Si l. n. g. i. m.* ex l. 1. D. h. t. ubi praemittitur: *Lege Rhodia cavetur, ut.* Au. omnino recepit l. 1. cit. 3) S. Cui. 58. Sch. H. Dig. *contributione.* 4) S. i. m. *damnum quod p. o. latum est.* Goth. quoque habet *latum,* cui superscriptum est *datum.* 5) §. 2. in Sav. Mon. Goth. Bo. post §. 3. posita est. S. i. m. habet *iactura.* 6) S. *transiectae ... amissae in contributione.* 7) Bo. Cui. 58. Ritt. Fabr. *sunt.* 8) Sic etiam ed. S. i. m., quae in textu habet *navem autem perditam conservantes cum mercibus, scaphae.* 9) Goth. *obiectum.* S. *in tribulationis obiectum.*

VIII. 1) Goth. *de institutoribus* et sic etiam in §. 1. 2) Sav. Mon. Goth. edd. Bo. S Cui. 66. 86. Genev. Au. inserunt *in eum,* quod alii recte omiserunt. 3) S. Goth. *ancillas.* 4) Cui. 86. Au. *negotio* 5) Bo. hic habet rubricam *de institoribus.* 6) Cui. 58. Fabr. *agro.* 7) Cui. coni. *coemendis.* 8) S. Cui. 66. 66.

IV. §. 3. Si servum vel equum vel quaecumque alia aliquis ab altero ad usum tantummodo serviendi commodata susceperit, et eos ad pugnam vel ubi vitae periculum incurrant duxerit, ad redhibitionem commodatae rei merito a domino retinetur. §. 4. Si facto pretio rem vendendam aliquis cuicumque tradiderit, et dum ab eo vendenda profertur, quacumque occasione perierit, ei perit, qui eam dederat distrahendam. ceterum si rem acceptam non rogante domino, sed promittente eo qui accepit, dum vellet venumdare perdiderit, sibi rei perditae ingerit detrimentum.

V. §. 1. Creditor si sine condicione pignus sibi depositum tenens ter debitorem convenerit, ut soluto debito pignora sua recipiat. quodsi (*Sch. ex Caroli M. capitular. lib. VII. cap.* 299. recipiat: et) debitor noluerit post tres admonitiones soluto debito pignora sua recipere, creditor distrahendi pignoris habebit liberam potestatem. § 2. Siquis gregem equarum, vaccarum, vel ovium accepta mutua pecunia pignori creditori dederit, fetus earum rerum ad debitorem, non ad creditorem pertinet. Ita est et si ancillam dederit, et partum ediderit; ad debitorem pertinet, non ad creditorem. §. 3. Siquis alicui debeat solidos decem, et illi qui debet de quacumque ratione debeantur a creditore suo solidi quinque, et veniat creditor et totos decem solidos a debitore petat: si probaverit ille debitor sibi ab eo quinque solidos deberi, quare illum in solidum pro totis decem solidis convenit, causam perdit qui noluit debitum compensare. similis ratio est et de frumento et de aliis speciebus.

VII. §. 1. Interpretatione non eget. (*S.*) - Si quorumcumque res pro sublevatione navis manibus in mari iactatae fuerint, eis, quorum res fuisse noscuntur, ab his omnibus, qui in navi fuerint, restaurandae sunt (*Genev.*).

VIII §. 1. 2. Quicumque quamlibet personam aut ad exercendum negotium aut pro ratione culturae aut condendis vendendisque frugibus praeposuisse cognoscitur, si quid damni per eius actum accesserit, ad eum, qui ipsum instituit, pertinebit, sive servus sive liber sit. § 3. Siquid cum discipulis vel mercenariis tabernariorum vel cuiusli-

praesunt, contractum est, in magistros vel institores [9] tabernae in solidum actio dabitur [10].

TIT. IX. DE IN REM VERSO.

§. 1. Servus vel filius familias si acceptam pecuniam in rem patris vel domini verterit, hoc modo, agrum puta colendo, domum fulciendo, mancipia vestiendo, mercando, vel creditori solvendo, vel quid tale faciendo, de in rem verso in solidum vel patrem vel dominum [1] obligat: si tamen ob hanc causam pecunia data sit [2].

TIT. X. DE SENATUS CONSULTO MACEDONIANO.

§. 1. Qui filio familias contra interdictum amplissimi ordinis pecuniam mutuam crediderit, post mortem patris ex eo, quod vivo patre credidit, cum eo agere non potest.

§. 1a. [D] *Filius familias si* [1] *in id acceperit mutuam pecuniam, ut eam pro sorore sua in dotem daret, pater eius de in rem verso actione tenebitur; ipsi enim, mortua in matrimonio puella, repetitio dotis datur.*

TIT. XI. AD SENATUS CONSULTUM VELLEIANUM.

§. 1. In omni genere negotiorum et obligationum tam pro viris quam pro feminis intercedere mulieres prohibentur. §. 2. Mulier, quae pro tutoribus filiorum suorum indemnitatem promisit, ad beneficium senatus consulti non pertinet.

§. 2a. [E] *Si decipiendi animo, vel cum sciret se non teneri, mulier pro aliquo intercesserit, exceptio ei senatus consulti non datur; actionem enim, quae in dolum mulieris competit, amplissimus ordo non exclu*dit. §. 2b. *Procurator si mandatu mulieris pro alio intercesserit, exceptione senatus consulti Velleiani adiuvatur, ne alias actio intercidat* [1].

TIT. XII. DE DEPOSITO.

§. 1. [F] *Deponere possumus apud alium id quod nostri iuris est vel alieni.* §. 2. *Depositum est quasi diu positum. Servandum est quod* [1] *ad breve tempus custodiendum datur.* §. 3. *Deponere videtur qui in metu ruinae, incendii, naufragii, apud alium custodiae causa deponit.* §. 4. *Deponere videtur et is qui suspectam habens vel minus idoneam custodiam domus, vel vim latronum timens apud aliquem rem custodiendam commendat.*

§. 5. [2] Si sacculum [3] vel argentum signatum [4] deposuero, et is, penes quem depositum fuit, me invito contrectaverit [5], et depositi et furti actio mihi in eum competit.

§. 5a. [G] *Si ex* [6] *permissu meo deposita pecunia is, penes quem deposita est, utatur, ut in ceteris bonae fidei iudiciis, usuras eius nomine praestare mihi cogitur.* §. 6. *Ob res depositas dolus tantum praestari solet.* §. 6a. [H] *Latae culpae finis est non intelligere id quod omnes intelligunt.*

§. 7. [7] In iudicio depositi ex mora *et* [8] fructus veniunt et usurae rei depositae [9] postulantur [10].

§. 8. *Siquis rem penes se depositam* [11] *apud alium deposuerit, tam ipse directam, quam is, qui apud eum deposuit, utilem actionem depositi habere possunt.* §. 9. *Si pecuniam deposuero, eamque tibi permisero* [12], *mutua magis videtur, quam deposita* [13]; *ac per hoc periculo tuo erit.* §. 10. *Si rem apud te depositam vendideris, eamque redemeris, postquam* [14]

Genev. Au. om. *vel.* 9) Goth. *in magistris vel insubtutoribus.* S. *in magistris vel institoribus.* 10) Cui. 58. Fabr. *datur.*

IX. 1) Cui. 58. Fabrot. *dom. vel patrem.* 2) Goth. *est.*

X. [D] L. 17. D. AD SC. MACED. 1) Hal. V. *Si fil.*

XI. [E] §. 2a. 2b. EX L. 30. PR. §. 1. D. AD SC. VELLEI. 1) Hal. V. *nec alias a. intercidit.*

XII. [F] §§. 1...4. 6. 8...11. EX COLL. X. 7 Genev. primum recepit. §§. 5. 7. et in Coll. et in Brev. exstant. 1) Hotomanus Obss. IV. 14. coni. *Depositum est quasi positum diu servandum. commendatum est, quod.* Similiter Salmasius de mutuo p. 166. *d. e. q. diu positum servandum. comm.* etc. Mollerus in Oelrichs thes. nov. vol. II. tom. II. p. 151. emend *vel alieni depositum est: quasi diu positum servandum est, quod* etc. H. Cann. p. 241. *Servandum et est, quod.* Verc. et Vind. om. *ad.* 2) Cf. L. 29. pr. D. depositi. 3) Coll. vulgo *sacellum.* S i. m. Verc. et Vind. *saccellum.* 4) Coll. om. *signatum.* 5) Coll. *contrectavit.* [G] L. 29. §. 1. D. DEPOSITI. quam Sch. post sent. 11., quae in Coll. ultima est, habet. 6) Hal. om. *ex.* [H] L. 223. PR. D. DE V. S. Sch. ad tit. II. 4. Ritt. ad tit. II 3. rettulit. Au. hoc loco et l. 223. §. 1. D. l. c. exhibet, quam nos ut Sch. sub tit. 28. posuimus. 7) Au. ad h. l. annotat: „similis sententia in l. 29 §. 1. refertur: sed eam consulto praetermisi, quod eandem sententiam exprimat, licet verba sint diversa.“ At cf. §. 5a. 8) *et* recepi ex Coll. — Goth *ex more ut.* 9) Goth. S. *debitae* sed S. i. m. *depositae.* 10) Coll. et Genev. i. m. *praestantur.* Goth. *postulentur.* 11) Ita Verc.; vulgo *positam.* 12) Ita Blumius ex codd. Vind. et Verc. — Pith. *eam hancque in tibi commisero.* Cui. 86. *eam hancque tibi c.* Cui. 86. i. m. *eamque utendam.* Sch. *eamque in* tibi c.* Heid. Genev. ex Pith. coni *eamque in usum tibi.* Schroederus in Obss. p. 357. coni *eamque etiam tibi c.* H. Cann. p. 246. *eamque uti tibi c.* I. Cann. *eamque in nomen tibi c.* 13) Ita Blum. ex codd. allegatis. Alii *mutuum . . . depositum* Vind. *mutuam* H. Cann. l. c. coni. *depos. magis v. q. mut at per* etc. 14) Pith. coni. *postque*

---

bet officinae actum fuerit, ad magistrum officinae vel institorem tabernae damnum quod accesserit pertinebit.

IX. §. 1. Si servus vel filius familias mutuam pecuniam a quocunque susceperit et in utilitatibus patris vel domini necessariisque rebus eam expendisse probatur, pro hoc debito patrem vel dominum ad solutionem necesse est retineri.

X. §. 1. Qui filio familias contra interdicta legum inscio patre pecuniam commodavit, eam nec vivente nec mortuo patre ab eodem poterit postulare.

XI. §. 1. In omni genere causarum pro quibuscumque personis mulieres fidem suam interponere prohibentur. §. 2. In hac tantum mulier fideiussione tenetur, ut si tutores filiis suis petat et pro eis fideiussor exsistat, filiis teneatur obnoxia.

XII. §. 5. Siquis saccellum vel argentum commendatum et signatum aperuerit, furti etiam actione tenebitur. (*Genev*) – § 7 Cum in iudicio de rebus agitur commendatis, si mora in reddendo ab eo, cui commendatae sunt, afferatur, prout res fuerit commendata, aut usurae, si pecunia, aut

perdideris, semel admisso dolo, perpetuo[15] *depositi actione teneberis.* §. 11. *Ex causa depositi lege XII. tabularum in duplum actio datur, edicto praetoris in simplum.*

§. 12. In causa depositi compensationi locus non est, sed res ipsa reddenda est.

TIT. XIII. DE LEGE COMMISSORIA[1].

§. 1. Debitor distractis fiduciis a creditore de superfluo adversus eum habet[2] actionem.

§. 1a. [i] *Si autem tardius superflnum restituat creditor id, quod apud eum depositum est, ex mora etiam usuras debitori hoc nomine praestare cogendus est.* §. 1b [k] *Cum debitor gratuita pecunia utatur, potest creditor de fructibus rei sibi pigneratae ad modum legitimum usuras*[3] *retinere.*

§. 2. Quicquid creditor per fiduciarium[4] servum quaesivit, sortem debiti minuit. §. 3. Debitor creditori fiduciam vendere non potest: sed aliis[5] si velit vendere potest,[6] ita ut ex pretio eiusdem pecuniam[7] offerat creditori, atque ita remancipatam[8] sibi rem[9] emptori praestet[10]. §. 4. Si per suppositam personam creditor pignus suum invito debitore comparaverit, emptio non videtur; et ideo quandoque lui potest. ex hoc enim causa pignoris vel fiduciae finiri non potest. §. 5. Si inter creditorem et debitorem convenerit, ut fiduciam[11] sibi vendere non liceat, non solvente debitore creditor denuntiare ei sollenniter potest et distrahere: nec enim ex[12] tali conventione fiduciae actio nasci potest. §. 6. Si creditor rem fiduciae datam uni ex heredibus vel extraneo legaverit, adversus omnes heredes[13] actio fiduciae competit. §. 7. Si creditor rem fiduciariam fecerit meliorem, ob ea recuperanda, quae impendit, iudicio fiduciae debitorem habebit obnoxium. §. 8. Novissimus creditor priorem oblata pecunia, quo possessio in eum transferatur[14], dimittere potest. sed et prior creditor secundum creditorem, si voluerit, dimittere non prohibetur, quamquam ipse in pignore potior[15] sit. §. 9. Servus si mutuam pecuniam[16] servitutis tempore acceperit, ex ea obligatione post manumissionem conveniri non potest.

TIT. XIV. DE USURIS.

§. 1. Si pactum nudum de praestandis usuris interpositum sit, nullius est momenti; ex nudo enim pacto inter[1] cives Romanos actio non nascitur[2]. §. 2. Usurae supra centesimam solutae sortem minuunt: [3]consumpta sorte repeti[4] possunt. §. 3. Traiectitia pecunia propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis[5], infinitas usuras recipere[6] potest. §. 4. Usurae, quae centesimam excedunt, per errorem solutae repeti possunt. §. 5. Siquis pignora debitoris ci-

---

eam. Vind. *eam postquam.* Verc. *eamque postquam* 15) Ita Blum. Alii *perpetua.*

XIII. 1) Haec rubrica in Sav. Mon. Goth. Bo. S. ponitur ante §. 6. huius tit. Cui. 58. eam huic loco assignavit. 2) S. Cui. 66. 86. Genev. *habeat.* Goth. *habebit.* [i] L. 7. D. DE PIGN. ACT. — Ritt. et hanc et sequentem sententiam sub tit. de pignoribus (II. 5.) collocavit, concedens tamen easdem etiam ad tit. de usuris vel de lege commissoria referri posse. [k] L. 8. D. IN QUIB. CAUS. PIGN. TACIT. 3) Huschkius *Studien des Röm Rechts* p. 371. emendat *usurarum*; cf. supra tit. 5. annot. 2. 4) Salmasius de modo usurarum cap. 14. p. 592. emendari voluit *fiduciatum* itemque infra §. 7. *fiduciatam.* 5) Bi. *alii.* 6) S. Goth. inserunt *sed.* 7) S. Goth. *pecuniae.* 8) Sic Cui. 58. et sqq. edd., quod confirmant codd. Sav. Mon. — Bo. *remancipata.* S. Goth. *rem mancipatam.* 9) Sic Sav. Mon. Goth. edd. Bo. Cui. 58. 86. Au. Fabr; cett. edd. om. *rem.* S. *s. emptor ipse p.* 10) S. i. m. *restituet.* 11) S. i. m. *fiducialiter.* 12) Goth. S. *in.* Porro Bo. *in t. c. f. acceptio nosci potest.* Goth. i. m. habet *acceptio.* 13) Mon. et Bo. om. *heredes.* 14) Ita Cui. 58. emendavit locum valde depravatum. Bo. habet: *n. c. obligatam pecuniam quam possessio.* Goth. S. *n. c priorem obligatam pecuniam, a quo possessio in eum transfertur.* S. i. m. *p. obligat a pecunia.* Cui. 66. et Genev. quoque habent *a quo . . . transfertur.* 15) S. i. m. *prior.* 16) Genev. inserit *secrete.*

XIV. 1) Mon. Goth. edd. Bo. S. *in.* 2) S. *nascetur.* 3) Cui. 58. Fabr. Ritt. inserunt *et.* 4) Goth. et S. i. m. *recipi.* Porro Goth. *non possunt.* 5) Bo. om. *navis.* 6) S. Cui. 66. Genev. *capere.*

---

fructus, si praedia fuerint, debebuntur. §. 12. Non alia res pro alia, sed ipsa reddenda est, quae dignoscitur fuisse commendata. (*Genev.*)

XIII. §. 1 Siquis creditor debitore in solutione tardante rem sibi pro debito positam (*Genev. i. m.* fiduciam sibi depositam) distraxerit, siquid amplius acceptum fuerit quam debebatur, quod plus acceptum est restitui iussum est debitori. §. 2. Quicquid creditor per oppigneratum sibi pro debito servum acquisierit, de summa debiti retrahitur. §. 3. Creditor rem sibi oppignoratam a debitore emere non potest. sed debitor cum alia persona inire contractum potest, ut accepta ab emptore pecunia debitum restituat creditori. et sic postea rem suam a debitore liberatam cui voluerit vendat. §. 4. Creditor pignus quod a debitore accepit (eo invito, *addit Genev.*) nec per suppositam personam emere potest. quodsi factum fuerit, agente debitore soluto debito emptio non valebit. §. 5 Si conveniat inter creditorem et debitorem, ut pignus a creditore non vendatur, non solvente debitore debitum creditor pignus post trinam conventionem vendere potest §. 6. Si creditor rem (*S. Sch. inserunt* fiduciae), quam a debitore pignori acceperit, uni ex heredibus vel extraneo legati titulo derelinquat, debitor pro pignore suo oblato debito omnes heredes creditoris poterit convenire. §. 7. Siquis creditor praedium sibi fiducia obligatum studio et opere suo melioraverit, quicquid se pro melioranda re impendisse probaverit, ei a debitore reddendum est. §. 8. Si duo creditores unum pignus debitoris habeant obligatum et posterior creditor priori creditori pecuniam offerat, potest pignus obligatum ad se transferre. Item prior creditor, licet potior sit in pignore retinendo, si offerat pecuniam, potest apud se pignus retinere.

XIV. §. 1. Pactum nudum dicitur, si cautio creditori a debitore, in qua centesimam se soluturum promisit, sine stipulatione fiat. et ideo usurae ex nuda cautione creditori penitus non debentur. §. 2. In pecuniis creditis cum solutio usurarum sortem aequaverit, siquid amplius creditori datum fuerit, de capite debiti subtrahitur. si vero et centesima et caput impletum est, quod amplius creditor accepit, reddere cogetur debitori. §. 3. Traiectitia pecunia dicitur quae in navi, ut ad transmarina deferatur, deponitur; quia maris periculo committitur, in quantas convenerit usuras, hanc pecuniam dare creditor potest. §. 4. Interpretatione non indiget. §. 5. Interpretatione non indiget.

tra auctoritatem iudicantis abduxerit, violentiae crimen admittit. §. 6. Tutor in usuras non convenitur, si pecuniam pupillarem ideo non collocavit, quod idonea nomina non habebat [7], quibus pecunia collocaretur [8]: cuius rei contestatio [9] apud praesidem provinciae deponenda est.

§. 6a. [L] *Si tutor constitutus, quos invenerit, debitores non convenerit, ac per hoc minus idonei efficiantur, vel intra sex primos menses pupillares pecunias non collocaverit, ipse in debitam pecuniam et in usuras eius pecuniae, quam non faeneravit, convenitur.* §. 6b. [M] *Ob faenus pupillaris pecuniae per contumaciam non exercitum, aut fundorum omissam comparationem tutor, si non ad damnum resarciendum idoneus est, extra ordinem coercebitur.*

TIT. XV. DE MANDATIS [1].

§. 1. Ob subitam valetudinem, ob necessariam peregrinationem, ob inimicitiam et inanes rei actiones [2] integra adhuc causa mandati negotio [3] renuntiari potest. §. 2. Si meis nummis mandato tuo aliquid tibi comparavero, etsi rem postea accipere nolis, mandati actio mihi adversus te competit. non enim tantum quod impensum est [4], sed et usuras eius consequi possum. §. 3. Certo pretio rem iussus distrahere si minoris [5] vendiderit, mandati iudicio pretii summa poterit integrari [6]. venditionem enim [7] dissolvi non placuit.

TIT. XVI. PRO SOCIO.

§. 1 Sicut lucrum, ita et damnum inter socios communicatur: nisi quid culpa socii vel fraude eversum sit.

TIT. XVII. EX EMPTO ET VENDITO.

§. 1. Venditor si eius rei, quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto auctoritatis [1] manebit [2] obnoxius [3]: aliter enim non potest obligari. §. 2. Si res simpliciter traditae evincantur, tanto venditor emptori condemnandus est, quanto [4] si stipulatione pro evictione cavisset. §. 3. Res empta, mancipatione et [5] traditione perfecta, si evincatur, auctoritatis venditor duplo tenus [6] obligatur. §. 4. [7] Distracto fundo siquis de modo [8] mentiatur, in duplo eius, quod mentitus est, officio iudicis aestimatione facta [9] convenitur. §. 5. Redhibitio vitiosi mancipii intra sex menses fieri potest propter latens vitium [10]. §. 6. Si, ut servum quis pluris venderet [11], de artificio eius vel peculio mentitus est, actione ex empto conventus, quanto minoris valuisset, emptori praestare compellitur, nisi paratus sit eum redhibere. §. 7 Ex die emptionis, si pretium numeratum sit [12], et fructus et operae servorum [13] et fetus pecorum et ancillarum partus ad emptorem pertinent [14]. §. 8. Fundum alienum mihi vendidisti; postea idem ex causa lucrativa meus factus est [15]; competet mihi adversus te ad pretium recuperandum actio ex empto. §. 9. [16] Post rem traditam [17] nisi emptor pretium statim exsolvat, usuras eius praestare cogendus est. §. 10. Mutus emere et vendere potest; furiosus autem neque emere neque vendere potest. §. 11. Servus bona fide comparatus si ex ve-

---

7) Cui. 58. Fabr. Sch. H. *habeat.* 8) Cui. 86. Au. *cui pecuniae collocentur.* 9) Salmas. ad ius Attic. cap. 30. legit *testatio.* [L] L. 15. D. DE PERICUL. ET ADM. TUT. [M] L. 49. D. EODEM.

XV. 1) Hic titulus in Bo. cum praecedente cohaeret. 2) Sav. Mon. Goth. Bo. S. *inanis.* Sav. *iectiones.* Mon. Goth. *actionem.* Bo. *iactationem.* Cf. l. 24. D. mandati: *Seu ob inanes* (V. H. a P. *immanes*) *rei actiones.* 3) S. *negotium.* Goth. *negotia renunciare.* Ritt. coni. *mandato negotio.* 4) S. *n. enim quod i. e. solum.* 5) Mon. *maioris.* Bo. *maiore.* 6) Bo. *summam ... integrare.* 7) Cui. 58. Sch. H. Bi. om. *enim.*

XVII. 1) Sch. annotat, in edd. quibusdam cum interpp. Cuiacii esse *auctoritate*; sed Cui. 58 et Fabr. ut cett. edd. habent *auctoritatis* Salmasius de usur. cap. 8. p. 208. et hoc loco et in §. 3. *auctoritati* scribendum esse censet. 2) S. *manet.* 3) Ritt. *obligatus,* sed i. m. *obnoxius.* 4) Sav. Goth. *tantum ... quantum.* Porro Goth. om. *si.* 5) Hotomanus coni. *vel;* sed non necessaria est emendatio: cf. l. 53. D. de V. S. Sch. ad h. l. Minus recte Meerm. l 2. Theod. Cod. de donatione allegat. Ceterum cf. supra lib. I. tit. 13. §. 4. 6) Cui. 86. ex cod. Ves. *nullatenus*; cf. Cui. Obss. XXI 15. et sic etiam Au. et Genev.; haec tamen i. m. habet *duplo tenus.* 7) Rubricam *de modo* aut *de modo, i. e. de spatio* in codd. nonnullis et edd. Bo. S. hoc loco insertam Cui. 58. expunxit. Genev. tamen hanc rubricam retinuit, sed numerum nullum apposuit. 8) S. addit *i. e. spatio.* 9) S. *m. est, facta iudicis aestimatione.* Bo. *mentitus est de modo i. e. de spatio, iudicis aest. f.* Item fere Goth. qui tantum pro *iudicis* habet *iudiciis.* 10) Bo. *prolatente vitio* 11) Bo. *Si unum servum quis pluresve vendiderit.* Goth. *Si serv. q. pluresve vendiderit.* 12) Sic primum Cui. 86. et i. m. Genev. ex cod. Ves. — Sav. Mon. Goth. edd. Bo. S. Cui. 58. 66. Genev. Fabrot. *si pars pretii numerata sit.* 13) Goth. Bo. S. *opera eius.* Cui. 66. Genev. *opera serv.* 14) S. *attinent.* 15) Bo. *is est meus ex c. l. factus.* Porro Goth. *competit* 16) Au. hanc sent. perperam dicit ex l ult. D. de peric. et comm. rei vend. sumptam esse: quod Fabr. recte omisit. 17) S. i. m. *vero traditam.*

XV. §. 1. Propter subitam infirmitatem, et necessitatem peregrinationis, vel propter inimicitias maioris personae, ne cuiuscumque videatur actio vacillare, integra adhuc causa is, qui susceperit, susceptum negotium renuere potest. §. 2. Interpretatione non admodum indiget. §. 3. Siquis cuilibet mandet, ut rem suam decem solidis vendat, et ille eam octo vendiderit, pretium quod ei mandatum est, quicquid minus ab emptore percepit, mandatori complere compellitur. venditio tamen rescindi non potest.

XVI §. 1. Interpretatione non indiget (*S*). — Inter socios absque unius negligentia aequale erit damnum et lucrum. (*Genev. ex comment. Cui.* 58.)

XVII. §. 1. Siquis rem alienam vendiderit et pretium acceperit, ad redhibitionem duplae pecuniae manebit obnoxius. §. 2. Si quicumque rem simpliciter, id est sine poenae interpositione, emptori tradiderit, et de eadem re emptor fuerit superatus, in tantum ei venditor manebit obnoxius, velut si evictionis poenam, id est duplum se reddIturum pretium, in venditione promiserit. §. 4. Non indiget interpretatione (*S*). — Qui fundos distraxerit, et ibidem minus inventum fuerit, quantum mentitus est, in duplum reddatur. (*Genev.*) - §. 5. Interpretatione non eget. §. 6. Si venditor, cum mancipium distraheret, de artificio eius vel de peculio pro caritate pretii mentitus est, emptori quantum sine peculio vel artificio valere potuerat, tantum reddere compellatur, aut certe mancipium venditum recipere reddito pretio acquiescat. §. 8. Siquis agrum alienum cuicumque vendiderit, et postea hic ipse ager ab alio domino, cuius erat, emptori donatus sit, venditor emptori in redhibitione pretii quod accepit manebit obnoxius. §. 10. Non indiget

teri vitio fugerit, non tantum pretium dominus [18], sed et ea, quae per fugam [19] abstulit, reddere cogetur.

§. 12. [N] *Heredibus debitoris adversus creditorem, qui pignora vel fiducias distraxit, nulla actio datur, nisi a testatore inchoata ad eos transmissa sit.*

§. 13. [20] Cum probatio prioris fugae defecerit [21], servi responsioni [22] credendum est: in se enim interrogari, non pro domino aut in dominum, videtur. §. 14. In eo contractu, qui ex bona fide descendit, instrumentorum oblatio [23] sine causa desideratur [24], si quo modo veritas [25] de fide [26] contractus possit ostendi.

§. 14a. [O] *Instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest; et ideo tam testimonia quam personae instrumentorum loco habentur.* §. 15. Fundus eius esse videtur, cuius nomine comparatus est, non a quo [27] pecunia numerata est: si tamen fundus comparatori sit traditus. §. 16. Electo reo principali fideiussor vel heres eius liberatur. non idem [28] in mandatoribus observatur [29].

TIT. XVIII. DE LOCATO ET CONDUCTO.

§. 1. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, et peiorare eum et meliorem facere potest: atque ideo operas suas diurnas nocturnasque locat. §. 2. Fundi deterioris [1] facti et cultura non exercitati [2], et aedificiorum non refectorum culpa [3] arbitrio iudicis domino a conductore sarciri potest [4].

§. 1a. [P] *Dominus horreorum effractis et compilatis horreis non tenetur, nisi custodiam eorum recepit [5]: servi tamen eius, cum quo contractum est, propter aedificiorum notitiam in quaestionem peti possunt.*

§. 1b. *In conducto fundo si conductor sua opera aliquid necessario vel utiliter auxerit vel aedificaverit vel instituerit, cum id non convenisset, ad recipienda ea, quae impendit, ex conducto cum domino fundi experiri potest.* §. 1c. *Qui contra legem conductionis fundum ante tempus sine iusta ac probabili causa deseruerit, ad solvendas totius temporis pensiones ex conducto conveniri potest, quatenus locatori in id quod eius interest indemnitas servetur.*

TIT. XIX. DE NUPTIIS.

§. 1. Sponsalia tam inter puberes quam inter impuberes contrahi possunt. §. 2. Eorum, qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non [1] contrahuntur; sed contracta non solvuntur [2]: contemplatio enim publicae utilitatis privatorum commodis praefertur [3].

§. 3. [Q] *Inter parentes et liberos iure civili matrimonia contrahi non [4] possunt: nec filiam sororis aut neptem uxorem [5] ducere possumus: proneptem aetatis ratio prohibet.* §. 4. *Adoptiva cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo; inter fratres eatenus, quatenus capitis minutio non intervenit.* §. 5. *Nec socrum, nec nurum, privignam [6], nec novercam aliquando citra poenam incesti uxorem ducere licet, sicut nec amitam aut materteram. Sed qui vel [7] cognatam contra interdictum duxerit, remisso mulieri iuris [8] errore, ipse poenam adulterii lege Iulia [9] patitur, non etiam ducta.*

§. 6. Inter servos et liberos matrimonium contrahi non potest [10], contubernium potest. §. 7. Neque furiosus neque furiosa matrimonium contrahere possunt;

---

18) Sch. coni. *venditor.* 19) Bo. *in f.* Goth. *in fuga* [N] §. 12. EX CONS. VI. Cui. 66. primum in hunc locum recepit, Ritt. ad finem huius tituli reiecit. 20) Cf. l. 7. D. de probat. 21) Dig. Cui. 58. Fabr. Ritt. *deficit.* 22) Dig. *quaestioni.* 23) Mon. Goth. Bo. S. *obligatio.* 24) Goth. Bo. S. *demonstratur.* sed i. m. *desideratur.* 25) Goth. Mon. Bo. S. *voluntas.* 26) Goth. S. *de fine* S. i. m. annotatum habet in exemplari Argent. legi *vendendi contractus,* in Murpacensi vero *de fide,* quod ipse probat. P. Faber apud Meerm. emendat *et fides;* idemque paullo superius scripturas *obligatio, voluntas* defendere conatur. [O] L. 1. D. DE FID. INSTRUM. Hic locus ab Au. abest. 27) Branchu Obss. decas II. p. 124. praeter necessitatem emendat *non cuius.* 28) Bo. S. Goth. *enim.* 29) Sch. huic titulo adiunxit ex L. R. Burg. tit. 13. has sententias: *Arra pro qualibet re a venditore suscepta* (Bi. *pro quibuscumque rebus a. v. accepta*) *ab eo, qui emit, venditionem perfectam esse: pretium tamen postmodum ab emptore venditori impletur* (Bi. *emptor v. impleturus*), *de quo* (Bi. *si aut*) *inter ipsos convenerit, aut virorum bonorum aestimatione constiterit.* Sed dubium est, utrum haec omnia, an ea sola sententia, quae in voce *pretium* incipit, a compilatore Burg. „secundum speciem Paulli" referantur.

XVIII. 1) Goth. Bo. S. *deteriores.* 2) Goth. *culturae non exercitatae.* 3) S. inserit *pro.* 4) Bo. *possunt.* [P] §§. 1a... 1c. EX L. 55. PR. §. 1. 2. D. LOCATI. 5) Hal. *receperit.*

XIX. 1) Goth. *non iure.* 2) Goth. *solvantur* 3) Sav. Mon. Bo. *contemplatione . . . commoda praeferuntur.* Goth. *contemplatione . . . quomodo praeferuntur.* [Q] §§. 3...5. EX COLL. VI. 3. Ritt. et Sch. h. l. habent. In Genev. post §. 9., in Au. post §. 9c. leguntur. 4) Scal. om. *non.* 5) Ita Scal. et Vind.; plerique om. *uxorem.* 6) Mollerus coni. *nec priv.* V. Oelrichs, thes. nov. II. 2. p. 148. Ita et Au. 7) Ita Blum.; Verc. *sed vel qui.* Pith. *sed vel.* Pith. coni. *si vero.* 8) Verc. et Vind. om. *iuris.* Iidem codd. et Scal. habent *mulieris.* Au. om. *mulieri.* 9) Ita Blum.; Vind. *legem Iuliam;* alii *legis Iuliae.* 10) S. Cui. 66. 86. Genev. Au.

---

interpretatione. §. 14. In contractibus empti et venditi, qui bona fide ineuntur, venditionis instrumenta superflue requiruntur, si quocumque modo res vendita, dato et accepto pretio, qualibet probatione possit agnosci. §. 15. Si ager alterius nomine et alterius pecunia fuerit comparatus, eius esse dignoscitur, cuius nomine (non cuius pecunia *addit Genev.*) comparatus est; si tamen ipsi comparatori agrum traditum fuisse constiterit; illi vero pecuniam, quam dederant, a possessore recipiant, sicut multis aliis speciebus habetur expositum. §. 16. Siquis contempto fideiussore debitorem suum tenere maluerit, fideiussor vel heres eius a fideiussionis vinculo liberatur. si vero procurator litis victus fuerit, mandator eius ad solutionem tenetur.

XIX. §. 1. Non indiget interpretatione. §. 2. Viventibus patribus inter filios familias sine voluntate patrum matrimonia non legitime copulantur, sed si coniuncta fuerint, non solvuntur; quia ad publicam utilitatem antiquitas pertinere decrevit, ut procreandorum liberorum causa coniunctio facta non debeat separari. §. 7. Siqui matrimonium sani contraxerint, et uni ex duobus amentia aut furor acces-

sed contractum matrimonium furore non tollitur. §. 8. Vir absens uxorem ducere potest; femina absens nubere non potest. §. 9. Libertum, qui [11] nuptias patronae vel uxoris filiaeque patroni [12] affectaverit, pro dignitate personae metalli poena vel operis publici coerceri [13] placuit.

§. 9a. [R] *Siquis officium in aliqua provincia administrat, inde oriundam vel ibi domicilium habentem uxorem ducere non potest, quamvis sponsare non prohibeatur; ita scilicet, ut si post officium depositum noluerit mulier nuptias contrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodo redditis, quas acceperat.* §. 9b. *Veterem sponsam in provincia, qua [14] quis administrat, uxorem ducere potest, et dos data non fit caduca.* §. 9c. *Qui in provincia aliquid administrat, in ea provincia filias suas in matrimonium [15] collocare et dotem constituere non prohibetur.* §. 9d. [S] *Non est matrimonium, si tutor vel curator pupillam suam intra vicesimum et sextum annum, non desponsam [16] a patre nec testamento destinatam, ducat uxorem, vel eam filio suo iungat. quo facto uterque infamatur, et pro dignitate pupillae extra ordinem coercetur: nec interest filius sui iuris an in patris potestate sit.* §. 9e. *Curatoris libertum [17] eam pupillam, cuius patronus res administrat, uxorem ducere satis incivile est.*

TIT. XX. DE CONCUBINIS.

§. 1. Eo tempore, quo quis uxorem habet, concubinam habere non potest. concubina igitur ab uxore solo dilectu [1] separatur.

§. 1a. [T] *Concubinam ex ea provincia, in qua quis aliquid administrat, habere potest.*

TIT. XXI.A. [1] DE MULIERIBUS QUAE SE SERVIS ALIENIS IUNXERINT VEL AD SENATUS CONSULTUM CLAUDIANUM.

*§. 1. Si mulier ingenua civisque Romana vel Latina *alieno se servo coniunxerit, siquidem invito et de*nuntiante domino in eodem contubernio perseveraverit, *efficitur ancilla. §. 2. Si servo pupilli ingenua mu*lier se coniungat, denuntiatione tutoris efficitur ancilla. *§. 3. Mulier etsi . . ., tamen ei [2], quae se servo iun*xerit, denuntiando acquirit ancillam. §. 4. Procu*rator et filius familias et servus iussu patris aut do*mini denuntiando faciunt ancillam. §. 5. Si pecu*liari servo filii familias libera se mulier coniunxerit, *nulla discretione paternae voluntatis iure sollenni de*curso acquiret ancillam. §. 6. Liberta sciente pa*trono alieni servi secuta contubernium, eius, qui de*nuntiavit, efficitur ancilla. §. 7. Liberta si ignorante *patrono servo se alieno coniunxerit, ancilla patroni *efficitur ea condicione, ne aliquando ab eo ad civita*tem Romanam perducatur. §. 8. Filii familias servo, *quem ex castrensi peculio habet, si se ingenua mulier *coniunxerit, eius denuntiatione efficitur ancilla. §. 9. *Filia familias si invito vel ignorante patre servo alieno *se iunxerit, etiam post denuntiationem statum suum *retinet, quia facto filiorum peior condicio parentum *fieri non potest. §. 10. Filia familias si iubente *patre, invito domino, servi alieni contubernium secuta *sit, ancilla efficitur, quia parentes deteriorem filiorum *condicionem facere possunt. §. 11. Liberta servi *patroni contubernium secuta etiam post denuntiatio*nem in eo statu manebit, quia domum patroni vide*tur deserere noluisse. §. 12. Errore quae se puta*vit ancillam, atque ideo alieni servi contubernium se*cuta est, postea liberam se sciens in [3] contubernio eo*dem perseveraverit, efficitur ancilla. §. 13. Si pa*trona servo liberti sui se coniunxerit, etiam denuntia*tione conventam ancillam fieri non placuit. §. 14. *Mulier ingenua, quae se sciens servo municipum iun*xerit, etiam citra denuntiationem ancilla efficitur: non *item [4], si nesciat. nescisse autem videtur quae com*perta condicione contubernio se abstinuit, aut libertum *putavit. §. 15. Libera mulier contubernium eius secuta, *qui plures dominos habuit, eius fit ancilla, qui prior *denuntiavit, nisi forte ab omnibus factum sit. §. 16. *Si mater servo filii se iunxerit, non tollit senatus con*sultum Claudianum erubescendam matris etiam in re *turpi reverentiam, exemplo eius, quae se servo liberti *sui coniunxerit. §. 17. Tribus denuntiationibus con*venta etsi ex senatus consulto facta videatur ancilla, *domino tamen adiudicata citra auctoritatem interpositi *per praesidem [5] decreti non videtur: ipse enim debet

---

matrimonia.. possunt. 11) Goth. Ritt. inserunt *ad.* 12) Goth. S. *patronae vel filiae patronae.* S. i. m. *patroni vel uxoris.* 13) S. Cui. 66. 86. Genev. *publicis coherceri.* [R] §§. 9a...9c. EX L. 38. PR. §§. 1. 2. D. DE RITU NUPT. 14) V. Hal. *quam.* 15) V. *matrimonio.* [S] §§. 9d. 9e. EX L. 66. PR. §. 1. D. DE RITU NUPT. 16) Hal. *desponsatam.* 17) V. *potestate tutoris vel curatoris sit. Libertum.* Hal. *potestate sit tutoris curatorisve. Lib.*

XX. 1) Sic Ritt. Sch. H. Bi.; sed Sav. Goth. cdd. Cuii. Genev. Au. *delicto.* Mon. *delecto* Bo. *delectione.* [T] L. 5. D. DE CONCUBINIS.

XXI.A. 1) Hic titulus ex cod. Ves. depromptus est a Cui. Obss. XXI. 16; eumque nos, ut Ritt. aliique post eum fecerunt, XXI.A. insignivimus: cf. supra lib. I. tit. 6A. 2) Cui. in Obss. l. c. ex cod. Ves. haec profert: *Mulier est si tamen ei quae* etc., et quod desit, ita putat debere repleri: *Mulier etsi deferre non possit, tamen* etc., quae Genev. et Ritt. receperunt. In Cui. 86. autem hoc scriptum est: *Mulier etsi* tamen eique* etc. quod, omisso tamen asterisco, Au. quoque et Fabrot. exhibent. 3) Auctor quidam laudatus ab A. van Dorp Obss. p. 8. coniecit *sciensIn* i. e. *sciens si in.* Ritt. *si* ante v. *postea* interponendum esse censuit, ut ad Au. h. l. annotavit. 4) Alii *idem.* 5) Genev. *praetorem.*

---

serit, ob hanc infirmitatem coniugia talium solvi non possunt. §. 8. Si vir in peregrinis aliqua fuerit occasione detentus, absente eo constituto die possunt nuptiae celebrari, ut ab amicis vel parentibus eius puella suscepta ad domum mariti ducatur. nam sicut viro absente hoc ordine possunt nuptiae celebrari, ita femina absente non possunt. (*Ritt. addit* absens enim femina domum deduci non potest.). §. 9. Libertus si ad coniunctionem patronae vel patroni filiae aspirare tentaverit, in metallum deputatur.

XX. §. 1. Qui uxorem habet, eo tempore concubinam habere prohibetur, ne ab uxore eum dilectio separet concubinae.

*auferre qui dare potest libertatem. §. 18. Filia fa-*milias mortuo patre si in servi contubernio perseve-*raverit, pro tenore senatus consulti Claudiani conventa *efficitur ancilla.

TIT. XXI.B. DE DOTIBUS.

§. 1. Dos aut antecedit aut sequitur matrimonium, et ideo vel ante nuptias vel post nuptias dari potest: sed ante nuptias data earum exspectat adventum.

§. 1a. [u] *Mutus, surdus, caecus dotis nomine obligantur, quia et nuptias contrahere possunt.* §. 1b. *Manente matrimonio non perditurae uxori ob has causas dos reddi potest, ut sese suosque alat, ut fundum idoneum emat, ut in exsilium vel*[1] *in insulam relegato parenti praestet alimonia*[2]*, aut ut egentem virum, fratrem sororemve sustineat.*

§. 2. Lege Iulia de adulteriis[3] cavetur, ne dotale praedium maritus invita uxore alienet.

TIT. XXII. DE PACTIS INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. Fructus fundi dotalis constante matrimonio percepti lucro mariti[1] cedunt, etiam pro rata anni eius, quo factum est divortium. §. 2. Omnibus pactis stipulatio subiici debet[2], ut ex stipulatu actio nasci possit.

TIT. XXIII. DE DONATIONIBUS INTER VIRUM ET UXOREM.

§. 1. Mortis causa donatio est quae impendente metu mortis fit, ut est[1] valetudinis, peregrinationis, navigationis vel belli. §. 2. Manumissionis gratia inter virum et uxorem donatio favore libertatis recepta est, vel certe[2] quod nemo ex hac[3] fiat locupletior; ideoque servum manumittendi causa invicem sibi donare non prohibentur. §. 3. Inter virum et uxorem nec per interpositam personam donatio[4] fieri potest[5]. §. 4. Inter virum et uxorem contemplatione donationis imaginaria venditio contrahi non potest. §. 5. Superstite eo qui matrimonii tempore donaverat, ante decedente cui fuerat donatum, id quod donatum est penes donatorem remanet[6]. §. 6. Quocumque tempore contemplatione mortis inter virum et uxorem donatio facta est, morte secuta convalescit.

§. 6a. [v] *Si quis uxori ea condicione donavit, ut quod donavit in dotem accipiat, defuncto eo donatio convalescit.*

TIT. XXIII.A. DE ACTIONE RERUM AMOTARUM.

[x] *Mulier si in rem viri damnum dederit, pro tenore legis Aquiliae convenitur.*

TIT. XXIV. DE LIBERIS AGNOSCENDIS.

§. 1. Si serva conceperit et postea manumissa peperit, liberum parit[1]. §. 2. Si libera conceperit et ancilla facta pepererit, liberum parit: id enim favor libertatis exposcit. §. 3. Si ancilla conceperit, et medio tempore manumissa sit, rursus facta ancilla pepererit, liberum parit: media enim tempora libertati prodesse, non nocere etiam[2] possunt. §. 4. Ex ea muliere natus, quae ex causa fideicommissi manumitti debuit, si post moram libertati factam[3] nascatur, in-

---

XXI.B. [u] §. 1a. et 1b. EX L. 73. PR. §. 1. D. DE IURE DOT. Ritt. haec habet post §. 2. 1) Ita V. Hal. et in marg. Taurell. — Fl. *ut.* 2) V. Hal. *alimoniam.* 3) Goth. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *adulteris.*

XXII. 1) S. *marito.* 2) Goth. *debebit.*

XXIII. 1) Bo. Cui. 58. Ritt. Fabr. om. *est.* 2) S. i. m. *velut certe.* 3) Goth. Bo. Cui. 58. Ritt. Fabr. *hoc.* 4) Genev. i. m. *nec venditio fieri.* 5) Goth. *non p. S. d. hac lege permittitur fieri posse.* 6) Loco huius sententiae Cui. 58. eamque sequens Sch. aliam quoad verba sententiam ex l. 8. D. de reb. dub. posuerunt, nostram illam potius interpretationem quamdam genuinae Paulli sententiae esse existimantes: quamquam alia etiam interpretatio in Brev. exsistit, cui Sch. illam praemisit. Cui. 66. tamen reiecta prius verba rursus suscepit, quae ego quoque ut cett. edd. retinui, quamvis genuina Paulli verba potius in Dig. l. c. inveniri non omnino negaverim. L 8. cit. igitur haec habet: *Si inter virum et uxorem donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatum est, ad eum res redit, qui donaverat.* Haec hactenus Cui. 58. et Sch loco sententiae nostrae repraesentant. In Digestis porro legimus *Quodsi simul tam is, cui donatum est, quam is, qui donaverit, quaestionis decidendae gratia magis placuit valere donationem; eo maxime quod donator non supervivat, qui rem condicere possit.* Ritt. et Au. totum hunc locum post sent. 5. exhibent; quod et Fabrotus imitatus est, ne verbo quidem lectorem monens, interpretationem veterem, quam subiectus Cuiacii commentarius docet vulgo pro ipsius Paulli verbis circumferri, eamdem illam sententiam esse, ac quae huic ex Digestis sumptae praemissa est. [v] L. 59. D. DE DONAT. INT. V. ET U.; Au. hanc sent. non habet.

XXIIIA. [x] L. 56. D. AD LEGEM AQUIL., quam Sch. primum sub rubrica de actione rerum amot. proposuit, existimans Paullum his verbis fortasse discrimen inter damnum datum et furtum factum indicasse; de lege enim Aquilia Paullus non hoc secundo sententiarum libro tractavit. Ritt. hanc sententiam ad finem tituli antecedentis collocavit, Au. praetermisit.

XXIV. 1) Mon. Goth. Sav. et edd. Bo. S. Ritt. addunt *id enim favor libertatis exposcit* sive *extorsit.* 2) Goth. Cui. 86. Au. *non enim nocere.* 3) Sav. S. Ritt. Bi. *per m. l. f.* Cuii. Au. Fabr. Sch. ex Cuiacii emendatione

---

XXI.B. §. 1. Dos dicitur quae a parte sponsarum viris datur: quae tamen potest aut ante aut post nuptias dari. §. 2. Non indiget interpretatione.

XXII. §. 1. Fructus agri dotalis manente coniugio ad maritum pertinent: sed et illius anni, quo matrimonium divortio separatur, ad maritum pertinere certissimum est. §. 2. Interpretatione non indiget.

XXIII. §. 2. In coniugio haec sola donatio ex hac lege permittitur, ut mancipia sibi invicem, quae manumittant, non quae habeant, donare possint. §. 5. Si manente coniugio vir uxori vel uxor marito aliquid donaverit, si is, cui donatum est, prior mortuus fuerit, apud donatorem ea quae donata fuerant remanebunt. §. 6. Si inter maritum et uxorem matrimonii tempore mortis causa fuerit facta donatio, morte unius convalescit. nam in donationibus, quae mortis causa fiunt, haec verborum sollennitas custoditur: „illum agrum" aut „illam domum te malo habere quam me (*Ritt. emendat* me m. h. quam te), te quam heredes meos."

XXIV. §. 4. Si ea mulier, quae per fideicommissum manumitti iussa est, fideicommissario in praestanda libertate, quae ei mandata est, moram faciente, pepererit, qui natus est ingenuus nascitur; quia fideicommissarii tarditas in-

genuus nascitur. §. 5. Si mulier divortio facto gravidam se sciat, intra tricesimum diem viro denuntiare debet vel patri eius, ut ad ventrem inspiciendum observandumque custodes mittant: quibus missis [4] partum mulieris omnimodo [5] coguntur [6] agnoscere. §. 6. Si praegnantem se esse mulier [7] non denuntiaverit, vel custodes ventris [8] missos non admiserit, liberum esse patri vel avo natum non alere [9]. ceterum negligentia [10] matris, quo minus suus [11] patri heres sit, obesse non debet [12]. §. 7. Si mulier se ex viro praegnantem negat [13], permittitur marito ventrem inspicere et ventri custodes dare. §. 8. Venter inspicitur per quinque obstetrices; et quod maxima pars earum denuntiaverit, pro vero habetur [14]. §. 9. Obstetricem, quae partum alienum attulit, ut supponi possit, summo supplicio affici placuit.

§. 9a. [y] *Necare videtur non tantum is qui partum perfocat* [15], *sed et is qui abiicit, et qui alimonia* [16] *denegat, et is qui publicis locis misericordiae causa exponit, quam ipse non habet.*

TIT. XXIV.A. DE ADOPTIONIBUS.

[z] *Adoptare quis nepotis loco potest, etiamsi filium non habet.* §. 1. *Eum, quem quis adoptavit, emancipatum vel in adoptionem datum iterum non potest adoptare.*

TIT. XXV. QUEMADMODUM FILII SUI IURIS EFFICIUNTUR [1].

§. 1. Pater ab hostibus captus desinit [2] habere filios in potestate: postliminio vero reversus tam filios quam omnia sui iuris in potestatem recipit [3], ac si numquam ab hostibus captus sit. §. 2. [4] Singulae mancipationes [5] vel iisdem vel aliis testibus fieri possunt, vel eodem die vel intermisso tempore. §. 3. Emancipatio etiam die feriato fieri potest. §. 4. Apud magistratus municipales, si habeant legis actionem, emancipari et manumitti potest. §. 5. Filius familias emancipari [6] invitus non cogitur [7].

TIT. XXVI. DE ADULTERIIS.

*§. 1. [1] Capite secundo legis Iuliae de adulteriis per*mittitur patri, tam adoptivo quam naturali [2], adulterum *cum filia cuiuscumque [3] dignitatis domi suae vel ge*neri sui deprehensum *sua manu* [4] occidere. §. 2. *Filius familias pater si filiam in adulterio deprehende*rit, verbis quidem legis prope est, ut non possit oc*cidere; permitti tamen ei debet [5], ut occidat. §. 3. *Rursusque [6] capite quinto legis Iuliae cavetur, ut a*dulterum deprehensum viginti horis, attestando vicinos, [6*] *retinere liceat [7]. §. 4. Maritus in adulterio depre*hensos non alios quam infames, et eos qui corpore *quaestum faciunt, servos etiam [8], excepta uxore, quam *prohibetur, occidere potest. §. 5. Maritum [9], qui *uxorem deprehensam cum adultero occidit, quia hoc *impatientia iusti doloris admisit, lenius [10] puniri pla*cuit. §. 6. Occiso adultero dimittere statim maritus *debet uxorem, atque ita triduo proximo profiteri, cum *quo adultero et in quo loco uxorem deprehenderit. §. 7. Inventa in adulterio uxore maritus ita demum adulterum occidere potest, si eum domi suae deprehendat [11]. §. 8. Eum, qui in adulterio deprehen-

---

post m. l. f. Bo. *mora l. facta.* Mon. *si moram l. f.* 4) Mon. *omisso partu.* Sav. Goth. *quo omisso.* S. i. m. *quo missi.* Bo. *mittantur quoniam hi.* Sch. emendat *quibus non missis,* propter l. 1. §. 11. 12. D. de agn. et alend. lib. Sed interpretatio habet *quos dum miserint.* 5) Goth. Cui. 86. Au. *omnimodis.* 6) Goth. S. *cogantur.* 7) S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *m. se esse.* 8) Sav. Cui. 66. 86. Genev. Au. *ventri.* 9) Goth. S. *habere;* sed S. i. m. *alere.* Goth. i. m. *valere.* 10) Bo. *Negligentia autem.* 11) Sav. Mon. S. i. m. *suo.* 12) S. i. m. *poterit.* 13) Goth. *neget.* 14) Idem *h. p. v.* [y] L. 4. D. DE AGNOSC. ET AL. LIB. 15) V. Hal. *praefocat.* 16) V. *alimoniam.*

XXIV.A. [z] L. 34. D. DE ADOPTIONIBUS: quam Ritt. et Sch. sub hac rubrica proponunt, Au. ad finem tituli sequentis exhibet.

XXV. 1) S. *efficiantur.* 2) Cui. 86. Au. *desinet.* Goth. *desinat.* 3) Idem *recipiet.* 4) Bo. om. §. 2. 5) S. Cui. 58. Fabr. *emancipationes.* 6) Cui. 86. i. m. annotat, „al. *emancipare*“, et sic Au. in textu habet. 7) S. *invitus cogendus est.* sed i. m. *non potest,* Goth. *invitus em. cogendus est.* Bo. om §. 5.

XXVI. 1) §§. 1...6. huius tituli restituit Cui. Obss. XXI. 18. ex Coll. IV. 12. et eod. Ves; sed §. 3. a Coll. abest. 2) Coll. incipit: *permittitur tam adopt. q. n. patri.* 3) Coll. *cuiusque.* 4) Ves. om. *sua manu.* 5) Coll. *permittitur tamen etiam ei.* 6) Cui. 86. Au. Fabrot. om. *rursusque,* quod tamen Cui. in Obss. L. c. exhibet. 6*) Sch. coni. *ad testandos v.* 7) Cui. 86. Au. Fabrot. *valeat.* 8) Genev. Ritt. Sch. ex Coll. inserunt *et liberos.* 9) Scal. Vind. Verc. *maritus.* 10) Au. et Fabrot. *levius.* 11) Sav. Mon. Bo. S. Cui. 66. Genev. Bi. hanc edunt sent. *Inventam in adulterio uxorem m. i d. occidere p., si adulterum d. s. d.* Item Goth. Cui. 58. Fabrot. et Regino de eccles. discipl. II. 148., nisi quod habent *si adulterium d. s. d.* (Reg. *d. comprehendat.*). Genev. i. m. *si eam cum adultero deprehendat.* (Cf. Brisson. ad legem Iul. de adulter. cap. 4.). Cui. 58. coni. *Inventum in adulterio uxoris* etc. Nostram sent. Cui. 86. Ritt. Au. Sch. II ex Coll. receperunt (Cf. Cui. Obss. XXI. 18.); eamque Genev. quoque post illam superius allatam, Fabr. ante eamdem exhibet, et Fabr. praeterea in commentario tamquam aliam Cuiacii coniecturam profert. Sed in Coll post

---

genuitati eius obesse non poterit. §. 5. Si quaecumque mulier matrimonio per divortium dissoluto praegnantem se esse senserit, et hoc in notitiam mariti vel patris eius detulerit, ut ad inspiciendum vel observandum ventrem suum custodes mittant: quos dum miserint, partum mulieris, id est nativitatem sui heredis, compelluntur agnoscere. §. 6. Si post divortium praegnantem se mulier marito non indicaverit, vel custodes ad observationem ventris missos custodire non permiserit, potest pater vel avus eum qui natus fuerit non nutrire; sed negligentiam matris statutum est ei, qui natus est, in successione patris nocere penitus non debere, quin post mortem patris sine dubio (*Genev. addit* in hereditatem) succedat. §. 8. Quoties de mulieris praegnatione dubitatur, quinque obstetrices, id est medicae, ventrem iubentur inspicere; et quod plures ex ipsis se agnovisse dixerint, hoc certissimum iudicatur. §. 9. Haec interpretatione non indiget.

XXV. §. 1. Pater de captivitate reversus et filios in sua potestate recipit et facultates et familiam. (*Genev.*) §. 2. Interpretatione non eget.

XXVI. §. 7. Interpretatione non indiget.

sam[12] uxorem non statim dimiserit[13], reum lenocinii postulari placuit.

§. 9. [A] *Servi vero tam mariti quam uxoris in causa adulterii torqueri possunt, nec his libertas sub specie[14] impunitatis data valebit.*

*§. 10.[15] Duos uno tempore uxoris adulteros accusari *posse sciendum est: plures vero non posse. §. 11. *Cum his, quae publice mercibus vel tabernis exercen- *dis procurant, adulterium fieri non placuit. §. 12.[16] *Qui masculum liberum[17] invitum stupraverit, capite *punitur[18].

*§. 13. [B] *Qui voluntate sua stuprum flagitiumque im- *purum patitur, dimidia parte bonorum suorum mul- *tatur, nec testamentum ei ex maiore parte facere *licet.*

*§. 14. Adulterii convictas mulieres dimidia parte do- *tis et tertia parte bonorum ac relegatione in insulam *placuit coerceri: adulteris vero viris pari in insulam *relegatione dimidiam bonorum partem auferri, dum- *modo in diversas insulas relegentur. §. 15. Ince- *sti poenam, quae in viro in insulam deportatio est, *mulieri placuit remitti; hactenus tamen, quatenus lege *Iulia de adulteriis non apprehenditur. §. 16. An- *cillarum sane stuprum, nisi deteriores fiant, aut[19] per *eas ad dominam affectet, citra noxam habetur. §. 17.[20] *In causa adulterii dilatio postulata impartiri[21] non *potest.

TIT. XXVII. DE EXCUSATIONIBUS TUTORUM.

§. 1. Inimicitiae capitales, quas quis cum patre pupillorum[1] habuit, a tutelis excusant, ne paterno inimico pupilli committantur. §. 2. Ad curam eius, cuius quis tutelam administravit, invitus vocari non potest.

§. 2a. [C] *Quinquaginta dierum spatium tantummodo ad contestandas excusationum causas pertinet: peragendo enim negotio ex die nominationis continui quattuor menses constituti sunt.* §. 2b. [D] *Post susceptam tutelam caecus aut surdus aut mutus aut furiosus aut valetudinarius deponere tutelam potest.* §. 2c. *Paupertas, quae operi et oneri tutelae impar est, solet tribuere vacationem*[2].

TIT. XXVIII. DE POTIORIBUS NOMINANDIS.

§. 1. Non recte potiorem videtur nominare qui causam nominati[1] potioris non expresserit. §. 2. Potior quis esse debet non solum gradu[2] generis, sed et substantia rei familiaris.

§. 2a. [E] *Amicos appellare debemus non levi notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamilias honestis familiaritatis quaesita rationibus.*

TIT. XXIX. QUI POTIORES NOMINARE NON POSSINT[1].

§. 1. Libertus, quem pater tutorem dedit, si minus idoneus dicatur, excusari[2] quidem non potest, sed adiungi illi curator potest.

TIT. XXX. AD ORATIONEM DIVI SEVERI[1].

§. 1. Dolo tutoris curatorisve[2] detecto in duplum eius

---

v. *adulterum* repetitur, quod Sch. quoque et H., quonam in loco id delendum sit in medio relinquentes, iterum habent, v. *maritus*, pro quo Cramerus in *Ztschr. f. gesch. Rtsw.* I. p. 305. proponit *iratus*. Roeverus autem in codice Breviarii Leidensi verbotenus eam quam nos in textu exhibuimus sententiam se legisse asserit. Idem in aliis duobus codd. loco huius sent. hanc invenit interpretationem: *Tum demum uxorem maritus occidere licet, si eam cum adultero deprehendat.* Vide Oelrichsii thes. I. 1. p. 160. 12) S. Cui. 66. 86. Au. Fabr. *d. in adult.* 13) Goth. S. Cui. 66. Genev. *dimisit.* [A] §. 9 EX COLL. Sch. hoc loco, Cui. 86. Genev. Au. post §. 16. huius tituli posuerunt. 14) Pith. coni. *sub spe*, quod et Scal. habet. Struchtmeyer animadv. p. 82. coni. *ob spem.* Roever. l. c. p. 183. emend. *sola spe.* 15) §§. 10...12. 14...16. ex eod. Ves. edidit Cui. Obss. l. c. 16) §. 12. etiam in Coll. V. 2. exstat. 17) Scal. om. *liberum.* 18) Pith. *punietur.* Vind. Verc. *puniatur.* [B] §. 15. EX COLL. V. 2. primum Cui. 86. recepit. 19) Cui. 86. haud dubie operarum errore habet *ad*, unde fortasse natum est quod Au. et Fabrot. scripserunt, *ac.* 20) Dig. in l. 41. ad leg. Iul. de adult., cui inscribitur *Paull. libro primo sent.*, similem habent sententiam, quam, ut Sch., supra lib. I. tit. 12. §. 7c. exhibuimus. Au., Cuiacii coniecturam sequens, ad h. l. in margine annotat „L. 41. D. ad leg. Iul. de adulter., quae tribuitur prim. lib. sed recte ad hunc lib. refertur." 21) Codd. Cui. *impediri.* Cui. secundum Dig. coni. *impetrari*, et sic Genev. i. m., Cui. 86. Au. in textu. Regino l. c. II. 150. hanc sent. referens inserit *si manifestum fuerit.*

XXVII. 1) Sav. Mon. Goth. et Bo. *defunctorum.* [C] L. 38. D. DE EXCUSAT. TUT. — Ritt. om. hanc sent. [D] §§. 2b. 2c. EX L. 40. PR. §. 1. D. EODEM. 2) Ad hunc titulum et Vat. fragm. §. 172. pertinere videtur, ubi legitur: *Pro t . . . ut est Latinus Iunia(nus) . . . (codi)cillis ad testamentum non pertinen(tibus) . . .*

XXVIII. 1) Goth. S. *nominatim.* 2) Iidem *a gradu.* [E] L. 223. §. 1. D. DE V. S., cuius principium inveneris supra lib. II. tit. 12. §. 6a.

XXIX. 1) Goth. Bo. S. Cui. 58. Fabr. *qui potior nominari non possit.* sed Cuiacius annotatione monet ex libris scriptis legendum esse *qui potiores nominare non possint.* 2) Goth. et Genev. i. m. *recusari*

XXX. 1) Sav. Mon. Bo. S. i m. *ad rationem D. S.* Goth. cod. Cui. *de ratione D. S.*; S. Cui. 58. *de oratione D. S.*; Ritt., Cuiacii emendationem sequens, scripsit *de rationibus distrahendis.* sed cf. Vaticana fragm. §. 158. et Zimmernii *Geschichte des R. Privatrechts.* I p. 912., qui quidem hanc rubricam partem fuisse rubricae superioris a compilatore Gotthico dilaceratae putat. Haud dubie sententia huic rubricae subiecta potius ad titulum de rationibus distrahendis referenda est, sed Gotthorum perversitates non temere correxerim. 2) Bo. *tutores curatoresve.*

XXVII. §. 1. Si cum patre minorum aliquis graves inimicitias habuisse cognoscitur, a tutela pupillorum merito excusatur, ne inimico paterno parvulorum defensio committatur.

XXVIII. §. 2. Qui potior ad tutelam eligendus est, non solum pupillo generis affinitate propinquior, sed et facultatibus debet magis idoneus approbari.

XXIX. §. 1. Si a patre filiis minoribus libertus tutor fuerit derelictus, si parum idoneus videtur, excusari quidem ab actione tutelae non potest, sed potest illi curator adiungi.

XXX. §. 1. Quicquid tutor minoribus fraudaverit, in duplum restituet. (*Genev*)

pecuniae condemnatione conveniuntur, qua minorem fraudare voluerunt.

TIT. XXX.A. DE TUTELAE ET RATIONIBUS DISTRAHENDIS.

[F] *Postumo tutor datus, non nato postumo, neque tutelae, quia nullus pupillus est, neque pro tutore, quia nulla significatio est, neque negotiorum gestorum iudicio tenetur, quia administrasse negotia eius, qui*[1] *natus non esset, non videtur: et ideo utilis in eum actio dabitur.*

TIT. XXXI. DE FURTIS.

§. 1.[1] Fur est qui dolo malo[2] rem alienam contrectat. §. 2. Furtorum genera sunt quattuor: manifesti, nec manifesti, concepti, et oblati. manifestus fur est qui in faciendo deprehensus est, et qui[3] intra terminos eius loci, unde quid sustulerat, deprehensus[4] est, vel antequam ad eum locum, quo[5] destinaverat[6], perveniret[7]. nec manifestus fur est qui in faciendo[8] quidem deprehensus[9] non est, sed eum furtum[10] fecisse negari non potest. §. 3. Concepti actione is tenetur, apud quem furtum quaesitum et inventum est[11]. oblati actione[12] is tenetur, qui rem furtivam alii obtulit, ne apud se inveniretur. §. 4. Furti actione is agere potest, cuius[13] interest rem non perdidisse[14]. §. 5. Concepti is[15] agere potest, qui rem concepit et invenit. oblati is agere potest, penes quem res concepta et inventa[16] est. §. 6. Manifesti furti actio et nec manifesti et concepti et[17] oblati heredi quidem competit, sed in heredem non datur. §. 7 Servus, qui furtum fecerit damnumve dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, noxae dedi[18] potest. §. 8. Si servus furtum fecerit, deinde manumissus fuerit aut alienatus, cum ipso manumisso[19] vel emptore agi potest; noxa enim caput sequitur[20]. §. 9. Filius familias si furtum fecerit, deinde emancipetur[21], furti actio in eum datur; quia in omnibus noxa caput sequitur. §. 10. Non tantum qui furtum fecerit, sed etiam is, cuius opera[22] aut consilio furtum factum fuerit, furti actione tenebitur[23]. §. 11.[24] *Rei hereditariae, antequam ab herede possideatur, fur-*tum fieri non potest.* §. 12. Qui[25] meretricem libidinis causa rapuit et celavit, eum quoque furti actione teneri placuit. §. 13. Furti manifesti actio praeter poenam quadrupli, ipsius rei persecutionem[26] genere vindicationis et condictionis continet. §. 14. Furti oblati[27] actio adversus eum, qui obtulit, tripli est poena, et ipsius rei repetitio[28]. §. 15. Furti quocumque genere condemnatus famosus efficitur[29]. §. 16. Quaecumque in caupona vel in meritorio stabulo diversoriove perierint, in exercitores eorum furti actio competit. §. 17. *Si res vendita ante traditio-*nem subrepta sit, emptor et venditor furti agere pos-*sunt; utriusque enim interest rem tradi vel tradere. *§. 18. Siquid in nave rateve perierit, furti actio in *exercitorem navis datur[30].* §. 19. Rem pignori datam debitor creditori subtrahendo furtum facit; quam si[31] et ipse similiter amiserit[32], suo nomine persequi potest. §. 20. Pater[33] vel dominus de ea re, quae filio familias vel servo subrepta est, furti agere potest: interest enim ei deferri actionem, qui de peculio convenitur. §. 21. Si rem, quam tibi commendavi[34], postea subripui, furti actio competere tibi non poterit:

XXX.A. [F] L. 24. D. DE TUTELAE ET RATION. DISTRAH. — Ritt. Au. Sch. hanc sententiam titulo 3o. subiecerunt; et Ritt. quidem §pho 1. eius tit. praemisit, Au. et Sch. postposuerunt. 1) Fl. *quia.*

XXXI. 1) §§. 1...5. et 15. etiam in Coll. VII. 5. inveniuntur. 2) Coll. om. *dolo malo.* 3) Pith. om. *qui.* 4) Coll. *unde furatus est, comprehensus.* 5) Verc. Scal *quem.* 6) Bo. *aestimaverat* 7) Coll. *pervenerit* Goth. i. m. *pervenerat.* 8) Coll. vulgo *est fur, qui intra rapiendo.* Ritt. coni. *in rapiendo.* et ita Blumius habet. Vonckius coni. *inter rapiendum.* 9) Coll. *comprehensus.* 10) Coll. om. *furtum.* Malim *quem furtum.* 11) Coll. *c. a. t., a. q. f. est inventum.* Goth. om *et.* 12) Bo. *oblatione.* Vind. om. *is.* 13) Sav. Goth. Bo. *cui.* 14) Coll. Sav. Cui. 86. Au. *perisse.* Goth. S. om. *rem.* sed S. i. m. *rem perisse.* 15) Coll. *conceptiva autem.* Pith. i. m. *concepti is autem.* 1 Cann. coni. *concepti vero actione* 16) Coll. vulgo *concepti inv.* Pith. coni. *concepta inventa*, et ita Blum.; Genev. ad Coll. i. m. *concepta i.* (intellige *id est*) *inventa est.* 17) S. *ac.* 18) Bo. *tradi.* Goth. *dari.* In edicto Theoderici §. 117. haec sententia ita refertur: *Servus si furtum fecerit vel damnum cuilibet dederit, nisi eius dominus hoc pro sui qualitate reddere vel sarcire paratus sit, noxae eum dare cogitur.* 19) Sic Cui. 58. et sqq. — Mon. Sav. i. m. Goth. Bo. S. *manumissore.* 20) Cf. edict. Theod. § 120. *Si servus furtum fecerit et manumissus a domino fuerit vel venditus alteri vel donatus, causam de furto tum ipse manumissus dicat, vel ille qui eum emit, aut cui donatus est. noxa enim semper caput sequitur.* 21) Goth. *mancipetur.* 22) Cui. 58. Ritt. Fabr. Sch. H. *ope.* In capitular. lib. VII. cap. 340., ubi haec sent. exstat, legitur *opere.*; in edicto Theoderici § 120. *opera vel consilio* 23) Goth. Cui. 58 Fabr. *tenetur.* 24) §§. 11. 17. 18. 22. 26...31. 33...36. ex cod. Ves. restituit Cui. Obss. XXI. 19. 25) Cui. 66. 86. et Genev. i. m., Ritt. Au. *qui non m.* Ceterum Cuiacius non Paulli, sed interpretis alicuius hanc sententiam esse putavit: cf. §. 31. h. t. et l. 39. 82. §. 2. D. de furtis. 26) S. Cui. 66. Genev. *prosecutionem.* 27) Sav. Mon. Goth. edd. Bo. S., Cui. 86 i. m., Au. *concepti.* 28) S. Cui. 66. Genev. Sch. H. *restitutio.* sed S. i. m. ut cett. edd. *repetitio.* 29) Sent. 15. in Coll. primum locum obtinet: ibi est *damnatus* pro *condemn.* Goth. addit *id est infamis.* Capitular. additio III. cap. 101., ubi haec sent. refertur, habet *infamis efficitur.* 30) Au. §§. 17. 18. ad finem tituli reiecit. 31) Goth. S. *quod et* S. i. m. *quasi.* 32) Bo. S. i. m. *admiserit.* 33) Goth. S. inserunt *mater* sed S. i. m annotat id abesse a nonnullis exemplaribus. 34) Bo. Fabrot *commodavi.*

XXXI. §. 1. Fur est qui rem alienam fraude intervenientе contigerit. §. 6. Furtorum genera heres eius, qui furtum pertulit, prosequi potest: eius vero heredes, qui furtum fecerat, ad poenam criminis teneri non possunt. § 7. Si servus alicui furtum fecerit vel damnum dederit, si dominus eius pro eo reddere noluerit, tradere eum vindictae pro qualitate facti debebit. §. 8. Si servus furtum fecerit et postea aut manumissus aut venditus fuerit, aut is, qui manumissus est, pro furti redhibitione tenebitur, aut emptor eius; quia noxa semper caput sequitur. §. 13. Furti manifesti poena quadrupli est, et ipsius rei, quae est sublata, redhibitio. §. 14. Siquis rem furtivam alteri obtulit, ne apud ipsum inveniretur, tripli poena est, et ipsius rei redhibitio, quae sublata cognoscitur. §. 20. Si filio fami-

rei enim nostrae furtum facere non possumus. §. 22. *Qui furtum quaesiturus est, antequam quaerat, debet *dicere quid quaerat, et rem suo nomine et sua spe-*cie designare [35].* §. 23. Si, cum furtum quis quaerit, damnum iniuriae [36] dederit, actione legis Aquiliae tenebitur. §. 24. [37] Ob indicium comprehendendi furis praemium promissum iure debetur [38]. §. 25. Sive segetes [39] per furtum sive quaelibet arbores caesae sint, in duplum eius rei nomine reus convenitur [40]. §. 26. *Si servum [41] communem quis furatus sit, so-*cio quoque actio furti dabitur. §. 27. Qui pro *derelicto rem iacentem occupavit, furtum non com-*mittit, tametsi [42] a domino derelinquendi animo reli-*ctam. §. 28. Si servus furtum fecerit cum domino, *praeter rei condictionem [43] furti actio in dominum da-*tur. §. 29. [44] Fullo et sarcinator, qui polienda vel *sarcienda vestimenta accepit, si forte his utatur, ex *contrectatione eorum furtum fecisse videtur; quia non *in eam causam [45] videntur accepta. §. 30. Frugi-*bus ex fundo subreptis tam colonus quam dominus *furti agere possit [46]; quia utriusque interest rem *persequi [47]. §. 31. Qui ancillam non meretri-*cem libidinis causa subripuit furti actione tene-*bitur; et si suppressit, poena legis Faviae [48] coer-*cetur.* §. 32. Qui tabulas cautionesve subripuit in adscriptam summam furti actione tenebitur: nec interest [49] cancellatae necne sint; quia [50] ex his debitum magis solutum esse comprobari potest [51]. §. 33. *Qui servo fugae consilium dedit furti quidem actione *non tenetur, sed servi corrupti. §. 34. Res sub-*repta si in domini potestatem reversa sit, cessat furti *actio. §. 35. Qui furandi animo conclave effregit *vel aperuit, sed nihil abstulit, furti actione conveniri *non potest, iniuriarum potest. §. 36. Qui rem suam *furatur ita demum furti actione non tenetur, si alteri *ex hoc non noceatur.* §. 37. Servus, qui in fuga est, a domino quidem possidetur, sed dominus furti actione eius nomine non tenetur, quia in potestate eum non habet.

§. 37a. [G] *Servus etiam in fuga positus si furtum fecerit, nisi pro sui qualitate dominus solvere paratus sit pro culpa, eum aut dare praesentem aut absentem cedere cogendus est.*

TIT. XXXII. DE OPERIS [1] LIBERTORUM.

§. 1. Egentem patronum libertus obligatione doni, muneris, et [2] operarum solutus alere cogendus est pro modo facultatum suarum.

---

35) Au. hanc §. ante §. 19 ponit. 36) Cui. 58. Ritt. Fabr. *iniuria.* 37) Sav. Mon. Bo. hanc sent. post sequentem habent. 38) Cf. edict. Theod. § 135. *Quod promissum fuisse constiterit, ut fur comprehendatur, merito debetur et oportet exsolvi.* 39) Au. *seges.* Codd. Sichardi om. *per furtum.* 40) Cf. edict. Theod. §. 151. *Sive seges aliena sive quaelibet arbor cuiusque dolo deiecta fuerit, aut aliquid damni provenerit, in quadruplum eius nomine qui hoc fecerit addicatur.* 41) Genev. *servulum.* 42) Ita Cui. ex Ves. — Genev. Ritt. *tamen si.* Ritt. coni. *ita tamen si.* Sch. coni. *tametsi non.* 43) Genev. *conditionem.* 44) §§. 29...32. et in l. 82. D. de furtis exstant. Genev. §§ 29...31. omittit, et §. 32. post §. 35. ponit. 45) In Dig. insertum est *ab eo.* 46) Sic cod. Ves. et Dig. Fl., sed Hal. et V. *possunt.* 47) Cf. edict. Theod. §. 146. *De frugibus ab aliquo ex fundo cuiuslibet sublatis tam colonus quam dominus, quia utriusque interest, agere potest.* 48) Au. Fabr. *Fabiae.* 49) Dig. Cui. 58. Ritt. Fabr. *refert.* 50) Goth. *quae.* 51) Sic codd. Cui. edd. Ritt. Sch. H. et Dig. sed Goth. S. Bi. *debitum solutum interest comprobari.* Sav. Mon. codd. Cui. edd. Bo. Cui. 66. 86. Genev. Au. *dissolutum i. c.* Cui. 58. Fabr. *dissolutum esse c. potest.* [G] EX. L. ROM. BURG. TIT. 15. Sch. hanc sententiam apposuit.

XXXII. 1) Codd. Cui. *operibus.* 2) Cui. 58. Ritt. Fabr. om. *et.*

---

lias vel servo furto aliquid sublatum fuerit, ad patrem vel dominum furti actio pertinebit; quia merito eis haec actio datur, ex quorum personis solent aliquoties conveniri. §. 23. Si, cum furtum quis quaerit, damnum alicui dederit vel iniuriam fecerit, secundum legem Aquiliam in duplum damni illati redhibitione multatur. §. 32 Qui tabulas aut cautiones furto abstulerit, ad eam summam redhibitionis, quam tabulae vel chartae sublatae continent, furti actione tenebitur: nec interest utrum cautiones ipsae sine aliqua litura sint, an fuerint caraxatae aut forsitan iam solutae.

XXXII. §. 1 Siquis ita fuerit manumissus, ut nec donum nec operas patrono praestare deberet, et patronus eius egens fuerit effectus, eum pro modo facultatum suarum pascere et sustentare compellatur.

IULII PAULLI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER TERTIUS.

TIT. I.A. DE BONORUM POSSESSIONIBUS.

[A] *Quotiens is, cui bonorum possessio ab altero postulata est, furere coeperit, magis probatum* [1] *ratum eum videri habuisse: rati enim habitio ad confirmationem prioris postulationis* [2] *pertinet.* [B] *Si is, cui ignoranti petita est bonorum possessio, decesserit, heres eius intra tempora petitionis ratam eam habere non potest.*

TIT. I. DE CARBONIANO EDICTO.

§. 1. Si fratri puberi controversia fiat, an pro parte impuberis differri causa debeat variatum est: sed magis est ut differri non debeat [1].

TIT. II. DE BONIS LIBERTI.

§. 1. In bonis liberti prior est patronus, quam filius alterius patroni; itemque prior [1] est filius patroni, quam nepos alterius patroni. §. 2. [2] Libertus duos patronos heredes instituit [3]: alter eorum vivo liberto moritur: is qui superest contra tabulas testamenti bonorum possessionem recte postulat. §. 3. Libertorum hereditas in capita, non in stirpes, dividitur [4]; et ideo si unius patroni duo sint liberi [5], alterius quattuor, singuli viriles, id est aequales, portiones habebunt. §. 4. Patronus vel patroni liberi [6] ex parte dimidia heredes instituti aes alienum [7] liberti pro portionibus exsolvere coguntur [8].

§. 4a [C] *Sicut testamento facto decedente liberto potestas datur patrono vel libertatis causa imposita petere vel partis bonorum possessionem, ita et cum intestato decesserit, earum rerum electio ei manet.* §. 4b. [D] *Liberto per obreptionem arrogato ius suum patronus non amittit.*

TIT. III. DE LEGE FABIANA [1].

§. 1. Ea, quae in fraudem patroni a liberto quoquo modo alienata sunt, Fabiana formula tam ab ipso patrono quam a liberis eius revocantur.

TIT. IV.A. DE TESTAMENTIS.

§. 1. Testamentum facere possunt masculi post completum [1] quartum decimum annum, feminae post duodecimum. §. 2. Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique [2] pubescunt, i. e. anno

---

I.A. [A] L. 16. D. DE BONOR. POSS. 1) V. Hal. *probatur.* 2) Fl. *postulati.* [B] L. 7. D. RATAM REM HAB.

I. 1) Ita Sav. Mon. Goth. et pleraeque edd; sed Bo *Si fratri puberi et impuberi c. f., pro parte impuberis differri causam ratum est: sed magis est, ut puberis differri non debeat.* Ritt. Sch. H. ex Cui. coni. *si fratri impuberi . . . puberis differri c. d.* etc. Malim *Si fratri puberi et impuberi . . . an pro parte puberis* etc. Cf. interpret.

II. 1) Genev. *potior.* 2) Goth. S. Ritt. *Si lib.* 3) Cui. se in quibusdam codd. legisse refert *patronos habere instituit,* et sic etiam S. i. m habet. Cui. coni. *duos patronos habuit*; quod Cui. 86. et Genev. i. m, Au. in textu exhibent. Schultingius emendat *duos patronos habens alios heredes instituit.* 4) S. *dividetur* 5) S. *liberti.* 6) S. iterum *liberti.* 7) Goth. S. *debitum.* sed S. i m. *aes alienum.* 8) Cui. 58. 66. Genev Fabr. Sch. H. *cogantur.* [C] L. 20. D. DE IURE PATRON. [D] L. 49. D. DE BON. LIBERT.: Ritt. hanc sent. ante §. 4a. habet.

III. 1) S. *Fabia.* — Sch. putat Paullum scripsisse *de actione* aut *de formula Fabiana.*

IV. A. 1) Goth. *impletum.* 2) S. i. m. annotat

I. §. 1. Siquis contra duos fratres, id est unum puberem, cuius aetas curatorem habere potest, et alterum impuberem, causam habeat, si frater qui senior est propter personam fratris minoris, ne causam dicat, se voluerit excusare, ille qui senior est pro sua causa vel persona respondere compellitur: quod, etiamsi curatorem non habeat, adhibere sibi cogetur. nam adultus se per personam pupilli penitus non excusat.

II. §. 2. Si libertus duos patronos heredes scripserit, et unus ex ipsis patronis vivente liberto mortuus fuerit, ad illum patronum, qui superest, quod ambobus dimiserat pertinebit. §. 4. Si liberto mortuo patronus vel patroni filii, cum secundum paginam testamenti in dimidia eius hereditate successerint, debitum liberti pro portionum suarum quantitate restituant.

III. §. 1. Si libertus aliqua ex bonis suis hoc animo alienaverit, ne ad patronum vel filios patroni inter hereditaria corpora perveniant, id quod hoc ordine per fraudem alienatum constiterit, potest a patrono vel filiis ipsius revocari.

decimo octavo [3]. §. 3. Filius familias, qui militavit[3*], de castrensi peculio, tam communi quam proprio iure, testamentum facere potest. castrense autem [4] peculium est quod in castris acquiritur, vel [5] quod proficiscenti ad militiam datur. §. 4. Caecus testamentum potest facere, quia accire [6] potest adhibitos testes et audire sibi testimonium perhibentes.

§. 4a. [E] *Qui manus amisit testamentum facere potest, quamvis scribere non possit.*

§. 5. Furiosus tempore intermissi furoris [7] testamentum facere potest. §. 6. Mulieri, quae luxuriose vivit, bonis interdici potest [8]. §. 7. [9] Moribus per praetorem bonis interdicitur hoc modo „Quando tibi [10] „bona paterna avitaque [11] nequitia tua disperdis, li„berosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem [12] „tibi ea re [13] commercioque interdico". [14] §. 8. Qui ab hostibus captus est testamentum quasi servus facere non potest. sane valet testamentum id quod ante captivitatem factum est, si revertatur, iure postliminii; aut si ibidem decedat, beneficio legis Corneliae [15], qua lege etiam legitimae tutelae [16] hereditatesque firmantur. §. 9. In insulam relegatus, et in opus publicum ad tempus damnatus, quia retinet civitatem, testamentum facere potest, et ex testamento capere [17]. §. 10. Plures quam septem ad testamentum adhibiti non nocent. superflua enim facta prodesse iuri tantum, nocere [18] non possunt. §. 11. In adversa corporis valetudine mente captus eo [19] tempore testamentum facere non potest [20]. §. 12. Prodigus recepta vitae sanitate ad bonos mores reversus et testamentum facere et ad testamenti sollennia adhiberi potest. §. 13. Ex his, qui ad testamentum adhibentur, siqui sint, qui Latine nesciant vel non intelligant, sed tamen [21] sentiant cui [22] rei intersint, adhibiti [23] non vitiant testamentum.

§. 13a. [F] *Repetundarum damnatus nec ad testamentum nec ad testimonium adhiberi potest* §. 13b. *Hermaphroditus an ad testamentum adhiberi possit qualitas sexus incalescentis ostendit.* §. 13c. [G] *Singulos testes, qui in testamento adhibentur, proprio chirographo annotare convenit, quis et cuius testamentum signaverit.*

TIT. IV.B. DE INSTITUTIONE HEREDUM 1.

§. 1. Condicionum duo sunt genera: aut enim possibilis est, aut impossibilis. possibilis est quae per rerum naturam admitti potest; impossibilis, quae non potest: quarum ex eventu altera exspectatur, altera, impossibilis [2], submovetur. §. 2. Condiciones contra leges et decreta principum vel bonos mores adscriptae nullius sunt momenti [3]; veluti „si uxorem non duxeris", „si filios non susceperis", „si homicidium feceris", „si barbaro habitu processeris" [4] et his similia. §. 3.

a nonnullis codicibus abesse *plerique.* 3) Goth. *annorum X. et VIII.* Bo. *annorum decem et octo.* Cui. 86. Au. *annorum decimo octavo.* Ceterum haec verba non ab Paullo scripta, sed ab interprete aliquo adiecta esse nonnulli haud absque ratione putant. Cf. Sch., et Dirksenii *Beiträge* p. 53. Fortasse natum est signum *XVIII.* ex *XIIII.* 3*) Ritt. coni. *militat.* 4) Cui. 86. Au. *enim.* 5) S. *et,* sed i. m. *vel.* 6) Sav. Mon. S. Cui. 86. Au. *scire.* [E] L. 10. D. QUI TEST. FAC. Ritt. ante §. 8. habet. 7) S. *intermissae furiae.* 8) §. 6., quae et in l. 15. pr. D. de curat. furios. exstat, Cui. 58. primum inter Paulli sentt exhibuit ex cod. Paris. 4403. 9) Sav. Mon. Goth. Pariss., edd. S. Bo. hic habent rubricam *de eo, cui moribus interdicitur,* et ante §. 8. *item de testamentis,* quam Cui. in ed. 58. delevit utramque. 10) Cui. 58. Ritt. Fabr. *tua.* Bo. *tradis.* 11) Sic Cui. 58. emendavit quod antea scriptum erat *aliaque* aut *habita quae.* emendationem hanc tuetur cod. Mon. 12) S. i. m. et codd. Cui. *ab ea re,* hi quidem omittentes quod mox sequitur *ea re.* 13) Mon. Goth. codd. Cui. et edd. Bo. Cui. 66. 86. Genev. *aere,* sed Cuii. et Genev. i. m. *ea re.* Sav. *here.* S. i. m. *arcere.* 14) Ritt. Au. Sch. ex l. 15 § 1. D. de curat. furios. hic ponunt hanc sent.: *In bonis curatoris privilegium furiosi furiosaeve servatur. Prodigus et omnes omnino, etiamsi in edicto non fit eorum mentio, in bonis curatoris decreto privilegium consequuntur.* sed haec quidem partem huius tituli facere vix crediderim, neque tamen ad quemnam alium huius libri titulum referenda sint, facile dixerim. 15) Goth. S. inserunt *valet.* 16) Bo. *quia lege ista leg. tut.* 17) Goth. Bi. *retinent . . . possunt* etc. Bo *relegati . . . damnati . . . retinent . . . possunt et testamentum capere.* 18) Bo. *superflui e. facto p viri tantum n.;* Goth. *viri . . . noceri ;* Cui. 58. *prodesse, iuri tamen nocere;* et Genev. i. m. *tamen.* 19) S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *eodem.* 20) Cf. l. 17. D. qui test. fac. 21) Bo. S. Cui. 86. Au. *si tamen.* 22) Mon. Goth. Sav. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *cuius.* 23) Bo. *adhibitione.* [F] §§. 13a. 13b. EX L. 15. PR. §. 1. D. DE TESTIBUS. [G] L. 30. D. QUI TEST. FAC; Au. hanc ante L. 15. cit. ponit. Idem in fine huius tituli addit duas sententias ex L. 18. D. ad leg. Cornel. de falsis. Cf. infra tit. 6 §. 14a. §. 15. et ad eos locos annotatio.

IV B. 1) Hanc rubricam Cui 66. auctoritate Cons. IV. apposuit, indeque novum titulum V. incepit: quod Cui 86. et Genev. imitantur. Sed nos cum Ritt. Sch. H. Bi. alio modo hos duos titulos 4.A et B designavimus. Cf. supra lib. I. tit. 13B. annot. 1. 2) Cui. 58. Ritt. Fabr. om. *impossibilis.* 3) Cons. IV. ita habet: *pacta vel condiciones c. l vel d. p. v. b. mores nullius s. m.* 4) Sic Goth. et cod. Sichardi, edd. Cui. 58. 66. Genev. Sch. Bi. — Sav. Mon. Ves. cod. Sichardi, edd. Cui.

IV.A. §. 3. Quicquid filius familias aut armis acquirit in castris, vel quod ei proficiscenti ad militiam datur, de eo testari potest. (*Genev.*) §. 8. Qui ab hostibus captus fuerit, in captivitate positus quia servus est, non potest facere testamentum. sed siquod testamentum ante fecit, si redierit, iure postliminii valet; sed si ibidem defecerit, beneficio legis Corneliae (qua lege etiam legitimae tutelae hereditatesque firmantur, *S.*) valet. §. 9. Qui pro aliquo crimine ad tempus aut in insulam relegatur aut in metallum deputatur, quia perpetuam damnationem non habet, et testamentum facere potest, et siquid ei ex testamento derelictum fuerit, obtinebit. §. 11. Mente alienatus qualibet valetudine testamentum facere non potest; reversus ad mentem sanitatis facere potest. (*Genev.*) §. 13. Inter reliquos subscriptores, qui ad testamentum adhibentur, potest et ipse qui Latine nescit testis adhiberi. (*Genev.*)

IV.B. §. 1. Si aliquis in testamento suo condicionem heredi constituat, quam prius impleat quam hereditatem praesumat, merito ad eam implendam, quia possibilis videtur, exspectandum tempus istud est, ut non praesumatur hereditas, quamdiu condicio (ad integrum *addit Genev.*) impleatur. nam si impossibile aliquid heredi fuerit iniunctum, quod impleri penitus non potest, talis condicio statim submovenda est, quia nullum scripto heredi impedimentum facit. §. 3. Quoties in testamento heres evidenter qui sit scriptus non exprimitur, nulla firmitas est he-

Quoties non apparet [5] quis sit heres institutus, institutio non valet: quod evenit si testator plures amicos unius nominis habeat. §. 4. Heredes aut instituti aut substituti dicuntur: instituuntur primo gradu, substituuntur secundo vel tertio scripti [6]. §. 5. Substituere quis et pure et sub condicione potest, et tam suis quam extraneis, tam puberibus quam impuberibus. §. 6. In quot vult uncias testator hereditatem suam dividere potest. impleto asse, sine parte heredes [7] instituti ad prioris assis semissem aequis portionibus veniunt. §. 7. Servus alienus cum libertate heres institutus institutionem non infirmat; sed libertas, ut alieno, supervacue data videtur. §. 8. Filio et extraneo aequis partibus heredibus institutis si praeterita accrescat, tantum suo [8] avocabit, quantum extraneo: si vero duo sint filii instituti, suis tertiam, extraneis dimidiam tollit. §. 9. Talis est postumorum institutio „Siqui post mortem meam postumi nati fuerint, heredes sunto" [9]. si vivo eo nascantur [10], rumpunt testamentum. §. 10. Nepos postumus, qui [11] in locum patris succedere potest, ab avo aut heres instituendus est aut nominatim exheredandus, ne agnascendo rumpat testamentum.

§. 10a. [II] *Filius familias si militet [12], ut paganus nominatim a patre aut heres scribi aut exheredari [13] debet: iam sublato edicto divi Augusti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exheredaret [14].*

§. 11. Qui semel constituit ad se hereditatem pertinere, ac [15] se rebus eius immiscuit, repudiare eam non potest, etiamsi damnosa sit.

§. 11a. [I] *Pater quotiens filio mandat adire, certus esse debet an [16] pro parte an ex asse, et an ex institutione an ex substitutione, et an ex testamento an ab intestato filius suus heres exsistat.* §. 11b. *Mutus pater vel dominus filio vel servo heredibus institutis magis est ut, si intellectu non careat, nutu iubere possit adire hereditatem, ut ei iure eius commodum quaeri possit: quod facile explicari possit [17] scientia litterarum.* §. 11c. *Mutus servus iussu domini pro herede gerendo obligat dominum hereditati.*

TIT. V. AD SENATUS CONSULTUM SILANIANUM [1].

§. 1. Hereditas eius, qui a familia [2] occisus esse dicitur, ante habitam quaestionem adiri non potest, neque bonorum possessio postulari. §. 2. Occisus videtur non tantum qui per vim aut per caedem interfectus est, velut iugulatus aut praecipitatus, sed et is qui veneno necatus dicitur. honestati enim heredis convenit qualemcumque mortem testatoris [3] inultam non praetermittere [4]. §. 3. Domino occiso de ea familia quaestio habenda est, quae intra tectum fuerit, vel certe extra tectum cum domino eo tempore, quo occidebatur [5]. §. 4. Qui occisus dicitur, si constet eum sibi quoquo modo manus intulisse, de familia eius quaestio non est habenda, nisi forte prohibere potuit nec prohibuit. §. 5. Neroniano sena-

86. Au. et i. m. Genev. *larvali habitu p.* Goth. i. m. S. *barbaro vel latronali h. p.* Bo. *aut si a lite non cesseris.* 5) Bo. Goth. inser. *quidem.* 6) S. Goth. *instituitur... substituitur ... scriptus.* 7) S. Cui. 66. 86. Genev. *heredis.* Porro Bo. *ad priores asses instituti in semissem.* 8) Goth. Cui. 86. Au *de suo* Inferius Goth. *de extraneo.* 9) Cui. 58. Ritt. Fabr. *mihi estote.* S. *suntote.* Goth. *sint toti* Bo. *sunt. Item si.* etc. Idem om. *nati.* 10) Goth. *nascuntur.* 11) Bo. om. *qui.* [II] L. 26. D. DE LIB. ET POST. HERED. Au. et hanc sent. et §§. 11a... 11c. ante §. 9. posuit. 12) Hal. *similiter.* 13) Hal. *exhereditari.* 14) Fl. *exheredet.* 15) Cui. 58. Ritt. Fabr. *aut.* [I] §§. 11a... 11c. EX L. 93. PR. D. DE ACQUIR. VEL OMITT. HERED. 16) Hal. om. *an.* 17) Hal. *q facilius e poterit.*

V. 1) Edd. pleraeque habent *Syllanianum.* Bo. *Sileyanum.* Cui. 58. Fabr. Sch. II. *de senatusconsulto Silaniano.* Goth. *titulus ad sc. Silaniano.* 2) Goth. *fam. sua.* 3) Mon. S. inserunt *invitam.* 4) Bo. *permittere.* 5) Goth. Bo. S. *eum dominus eo tempore occidebatur.* sed S. i. m. *cum domino e. t., cum occidebatur.* Cui.

redis. nam si evenit, ut testatori amici plures uno nomine nuncupentur, debet testator quem de illis heredem appellat rebus evidentibus declarare. §. 4. Qui testamenta faciunt, sicut instituere heredes, ita et substituere (tam suis quam extraneis *Genev.*) possunt. nam qui primo gradu heredes scripti sunt, instituti appellantur; qui secundo, substituti; qui tertio, scripti vocantur: quia usque ad tertium gradum heredes substituere pro testatoris voluntate permissum est, hoc est ut secundum voluntatem testatoris ita substitutio ordinata servetur; ea tamen ratione, ut, sicut committitur fidei heredis, sic quibuscumque verbis testator iniunxerit, hereditas defuncti ab instituto ad substitutum valeat pervenire. §. 5. Substitutio et pure, id est sine condicione, fieri potest; hoc est ut, cum ad substitutum hereditas pervenerit, ad tertium heredem non debeat pervenire. sub condicione autem ita quis substituitur, ut, cum ille mortuus fuerit, ad tertium heredem, id est scriptum, hereditas, quae est ab eodem tenta, perveniat. Quae tamen substitutio tam in suos heredes quam in alienos, et tam puberes quam impuberes fieri potest, hoc est et in pupillos et in adultos. §. 6. In quot vult uncias testator assem suum in diversos heredes dividere potest, ut faciat, si voluerit, et XV et XX uncias et in maiori numero: aut certe, si voluerit, et in minori potest, hoc est aut VII aut IX, aut quot voluerit in minori modo uncias facere, potest. Si vero XII uncias impleverit, id est totum assem, in testamento suo, et postmodum alteri dicat „Ille heres mihi esto", et non dicat in quot uncias: quia nihil impleto asse in hereditate remansit, illi, qui in XII uncias heredes nominatim instituti sunt, medietatem tollunt, et medietatem ille qui post impletum assem heres est posterior sine portione aliqua nominatus. Quodsi heredes instituti in XII uncias inveniantur et postmodum heredem his verbis testator instituat, ut dicat „Ex reliqua parte ille heres mihi esto", ei, qui sic institutus est, nihil debetur, quia impleto asse nihil quod ei testator reliquerit dignoscitur remansisse. §. 7. Si servum alienum aliquis data libertate heredem instituerit, institutio quidem facta valebit, sed libertas alieno servo data valere non poterit. §. 8 Siquis filium suum et extraneum aequis partibus testamento scribat heredes, filia praetermissa tantum de portione germani sui, quantum de extraneis revocabit si vero duo filii fuerint heredes scripti, filia praetermissa duobus fratribus tertiam tollit, et extraneis dimidiam §. 9. Si pater moriens in testamento suo, sciens uxorem se praegnantem habere, ita scribat, ut siqui filii post mortem ipsius nati fuerint, heredes sint: si post mortem patris nati fuerint, valeat testamentum. nam si post testamentum vivo patre nati fuerint, et testamentum pater non mutaverit, rumpent testamentum.

V. §. 1. Quicumque a familia sua occisus fuerit, hereditas illius ab herede adiri non potest, nisi prius de familia

tus consulto cavetur, ut occisa uxore etiam de[6] familia viri quaestio habeatur, idemque ut iuxta uxoris familiam observetur[7], si vir dicatur occisus. §. 6. Servi, qui sub eodem tecto fuerint[8], ubi dominus perhibetur[9] occisus, et torquentur et puniuntur, etsi testamento occisi manumissi sint[10]. sed et hi torquentur, qui cum occiso in itinere fuerunt. §. 7. Servi de proximo si, cum possent ferre[11], auditis clamoribus auxilium domino non tulerunt, puniuntur. §. 8. Servos, qui[12] in itinere circumdatum a latronibus dominum per fugam deseruerunt[13], apprehensos et torqueri et summo supplicio affici placuit. §. 9. Habetur[14] de familia quaestio et si heres testatorem occidisse dicatur: nec interest an[15] extraneus an ex liberis sit. §. 10.[16] Hereditas a fisco ut indignis aufertur his primum, qui, cum interfectus esset testator, apertis tabulis testamenti vel ab intestato adierunt hereditatem, bonorumve possessionem acceperunt: amplius his et in centum millia sestertiorum poena irrogatur. nec refert a quibus pater familias nec quemadmodum occidatur.[17] §. 11. In disponenda eorum quaestione, quorum dominus dicitur interemptus, hic ordo servatur: primum ut constet occisum dominum; deinde ut liqueat de quibus ea quaestio habenda sit; atque ita de reis inquirendum. §. 12. Etsi percussor certus sit, tamen de familia habenda quaestio est, ut caedis mandator inveniri possit. §. 13. Omnibus, qui contra voluntatem defuncti faciunt, ut indignis aufertur hereditas, si nihil testamento in fraudem legis fuerit cautum[18]. §. 14. Sive falsum sive ruptum sive irritum dicatur esse testamentum, salva eorum disceptatione, scriptus heres iure in possessionem mitti desiderat. §. 15. Si inter heredem institutum et substitutum controversia sit, magis placuit[19] eum in possessionem rerum hereditariarum mitti, qui primo loco scriptus est. §. 16. Scriptus heres ut statim in possessionem mittatur iure desiderat. hoc post annum iure impetrare non poterit. §. 17. In eo testamento, quod nec ut oportuit oblatum, nec publice recitatum est, heres scriptus[20] in possessionem mitti frustra desiderat. §. 18. In possessionem earum rerum, quas mortis tempore testator non possedit, heres scriptus, priusquam iure ordinario experiatur, improbe mitti desiderat.

TIT. V.A. DE IURE CODICILLORUM.

[K] *Litterae, quibus hereditas promittitur vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non obtinent.*

TIT. VI. DE LEGATIS.

§. 1. Per praeceptionem uni ex heredibus numi legati, qui domi non erant, officio iudicis familiae herciscundae a coheredibus[1*] praestabuntur. §. 2. Ante heredis institutionem legari non potest: inter medias heredum institutiones, sive alter sive uterque adeat, potest; interdum dimidium interdum totum debetur[1]: dimidium, si per vindicationem legatum sit; totum, si per damnationem.

§. 3. [L] *Post diem legati cedentem actio, quae inchoata non est, ad heredem non transmittitur.*

§. 4. Communi servo cum libertate et sine libertate legari potest, totumque legatum socio testatoris acquiritur. §. 5. Post mortem heredis legari non potest, quia nihil ab herede heredis[2] relinqui potest. §. 6. In mortis tempus tam suae[3] quam heredis eius legata conferri[4] possunt, hoc modo „Lucio Titio, eum

86. quoque et Au. habent *eum occid.* 6) S. i. m. *a.* 7) Bo. *atque iuxta* etc. Goth. S. *idque iuxta u. f. observatur.* 8) Goth. Cui. 58. Ritt. Fabrot. *fuerunt.* 9) Cui. 86. Au. *probatur.* 10) S. i. m. Cui. 86. Au. *dicantur.* 11) Bo. *scire.* 12) Goth. S. *quicunque*, sed S. i. m. *qui.* 13) Goth. S. *deserunt.* 14) S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *habebitur.* 15) Iidem et Goth. om. *an.* 16) §§. 10. . . 12. primum exstant in Cui. 66. 17) In codice Parisiensi 4406. sub titulo „*de quaestione hereditatis*" ante sentt. 11. et 12. huius tituli haec leguntur: „*titulus ex corpore, eo supra: In summa tamen sciendam* (l. *sciendum*), *et de his omnibus habendum* (*habendam*) *esse quaestionem, qui in suspicione quacunque ratione veniunt.*" Dein his verbis: *it. alia ex corpore ipso*, transitus fit ad §§. 11. et 12. huius tituli. Vide Hauboldi Opuscc. academm. tom. II. p. 927. 18) Bo. *captum.* 19) Goth. *placet.* 20) Cui. 58. Ritt. Fabr. post v. *testamento*, Cui 66. 86. Genev. Au. in utroque loco habent *heres scriptus.*

V. A. [K] L. 17. D. DE IURE CODICILL.; Au. hanc sent. ad finem tituli 6. collocavit.

VI. 1*) Bo. *ab heredibus.* 1) Sav. et edd. pleraeque habent *potest. Interdum* etc.; Cui. 58 inde a verbis *interd. dim.* novam paragraphum inchoavit, quod Ritt. Fabr. Sch. H. secuti sunt. Sed Mon. Goth S. Bi. ita distinguunt *potest: int. . . totum: debetur dim.* Goth. pro *debetur* habet *debitum.* Bo. ita habet *s. aliter, sive ut quis adeat, potest int. d. i. t. totum legari.* Cui. quoque in codice quodam invenit *legari*, unde in ed. 58. ex coni. posuit *debetur legatariis*, quod Ritt. Fabr. Sch. H. receperunt. Göschenius Obss. iur. Rom. cap. II. *debetur* plane delendum esse censet. Equidem putaverim post v. *potest* excidisse copulam *et*, ut haec sit sententia *interd. . . potest, et* (sc. *hoc quidem casu*) . . . *debetur:* etc. [L] EX CONS VI Cui. 66. primum hanc sent. recepit, eamque Ritt. et Sch. 3b. fecerunt. 2) Goth. *heredi.* S. *heredibus heredi.* 3) Goth. S. *sua.* 4) Ita Cui. pro *confirmari* scriben-

quaestio fuerit ventilata et mors occisi fuerit vindicata. §. 13. Heredi scripto, qui aliquid contra ultimam defuncti fecerit voluntatem, ut indigno aufertur hereditas, si tamen nihil contra leges in eius testamento fuerit comprehensum. §. 15. Si inter institutum et substitutum heredem intentio de hereditate nata fuerit, ille in possessionem rerum hereditariarum mittendus est, qui institutus magis probatur, quam is qui legitur substitutus.

VI. §. 1. Si testator uni ex heredibus pecuniam, quam in substantia non reliquit, dari praeceperit, numi, qui in legato relicti sunt, legatario tempore divisionis a coheredibus implebuntur. §. 5. Constitutum est, ut siquis heredi suo iniunxerit, ut eius heres cui dixerit solvat, haec condicio valere non debeat: quia ille, qui heres relinquitur, quem sit heredem habiturus incertum est. §. 6. Siquis faciens testamentum iniungat heredi, ut tempore, quo ipse heres moritur, legatum legatario tradat, valet legatum.

moritur, do lego," aut „heres meus dare damnas[5] esto." §. 7. Per vindicationem legatum etsi nondum constituerit legatarius ad se pertinere, atque ita post apertas tabulas ante aditam hereditatem decesserit, ad heredem suum[6] transmittit.

§. 7a. [M] *„Illud aut illud utrum elegerit legatarius", nullo a legatario electo, decedente eo post diem legati cedentem, ad heredem transmitti placuit.*

§. 8. Si res obligata creditori, cuius causam testator non ignoravit[7], per damnationem legata sit, luitio[8] ad heredis sollicitudinem spectat. §. 9. Servo fataliter interempto legatarii damnum est, quia legatum nulla culpa heredis intercidit. §. 10. Damnari heres potest, ut alicui domum exstruat, aut aere alieno eum liberet. §. 11. Sinendi modo[9] tam corporales res, quam quae in iure consistunt, legari possunt; et ideo debitori id, quod debet, recte legatur. §. 12. Eius rei, quae legata est, exemplo heredis partem agnoscere, partem[10] repudiare legatarius non potest. §. 13. Legatum nisi certae rei sit[11] et ad certam personam deferatur, nullius est momenti. §. 14. Siquis sibi et Titio[12] legatum adscripserit, magis est ut totum legatum ad coniunctum pertineat.

§. 14a. [N] *Uxori legatum in alieno testamento scribere[13] non prohibemur[14].*

§. 15. Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit[15] ut suspectus a tutela removendus est, ad quam[16] ultro videtur affectasse[17]. §. 16. Rem legatam testator si postea pignori vel fiduciae dederit, ex eo voluntatem mutasse non videtur. §. 17.[18] Ususfructus uniuscuiusque rei legari potest, et aut ipso iure constituetur aut per heredem praestabitur. ex causa quidem[19] damnationis per heredem praestabitur; ipso autem iure per vindicationem. §. 18. Furiosi et[20] aegrotantis et infantis[21] ususfructus[22] utiliter relinquitur. horum enim alius resipiscere, alius convalescere, alius crescere potest. §. 19. Ancillae usufructu legato partus eius ad fructuarium non pertinent[23]. §. 20. Gregis usufructu legato, grege integro[24] manente, fetus ad usufructuarium pertinent, salvo eo, ut quicquid gregi[25] deperierit, ex fetibus impleatur[26]. §. 21. Areae usufructu legato aedificia in ea[27] constitui non possunt. §. 22. Accessio alluvionum ad fructuarium fundum[28], quia[29] fructus fundi non est, non pertinet: venationis vero et aucupii reditus ad fructuarium pertinet[30]. §. 23. Servos[31] nec torquere, neque flagellis caedere[32], neque in eum casum facto suo perducere usufructuarius potest, quo deteriores fiant[33]. §. 24. Fructu legato si usus non adscribatur, magis placuit usumfructum videri adscriptum. fructus enim sine usu esse non potest[34]. §. 25. Si alteri usus, alteri fructus legatus sit, fructuarius in usum concurrit, quod in fructu usuarius facere non potest. §. 26. Cum[35] coniunctim duobus usumfructum do lego[36], legatum altero mortuo ad alterum in solidum pertinebit. §. 27. Usufructu legato de modo utendi cautio a fructuario solet interponi, et ideo perinde omnia[37] se usurum[38], ac si optimus pater familias uteretur[39], fideiussoribus oblatis cavere cogetur.

§. 27a. [O] *Arbores vi tempestatis, non culpa fructu-*

---

dum esse censuit, eamque scripturam codice Mon. firmatam Bi. in textum recepit. In initio Sch. putat deesse *legatario.* 5) S. *Dares damnes* sed i. m. *dare.* 6) Goth. Bo. S. Ritt. inserunt *legatum.* [M] L. 19. D. DE OPT. V. ELECT. LEG.: Au. hanc sent. omisit. 7) Goth. S. Cui. 58. Ritt. Fabr. *ignorat.* 8) Goth. S. *solutio.* 9) Cui. verba *sinendi modo* ab Aniano perperam inserta esse iudicavit. Cf. Sch. ad h. l. 10) S. *partim a partim.* 11) Bo. om. *sit.* 12) Goth. *tibi et alio.* S. *sibi et alii.* sed hic i. m. *Titio.* [N] L. 18. PR. D. AD LEG. CORNEL. DE FALS. Cf. tit. 4A. §. 13c. annot. 13) Hal. *adscribere.* 14) Rehd. *prohibentur.* 15) Goth. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *adscripserit.* 16) Bo. inserit *se.* 17) In l. 18. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals. ex Paulli sentt. lib. 3. haec proferuntur: *Qui se filio testatoris impuberi tutorem adscripsit, etsi suspectus esse praesumitur, quod ultro tutelam videbitur affectasse, tamen si idoneus esse approbetur, non ex testamento, sed ex decreto tutor dandus est: nec excusatio eius admittetur, quia consensisse videtur voluntati testatoris.* 18) Rubricam *de usufructu,* quam codd. Sav. Mon. Goth. Pariss., edd. Bo. S. hoc loco habent, Cui. 58. expunxit: Genev. tamen illam absque numero interposuit. 19) Goth. om. *quidem* et infra *autem.* 20) S. i. m. *aut.* 21) Sic Cui. 58. ex coni., quam secuti sunt Ritt. Au. Sch. H. Bi.; vulgo *furioso, aegrotanti et infanti.* Cui. 66. 86. Genev. emendationem illam i. m. adscriptam habent, ubi Genev. addit *al. furioso quidem etc.* Fabrotus pro *aegrotantis* habet *ignorantis.* 22) Goth. inserit *eius.* 23) Goth. *pertinet.* 24) Goth. *gregem in integrum.* S. Ritt. *grege in integro.* 25) Goth. S. *gregibus.* 26) Cui. 58. et Fabr. om. *salvo eo* etc. quae Cuiacius interpretis esse putavit. 27) Cui. 58. Fabr. *eo.* 28) Goth. S. *usufructuarium f.* Sch. coni. *fundi.* Catharini coni. *ad fundum, non ad fructuarium . . . pertinet.* V. Meermani thes I. p. 780. 29) S. *qui.* 30) S. *pertinent.* 31) Goth. S. Cui. 66. Genev. *servus.* 32) Goth. *nec torquetur neque f. ereditur.* 33) S. *deterior fiat.* Goth. *quid deterius f.* 34) Goth. Sav. Mon. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *possunt.* 35) Goth. Bo. om. *Cum.* Secundum Vatican. fragm. §§. 47. 57. 75. crediderit aliquis Paullum scripsisse *Coniunctim duobus ususfructus do lego legatus, altero mortuo etc.* 36) Bo. *usum delego.* 37) Fortasse *omnibus.* 38) Bo. Cui. 58. Ritt. Fabr. *facturum.* 39) Goth. *ut credatur.* [O] §§. 27a... 27c. EX L. 59. PR. §. 1. 2. D. DE USUFR. ET QUEMADM.: Au. has sententias post §.

---

§. 7. Constitutum est, ut legatum vindicationis, id est quod non exspectato herede legatarius praesumit, etiam non praesumptum a legatarii herede praesumatur. §. 8. Si pro debito pignus depositum fuerit creditori, et testamento suo debitor id, quod pignus posuerat, per damnationem ipsi creditori legati titulo derelinquat, creditor secundum testamentum legatum possidet, et debitum ab heredibus recipiet testatoris. §. 9. Servus nominatim legati titulo dimissus si mortuus fuerit, legatario non debetur. § 14. Siquis sibi et alii in alterius testamento legatum adscripserit, ad illum, quem sibi adiunxerit, magis quam ad eum, qui pro se scripserit, totum legatum poterit pertinere. §. 25. Si duobus ita legetur, ut alteri usus, alteri fructus legetur relictus, fructuarius cum fructu usum praesumit: quod ei, qui usum acceperit, de fructibus non licebit. §. 26. Si duobus in communi ususfructus legati titulo dimittatur, et unus ex ipsis mortuus fuerit, legatus ususfructus ex integro ad eum, qui superfuerit, pertinebit.

arii, eversas ab eo substitui non placet. §. 27b. *Quicquid in fundo nascitur, vel*[40] *quicquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet: pensiones quoque iam antea*[41] *locatorum agrorum, si ipsae quoque specialiter comprehensae sint*[42]. *sed ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter exceptae*[43], *potest usufructuarius conductorem repellere.* §. 27c. *Caesae arundinis vel pali compendium, si in eo quoque fundi*[44] *vectigal esse consuevit, ad fructuarium pertinet.* §. 28. Ususfructus amissus ad proprietatem recurrit. amittitur autem quinque modis: capitis minutione, rei mutatione[45], non utendo, in iure cessione, dominii comparatione. §. 29. Capitis minutione amittitur, si in insulam fructuarius deportetur, vel si ex causa metalli servus poenae[46] efficiatur, aut si[47] statum ex arrogatione vel adoptione mutaverit. §. 30. Non utendo amittitur ususfructus, si possessione fundi biennio fructuarius non utatur, vel[48] rei mobilis anno[49]. §. 31. Rei mutatione amittitur ususfructus, si domus legata[50] incendio conflagraverit aut ruina perierit, licet postea restituatur. §. 32. In iure cessione amittitur ususfructus quoties domino proprietatis eum fructuarius in iure cesserit. §. 33. Finitur ususfructus aut morte aut tempore: morte, cum usufructuarius moritur[51]; tempore, quoties ad certum tempus ususfructus legatur, velut biennio aut triennio. §. 34. Fundo vel servo legato tam fundi instrumentum quam servi peculium ad legatarium pertinet[52]. §. 35. Quaerendorum fructuum causa esse videntur qui opus rusticum faciunt, et monitores[53] et villici et saltuarii; item boves aratorii, aratra, bidentes[54], et falces putatoriae; frumentum quoque ad sementem repositum. §. 36. Cogendorum fructuum[55] causa comparata instrumento[56] cedunt, velut corbes, alvei, falces messoriae et faenariae, item molae olivariae. § 37. Conservandorum fructuum causa comparata instrumento cedunt, velut dolia, cupae, vehicula rustica, cibaria[57], pistores, asini, focariae[58]; item ancillae quae vestimenta rusticis faciunt, scotra[59] quoque et sutor continebuntur. §. 38. Uxores eorum, qui operantur, magis est ut instrumento cedant. Pecora quoque, et pastores eorum, stercorandi causa comparata, instrumento continentur. §. 39. Ea autem, quae custodiae[60] magis causa quam[61] ad usus patris familias[62] eo delata sunt, instrumenti nomine non continentur[63]. § 40. Uxores vero[64] eorum, qui mercedes praestare consueverunt, neque instructionis neque instrumenti appellatione continentur. §. 41. Piscationis et[65] venationis instrumentum ita demum instrumento fundi continetur, si ex his maxime fundi reditus cogatur[66]. §. 42. Fructus percepti instrumento fundi ita demum cedunt, si ibidem absumi a testatore consueverant[67]. §. 43. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, semina quoque et cibaria debebuntur. §. 44. Fundo cum omni instrumento rustico et urbano et mancipiis, quae ibi sunt, legato, tam supellex quam aeramentum, itemque argentum, et vestes, quae ibi pater familias instruendi[68] gratia habere solet, debebuntur; item ea mancipia, quae usui patri familias[68*] esse solent, itemque aves et pecora, quae instruendarum[69] epularum gratia in fundo comparata sunt: exceptis his, quae ibi custodiae causa deposita sunt. §. 45.[70] Fundo legato „uti[71] optimus maximusque est" retia apraria et cetera[72] venationis instrumenta continebuntur: quae etiam ad instrumentum pertinent[73], si quaestus[74] fundi ex[75] maxima parte in venationibus[76] consistat. §. 46. Fructus, qui solo cohaerebant mortis testatoris tempore, ad legatarium pertinent; ante percepti ad heredem. §. 47.[77] Fundo legato cum mancipiis et pecoribus et[78] omni instrumento rustico et urbano, peculium actoris ante testatorem defuncti, si ex eodem[79] fundo fuerit, magis placet ad legatarium pertinere. §. 48. Actor vel colonus ex alio fundo in eodem constitutus, qui cum omni instrumento legatus erat, ad legatarium non pertinet, nisi eum ad ius[80] eius fundi testator voluerit pertinere. §. 49.[81] Adiunctiones, quas fundo legato testator ex diversis emptionibus applicaverat, le-

---

18. habet. 40) Hal. om. *vel.* 41) Hal. *ante.* 42) V. *sunt.* Hal. et V. post *sed* inserunt *et.* 43) Hal. *n. fuerit sp. exceptum.* 44) Hal *in eo fundo.* 45) Goth *permutatione.* 46) Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. *pene.* 47) Goth. *et si.* 48) Cui. 58. Ritt. Fabr. om. *vel.* 49) Ritt. huic sent. sequentem praemittit. 50) Noodtius, Obss. lib. II. cap. XXII., de usufructu lib. II. cap. XI., censuit omittendum esse *legata,* aut scribendum *si domus usufructu legato.* 51) Goth. *morietur.* 52) Goth. *pertinent.* Sch. propter l. 24. D. de pecul. leg. et l. 14. D. de supellect. leg. putat, Paullum scripsisse *non p.*, aut Anianum male contraxisse quae plenius et distinctius Paullus exposuisset. 53) Goth. S. *munitores.* 54) Goth. *videntes.* S. *tridentes.* sed i m. *bidentes.* 55) Bo. *fr. colligendorum.* Goth. S. *condendorum fr.*, sed S. i. m. *cogendorum.* 56) Bo. et hic et in §. 37. *sub instr.* 57) Ritt. secundum Cuiacii interpretationem *vehicula, rustica cibaria.* Goth. *et cibaria.* 58) S. i. m. *soccariae.* 59) Cui. 86. Au. *scutra.* Goth. *scrupta.* S. coni. *scrapta.* Roever in Oelrichsii thes. I. 1. p. 159. emendat *scortea.* 60) Goth. *custodiendi.* 61) S. *quod.* 62) S. Cui. 58. Ritt. Fabr. Sch. H. Bi. *patrisfamiliae.* 63) Au. §. 39 cum sent. 38. una serie coniunxit, sententiam 40. autem omisit. Quare Fabrotus, ne numeros Au. editionis turbaret, sentt. 39. et 40. ut §§. 1. 2. sententiae 38., quae ibi numerum 41. habet, insignivit, itaque singulis Cuiacii interpretationem subiecit. 64) Cui. 58. Ritt. Fabr. om. *vero.* 65) Bo. *vel.* S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *piscatoris et.* 66) Bi. *cogantur.* 67) Cui. 58. Ritt. Fabr. *consueverunt.* 68) Goth. *instrumenti.* 68*) Bi. *patrisfam.* 69) Bo. *ferendarum.* 70) Cf. l. 22. pr D. de instructo vel instrum. leg. 71) Goth. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. „*ita ut*". 72) Hal. inserit *quae* et dein habet *instrumento*, inferius autem om. *quae etiam.* 73) Sch. H. Bi. *q. e. a. instrumenta p.* Cui. 58. Ritt. Fabr. *quod e. a. instrumentum pertinet.* Fl. *quod ..instrumenta p.* 74) Fl. *quaesitus*, sed littera *i* recentiore manu deleta est. 75) Goth. *et.* 76) V. *venatione.* 77) Cf. l. 22. cit. § 1. 78) Goth. S. *cum.* S. i. m. *et* 79) Goth. om. *eodem.* 80) Goth. Bo. S. *rem.* sed S. i. m. *ius.* Fort. *instrumentum.* Bg. 81) Bo. om. §. 49.

gatario cedere placuit. §. 50. Instructo[82] praedio legato, fabri ferrarii, item tignarii[83], putatores, et qui instruendi fundi gratia ibidem morabantur, legato cedunt. §. 51. Instructo fundo legato, libri quoque et bibliothecae, quae in eodem fundo sunt, legato continebuntur[84]. §. 52. Servum studendi gratia ex eodem fundo, qui cum mancipiis fuerat legatus, alio translatum ad legatarium placuit pertinere. §. 53. Fundo ita ut possederat legato, mancipia tam urbana quam rustica, itemque aurum[85] et vestes, quae eodem tempore in fundo comprehenduntur, ad legatarium pertinent. §. 54. Pascua[86], quae postea comparata ad fundum legatum testator adiunxerat, si eius appellatione contineantur, ad legatarium pertinent. §. 55. Quicquid in eadem domo, quam instructam legavit pater familias, perpetuo instruendi se gratia habuit, legatario cedit. §. 56. Instructa domo legata, ea[87] legato continentur, quibus domus munitior vel tuta ab incendio praestatur; [88] tegulae, specularia et vela[89] legato continebuntur; item aeramenta[90], lecti, culcitae[91], pulvini[92], subsellia, cathedrae, mensae, armaria, delphicae, pelves, conchae[93], aquimanilia[94], candelabra, lucernae, et similia quacumque materia expressa. § 57 Domo legata, balneum eius, quod publice praebetur, nisi alias separetur, legato cedit. §. 58. Domo cum omni iure suo, sicut instructa est, legata, urbana familia, item artifices et vestiarii et zetarii[95] et aquarii eidem[96] domui servientes legato cedunt. §. 59. Omnibus, quae in domo suut, legatis, cautiones debitorum rationesque servorum legato cedunt[97]. §. 60. [98] Mobilibus legatis aurum vel argentum non debetur, nisi de his[99] quoque manifeste sensisse testatorem[100] possit ostendi. §. 61. Instrumento cauponio legato ea debentur, quae in cauponis usum parata sunt, velut vasa, in quibus vinum defunditur[101]; escaria[102] quoque et pocularia vasa[103] debentur. sane ministri earum rerum legato non cedunt[104]. §. 62. Instrumento medici legato, collyria et emplastra et apparatus omnis conficiendorum medicamentorum, itemque ferramenta legato cedunt. §. 63. Instrumento pictoris legato colores, penicilli[105], cauteria et temperandorum colorum vasa debebuntur[106]. §. 64. Pistoris instrumento legato, cribra, asini, molae et servi, qui pistrinum exercent, item machinae, quibus farinae subiguntur, legato cedunt. §. 65. Instrumento balneatorio legato, balneator ipse, et scamna, et hypodia[107], fistúlae[108], miliaria, epistomia[109], rotae aquariae, iumenta quoque, quibus ligna deferuntur, legato cedunt. §. 66. Instrumento piscatoris legato et retia[110] et nassae et fuscinae et naviculae, hami quoque et cetera eiusmodi usibus destinata debentur. §. 67. Supellectile legata capsae, [111] armaria non solum librorum, aut quae vestis ponendae gratia parata sint[112], debebuntur[113], sed et byssina[114] et cristallina, et argentea et vitrea[115] vasa, tam escaria[116] quam pocularia[117], et vestes stratoriae legato cedunt. §. 68. Villis vel agris separatim legatis alterum alteri cedit. §. 69. Servis legatis[118], ancillae quoque debebuntur[119]: non item servi, legatis ancillis. sed ancillarum appellatione tam virgines, quam servorum pueri continentur[120], iis[121] scilicet exceptis, quae fiduciae datae sunt. § 70. Servis ama-

82) Goth. Bo. et hic et in sqq. §§. *structo*. Goth. plerumque etiam habet *strumentum* pro *instrumentum*. 83) Goth. *tegnarii*. Bo. Cui. 58 Au. Fabr. et i. m. Cui. 66. 86. Genev. *lignarii*. 84) Cui. 58. Ritt. Fabrot. *continentur*. 85) S. i. m. Cui. 86. Au. *argentum*. 86) Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *pascuaria*. 87) Goth. *a* S. *in*. 88) S. *ut t*. 89) S. *et tela*. Cui. 58. Ritt. Fabr. om. *et*. 90) Bo. *stramen*. 91) Ita Cui. 86. et recentiores edd. pleraeque. Al. *culcitrae*. 92) Bo. Cui 58. Ritt. Fabrot. *pulvinaria*. 93) Codd. Cui. Goth. et Bo. Cui. 66. Genev. om. *conchae*. 94) Ita Bo. Cui. 86. Au. (Cf. Cui. Obss. X 13.) Goth. *aquae maniliae*. Reliqui *aquiminalia*, quod etiam in L. 3. pr. D. de suppellect. leg. (ex Paull. lib. 4. ad Sabin.) legitur, ubi tamen Fl. manu recentiore *aquiminaria*. 95) S. *zytharii*. 96) Goth. S. Cui. 66 86. Genev. Au. *et eidem*. 97) Cui propter l. 12. §§. 4. 5. D. de instructo vel instrum. leg., et l 92. §. 1. de legat. III. putat Paullum scripsisse *emptionesque servorum . . non cedunt*. Schultingio quoque placet *non cedunt*. Cf. l. 86 pr. D. de legat. I. et l. 41. §. 6. l 78 §. 1. D. de legat. III. 98) Bo. om. §§. 60. 61 99) Cui. 58 Fabr. *eis* 100) Genev *testator*. 101) Ita ex cod. Ves. primum Cui. 86. et Genev.; S. Cui. 58. 66. Fabr. et i. m. Genev. *diffunditur*. 102) Cui. 66 86. i. m. et Au. in textu *scaria*. 103) Goth. S. *pocula et v*. 104) Goth. addit *caupones tabernarii dicuntur:* glossam, quae ex margine in textum irrepsit. 105) Bo. *pinsuli*. S. *pensuli*. sed i. m. *penicilli*. Goth. *pensoli*. Ritt. coni. *peniculi*. 106) Cui. 58. Fabr. Ritt. *debentur*. 107) Goth. S. *podia*. sed S. i. m. *hypodia*. Lege *hypopodia*. 108) S. i. m. *situlae*. 109) Sav. Mon. Goth. edd. Cuii. Genev. Au. Fabr. *epitomia*. Cf. Sch. 110) Goth. Cui. 58. Fabr. om. *et*. 111) Sch. annotat „an *capsae et armaria?*" 112) Bynkershockius, Obss. IV. cap. 6, propter l. 3. §. 2 D. de supell. legat. emendat *non quae solum librorum aut vestis p. g. p. s.;* Püttmannus Obss. II. cap. 9. n. 6. proponit *quae non librorum solum aut vestis p. g p s*, sed necessariam hanc transpositionem esse recte negat. 113) Cui. 58 Fabr *sunt, debentur*. 114) Cui. ad h l. et Salmas. ad ius Attic. cap. 23. emendant *myrrina*. 115) S. i. m. *aurea, alias vitria*. 116) Goth. *scaria*, et sic Cui. 66. 86. i. m., Au in textu: haec tamen postea corrigit *escaria*. 117) Bo *potoria*. S. *pocula*. Goth. *pecula*. 118) Goth. S. *Serv. do lego legatis*. 119) Cui. 58 Fabr. *debentur*. 120) Bo. ex interpretatione *quam puberes vel impuberes accipiendae sunt*. 121) Cui. 58. Fabr.

§. 52. Si aliquis agrum cum mancipiis per legatum reliquerit, quicumque exinde discendi artificii causa alibi translatus fuerit, inter alia eius fundi mancipia ad legatarium pertinebit. §. 56. Hic de domus conversatione, non de villa dicit.
§ 68 Siquis per testamentum cuicumque legati titulo agrum reliquerit, et villam reliquisse videtur: si vero villam reliquerit, et agrum reliquisse cognoscitur. § 69 Servis legati titulo dimissis, tam pueri quam ancillae debentur; quia masculorum appellatione etiam feminae continentur. ancillis vero legatis servi non continentur. Ancillarum autem appellatione tam virgines quam puberes vel impuberes accipiendae sunt, exceptis quae testator loco pignoris posuerit.

nuensibus legatis, omnes [122], qui ex conversatione urbana et in ministerio fuerint [123], debebuntur, nisi ex his aliqui perpetuo ad opus rusticum transferantur. §. 71. Venatores servi vel aucupes an inter urbana ministeria contineantur dubium remansit: et ideo voluntatis est quaestio. tamen si [124] instruendarum quotidianarum epularum gratia habentur, debentur [125]. §. 72. Muliones et iustitores[126] inter urbana ministeria continentur; item opsonatores, et vestiarii, et cellararii [127], et cubicularii, et arcarii, et coqui [128], placentarii, tonsores, [129] pistores, lecticarii, stabularii [130]. §. 73. Pecoribus legatis quadrupedes omnes continentur, quae gregatim pascuntur. §. 74. Iumentis legatis boves non continentur: equis vero legatis equas quoque placuit contineri. ovibus autem legatis agni non continentur, nisi annuales [131] sint. §. 75. Grege ovium legato arietes etiam continentur. §. 76.[132] Avibus legatis anseres, phasiani, gallinae, et aviaria debebuntur: an autem phasianarii et pastores anserum, voluntatis quaestio est [133]. §. 77. Dulcibus legatis sapa, defrutum, mulsum, dulce etiam vinum, palmae, caricae, uvae passae debebuntur [134]. sed in hoc quoque voluntatis est quaestio; quia et in specie [135] pomorum comprehendi possunt. §. 78. Frugibus legatis tam legumina, quam hordeum et triticum continentur. §. 79. Veste legata ea cedunt, quae ex lana et lino texta sunt[136]; item serica et bombycina [137], quae tamen induendi [138], operiendi, cingendi, sternendi, iniiciendique [139] causa parata sunt; pelles quoque indutoriae continebuntur. §. 80. Veste virili legata ea tantummodo debebuntur, quae ad usum virilem salvo pudore [140] attinent. stragula quoque huic legato cedunt. §. 81. Muliebri veste legata omnia, quae ad usum muliebrem spectant, debebuntur. §. 82. Lana legata, sive succida sive lota sit, sive pectinata sive versicoloria [141], legato cedit: purpura vero aut stamen subtemenve [142] hoc nomine non continentur. §. 83. Mundo muliebri legato ea cedunt, per quae mundior mulier lautiorque [143] efficitur, velut speculum, conchae, situli [144], item buxides, unguenta [145] et vasa, in quibus ea sunt; item sella balnearis et cetera eiusmodi [146]. §. 84.[147] Ornamentis legatis ea cedunt, per quae ornatior efficitur mulier, veluti annuli, catenae, reticuli [148], et cetera, quibus collo vel capite vel manibus mulieres ornantur. §. 85. Argento legato massae tantummodo debebuntur: vasa enim, quae proprio nomine separantur, legato non cedunt, quia nec lana legata vestimenta debebuntur. §. 86. Vasis argenteis legatis ea omnia continentur, quae capacitati alicui parata sunt, et ideo tam potoria quam escaria, item ministeria omnia debebuntur, veluti urceoli, paterae, lances [149], piperatoria [150]; cochlearia quoque, itemque trullae, calices, scyphi [151] et his similia. §. 87. Libris legatis chartae [152] volumina vel [153] membranae et philurae [154] continentur; codices quoque debentur: librorum enim appellatione non volumina chartarum, sed scripturae modus, qui certo fine concluditur, aestimatur. §. 88. Auro legato, gemmae quoque inclusae, itemque margaritae et smaragdi legato cedunt. sed magis est voluntatis esse quaestionem: infectum enim aurum debetur; factum enim ornamentorum genere continetur. §. 89. Vasis argenteis legatis, emblemata quoque ex auro infixa legato cedunt. §. 90. Argento potorio legato omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur, veluti paterae, calices, scyphi, urceoli, oenophoria [155] et conchae. §. 91. Carruca cum iunctura legata mulae quoque legatae, non mulio [156] videtur [157], propter quotidianam loquendi consuetudinem. §. 91a. [P] *Heres servum proprium, quem testator legaverat, manumittendo nihil agit* [158]; *quia scientiae vel ignorantiae eius nullam placuit admitti rationem.* §. 91b. [Q] *Libertus, qui in priore parte testamenti*

---

his. 122) Goth. his immiscet glossema *id est qui ad manu serviunt.* S. vero pro Paulli sententia haec repraesentat: *Servis amanuensibus legatis omnes qui ad manum serviunt debebuntur :* hisque subiicit nostram sententiam tamquam interpretationem. Ritt. et Sch. denique illam Sichardi sententiam pro interpretatione posuerunt; dum aliae edd. hoc loco nullam habent interpretationem. 123) Goth. S. Cui. 58. Fabr. Ritt. Sch. H. *fuerunt.* 124) Goth om. *si.* 125) Goth. *gratiae his deb.* Bo. *apti sint his deb.* 126) Goth Cui. 86. Au. *institutores.* Reines coni. *instructores.* V. Gruteri inscriptt. ed. Graev. DLXXV. 8. 127) Sic Cui. 58. emend. ex MS. sed Goth. S. Genev. Ritt. habent *cellarii.* Bo. om. *cellarii.* 128) Goth. *quoque.* S. *coqui plac.* 129) Goth. S. inserunt *et.* 130) Bo. Cuii. Genev. Au. Fabr. om. *stabularii.* 131) Bo. Bi. *annales.* 132) Cf. l. 66. D. de legat. III. 133) Dig. *phasianarii autem et pastores anserum non continentur, nisi id testator expressit.* 134) Goth. S. Cui. 66. Genev. *videbuntur.* 135) Cui. 86. Au. male *spe.* Goth. *spem.* 136) Bo. *Vestes legatae cedunt . . textae sunt.* 137) S. Cui 66. 86. Genev. Au. *bombicina.* 138) S. i. m. Cui. 86. Au. *indutui.* S. Goth. *et oper.* 139) Cui. 58. Fabr. Ritt. *iniiciendive.* Bo. *sternendive causa* Goth. *et sternendi iniic.* 140) Vulgo inseritur *virilitatis*, quod Bi. auctoritate cod. Sav. et ed. Cui. 58. delevit. — Sch. proponit scribendum esse *virili.* 141) Goth. *diverse coloria.* 142) Sic Sav. Mon. Ritt. Fabrot. Sch. H. Bi. quod et Cui. in Obss. XI. 6 probavit. Cui. 86. Au. *sublimenve.* Bo. S. Cui. 58. 66. Genev. *subtegmenve.* 143) Bo. *laetiorque.* Goth. *laciorque.* 144) Bo. S. *situlae.* et tum S. *etiam*, sed i. m. *item.* et S. Cui 66. 86. Genev. Au. *pixides*, quamquam Cui. in ed. 58. annotavit libros veteres habere *buxides.* 145) S. *ungentum.* Goth. *unguentum.* 146) Goth. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *huiusmodi.* Bo. om. *et cetera eiusm.* 147) Bo. §. 84. usque ad verba *et cetera* non habet. 148) Goth. S. Cui. 66. Genev. *reticula.* 149) Bo. Cui. 58. Fabrot. *lances , patinae.* Cui. 86. Au. *patinae lances.* et S. i. m. *patinae.* 150) Goth. Cui. 58. et Fabr. *piperataria.* 151) Cui. 58. *sciphi.* 152) Edd. pleraeque distinguunt *chartae , volumina.* Sch. primum distinctionem post *chartae* delevit. Goth. Bo. S. *tam chartae.* 153) Cui. 58. Fabr. om. *vel.* 154) S. *phyllidae.* Goth. *pillide.* 155) Bo. *igniferaria.* Goth. *onoferaria.* 156) Bo. *et mulio non.* Sav. *non et mulio.* Mon. Goth. *et mulio* S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *nec non et mulio.* 157) S. i. m. *debetur*, quod probat Ritt. [P] L. 28. QUI ET A QUIB. MANUM. 158) Hal. Rehd. *egit.* [Q] L. 29. D. DE ADIM. VEL TRANSF. LEGAT.

---

§. 88. Ista species in inferiore parte utilius per se evidenter exposita est. §. 91. Si carruca cum iunctura per

legatum acceperat, et ingratus postea eadem scriptura a testatore appellatus est, commutata voluntate actionem ex testamento habere non potest.

§. 92. Prolatis codicillis vel alio testamento, quibus ademptum est legatum vel certe rescissum [159], perperam soluta [160] repetuntur.

TIT. VII. DE MORTIS CAUSA DONATIONIBUS.

§. 1. Mortis causa donat qui ad bellum proficiscitur, et qui navigat, ea scilicet condicione, ut, si reversus fuerit, sibi restituatur; si perierit, penes eum remaneat, cui donavit. §. 2. Donatio mortis causa [1] cessante valetudine et secuta [2] sanitate et [3] paenitentia etiam revocatur: morte enim tantummodo convalescit.

TIT. VIII. AD LEGEM FALCIDIAM.

§. 1. Exhausta legatis aut fideicommissis vel mortis causa donationibus hereditate [1] auxilio Falcidiae institutus heres quadrantem retinere potest. §. 2. Quoties de modo quartae retinendae quaeritur, propter periculum plus petendi officio iudicis [2] omnibus aestimatis quarta facienda est, quae apud heredem remaneat [3]; aut certe exigenda cautio a legatario, ut quod plus dodrante percepit [4] restituat. §. 3. Ea, quae mater viva filio donavit, in quartam non imputantur. §. 3a. [R] *Aeris alieni loco deducuntur non solum pretia eorum quibus libertas data est, et eorum qui supplicio sunt affecti, sed et eius quem praetor propter indicium proditae mortis vel detectae eorum coniurationis* [5] *libertate donavit.*

§. 4. Ex mora praestandorum fideicommissorum vel legatorum fructus et usurae peti possunt; mora autem fieri videtur cum postulanti [6] non datur.

TIT. VIII.A. UT IN POSSESSIONEM LEGATORUM VEL FIDEICOMMISSORUM SERVANDORUM CAUSA ESSE LICEAT.

[S] *Si nullae sint res hereditariae* [1], *in quas legatarii vel fideicommissarii mittantur, in rem quidem heredis mitti non possunt, sed per praetorem denegatas heredi actiones ipsi persequantur* [2].

---

159) Mon. Bo. *scissum.* Goth. *excessum.* Cui. coni. *recisum.* 160) Goth. *solutionis.* S. *solutiones.* et i. m. *solutis.*

VII. 1) Goth. inserit *est.* 2) Goth. Bo. S. *sequente.* 3) Goth. Bo. Cui. 58. 86. Au. Fabr. om. *et.*

VIII. 1) Goth. *hereditatem.* Bo. *exhaustam . . . hereditatem.* 2) Goth. i. m. *iudicantis.* 3) S. Ritt. *maneat.* 4) Cui. 58. Fabr. *perceperit.* [R] L. 39. D. AD LEG. FALCID. 5) Hal. *aut detectae coniurationis reorum.* 6) Goth. S. *postulatum.* sed S. i. m. *postulanti.*

VIII.A. [S] L. 10. D. UT IN POSS. LEGAT. Ritt. hanc sent. ad finem tituli de legatis (III. 6.) habet. 1) Hal. *Sin n. s. res illae h.* 2) Hal. *persequentur.*

---

legatum dimissa fuerit, carpentum cum iunctura et mulae debentur; mulio autem non debetur. §. 92. Siquis facto testamento, in quo aliquibus legata reliquerat, aliud postmodum fecerit testamentum, et illa legata, quae priori testamento dederat, abstulerit, vel codicillis fortasse removerit, si illud prius testamentum post mortem testatoris prolatum fuerit, et legata heres scriptus absolverit, quae in posteriore testamento codicillo remota sunt, is, qui ex priore testamento legatum consecutus est, reddere iubetur quod sequentibus scripturis ostenditur fuisse sublatum.

VIII. §. 1. Siquis faciat testamentum et heredem instituat, et omnem suam hereditatem legatariis aut fideicommissariis vel mortis causa donationibus conferat, valet quidem testamentum, sed heres scriptus quartam sibi ex omnibus bonis retinet testatoris. §. 3. Ea quae mater superstes filio per legitimam scripturam donavit, in Falcidiam ei post mortem matris a germanis eius non possunt imputari; sed in partem sibi debitam salva donatione succedit.

IULII PAULLI
RECEPTARUM SENTENTIARUM
LIBER QUARTUS.

TIT. I. DE FIDEICOMMISSIS.

§. 1. Ab uxore, cui vir dotem praelegavit, fideicommissum relinqui non potest, quia non ex lucrativa causa testamento aliquid capit [1], sed proprium recipere videtur. §. 2. A [2] postumo herede instituto fideicommissum dari [3] potest. §. 3. Ab imperatore herede instituto legatum et fideicommissum peti [4] potest. §. 4. A surdo vel muto, sive legatum acceperit, sive heres institutus sit vel ab intestato successerit, fideicommissum relinquitur.

§. 4a. [T] *A patre vel domino relictum fideicommissum, si hereditas ei non quaeratur, ab emancipato filio vel servo manumisso utilibus actionibus postulatur: penes eos enim quaesitae hereditatis emolumentum remanet.*

§. 5. Qui fideicommissum relinquit etiam cum eo, cui relinquit, loqui potest [5], velut „peto, Cai Sei [6], contentus sis illa re", aut „volo tibi illud praestari" [7]. §. 6. Fideicommittere his verbis possumus [8] „rogo, peto, volo, mando, deprecor, cupio, iniungo". „Desidero" quoque et „impero" [9] verba utile faciunt fideicommissum. „Relinquo" vero et „commendo" nullam fideicommissi pariunt actionem.

§. 6a. [U] *Nutu etiam relinquitur fideicommissum, dummodo is nutu relinquat, qui et loqui potest,* [10] *nisi superveniens morbus ei impedimento sit.*

§. 7. Tam nostras res quam alienas per fideicommissum relinquere possumus; sed nostrae statim, alienae autem aestimatae aut redemptae praestantur. §. 8. Si alienam rem tamquam suam testator per fideicommissum reliquerit, non relicturus si alienam scisset, ut solet legatum, ita inutile erit fideicommissum. §. 9. Testator supervivens si eam [11] rem, quam reliquerat, vendiderit, extinguitur fideicommissum. §. 10. Codicillis, qui testamento confirmati non sunt, adscriptum fideicommissum iure debetur. §. 11. Filio quibuscumque verbis a patre fideicommissum relictum iure debetur: sufficit enim inter coniunctas personas quibuscumque verbis, ut in donatione [12], voluntas expressa.

I. 1) Goth. om. *capit.* 2) Bo. om. *a.* 3) Goth. S. Ritt. *peti.* sed S. et Ritt. i. m. *dari.* 4) Cui. 58. Ritt. *dari.* [T] L. 4. D. DE LEGAT. III. — Ritt. hanc sent. post §. ult., Au. post §. 5. huius tit., Sch. hoc loco posuit. 5) Goth. *cum eo loqui non potest, cui reliquit.* 6) S. om. *Sei.* 7) Goth. *praestare.* 8) Bo. *fideicommissum his verbis possumus formare.* Goth. quoque initio habet *fideicommissum.* 9) Sav. Mon. Goth. et edd. ante Ritt. omnes, Au. quoque et Fabrot. *impetro;* sed iam Cui. 58. in commentario emendationem Alciati, *impero,* approbavit. S. hoc loco inserit *haec.* Goth. habet *haec verba utilia* etc. [U] L. 21. PR. D. DE LEGAT. III. quam sent. huic loco potissimum convenire putavimus. Au. eam ut et §§. 1. 2. eiusdem fr. post §. 5., Ritt. vero et Sch. post §. ultimam huius tituli collocaverunt. 10) Sequentia a Triboniano addita esse suspicere licet conferenti l. 6. §. 1. l. 7. D. qui testamenta facere poss. et Ulp. XXV. 4. cum l. 10. Cod. qui test. facere. 11) Goth. *superveniens si et tum.* 12) Ritt. addit *sit.*

I. §. 1. Uxori (*Ritt. emendat* uxor), cui maritus testamento suo dotem, quam ab ea accepit, legati titulo dereliquit, ex ea fideicommissum, si hoc testator iubeat, dare non cogetur; quia non de mariti bonis aliquid consequitur, sed quod dederat recepisse videtur. §. 4. Si a quocumque per testamentum surdus aut mutus heres fuerit institutus, aut ab intestato fortasse successerit: siquid aut per testamentum aut per legitimum numerum fideicommissi nomine ut dare debeat fuerit delegatus, id dare omnimodis compellitur. §. 5. Qui fideicommissum cuicumque dimittit potest his verbis ad eum, cui reliquerit, loqui „Volo tibi de rebus meis illud esse donatum", aut „spero a te, ut illa re digneris esse contentus." quod tamen debet aut testamenti serie aut testium professione constare. §. 6. Siquando fideicommissum relinquitur, precativis verbis relinqui potest, ut roget quis, iniungat, petat, speret, ut id quod fidei suae commissum est ad eum, quem testator voluit, sicut iniunxit, ita faciat pervenire. nam si dicat quis „dimitto hoc illi" vel „commendo", quia verba directa sunt, fideicommissi locum habere non possunt. §. 7. Per fideicommissum unusquisque potest tam proprias res quam alienas dimittere. sed si suas dimiserit, ipsae quae relictae sunt dantur: si vero alienas, aut aestimationem dimissae rei dare aut ipsas redimere et dare heres, cui fideicommissum est, iure compellitur. §. 8. Siquis per fideicommissum rem alienam ideo reliquerit, quia suam esse credebat, non utique dimissurus si scisset alienam, sicut et in legatis damnationis constitutum est, non potest propter hoc heres, cui fideicommissum est, retineri. §. 10. Per codicillos fideicommissum relictum

pressa. et ideo etiam „pridie, quam moriatur" recte relictum videtur. §. 12. In tempus emancipationis, vel „cum sui iuris erit" fideicommissum relictum quocumque modo patria potestate liberato debetur. §. 13. Rogati invicem sibi, si sine liberis decesserint, hereditatem restituere, altero decedente sine liberis hereditas ad eum pervenit, qui supervixit; nec ex eo[13] pacisci contra voluntatem[14] testatoris possunt. §. 14. Heres ante aditam hereditatem, legatarius antequam legatum accipiat, fideicommissum praestare non possunt. §. 15. Rem fideicommissam si heres vendiderit, eamque sciens comparaverit, nihilominus in possessionem eius fideicommissarius mitti iure desiderat. §. 16. Quoties libertis fideicommissum relinquitur, ad eos tantummodo placuit pertinere, qui manumissi sunt, vel qui in eodem testamento libertatem intra numerum legitimum consecuti sunt. §. 17. Cui ab herede fideicommissum non praestatur, non solum in res hereditarias, sed et in proprias heredis inducitur. §. 18. Ius omne fideicommissi non in vindicatione, sed in petitione consistit.

§. 18a. [v] *Fideicommissum relictum et apud eum, cui relictum est, ex causa lucrativa inventum extingui placuit, nisi defunctus aestimationem quoque eius praestari voluit* [15]. §. 18b. *Columnis aedium vel tignis per fideicommissum relictis ea tantummodo amplissimus ordo praestari voluit, nulla aestimationis facta mentione, quae sine domus iniuria auferri possunt.*

TIT. II. DE SENATUS CONSULTO TREBELLIANO.

§. 1. Senatus consulto Trebelliano prospectum est, ne solus heres omnibus hereditariis actionibus oneretur. et ideo, quoties hereditas ex[1] causa fideicommissi restituitur, actiones eius[2] in fideicommissarium transferuntur[3]; quia unicuique damnosam esse fidem suam non oportet[4].

TIT. III. DE SENATUS CONSULTO PEGASIANO.

§. 1. Inter heredem et fideicommissarium, cui ex Pegasiano hereditas restituitur, partis et pro parte stipulatio interponitur, ut heredi instituto pro quarta actiones, pro ceteris vero portionibus fideicommissario competant. §. 2. Totam hereditatem restituere rogatus si quartam retinere nolit, magis est ut eam ex[1] Trebelliano debeat restituere. tunc enim omnes actiones in fideicommissarium[2] dantur. §. 3. Lex Falcidia, itemque senatus consultum Pegasianum deducto omni aere alieno deorumque donis[3] quartam residuae hereditatis ad heredem voluit pertinere. §. 4. Qui totam hereditatem restituit, cum quartam retinere ex Pegasiano debuisset, si non retineat[4], repetere eam non potest. nec enim indebitum solvisse videtur qui plenam fidem defuncto praestare maluit.

TIT. IV. DE REPUDIANDA HEREDITATE.

§. 1.[1] Recusari hereditas non tantum verbis, sed etiam re potest et alio quovis indicio voluntatis[2]. §. 2. Heres per magistratus municipales ex auctoritate praesidis, fideicommissario postulante, hereditatem adire et restituere compellitur[3]. §. 3. Fideicommissarius si affirmet heredem nolle adire hereditatem, absente eo

---

13) Sch. coni. *de eo.* 14) Chifletius in Ottonis thes. V. p. 811. refert se in MS. repperisse *cum voluntate.* [v] §§. 18a. et 18b. EX L. 21. §. 1. 2. D. DE LEGAT. III. quas Ritt. quoque et Sch. in fine tituli exhibent. Cf. supra §. 6a. 15) Hal. *voluerit.*

II. 1) Goth. S. om. *ex.* 2) Mon. Goth. Bo. inserunt *non.* 3) S. Cui. 66. Genev. *transferantur.* 4) Goth. *dampnosa esse fides sua non potest.*

III. 1) Cui. 58. Ritt. Fabr. *ex S. C. Treb.* 2) Goth. *fideicommissario.* 3) Sic restituit Cui. 58. cf. interpret. et l. 1. §. 5. D. ad legem Falcid. Sav. Mon. Goth. Bo. S. *de eorumque donis.* Roever in Oelrichsii thes. l. 1. p. 158. emendare conatur *creditorumque bonis;* et Ant. de Chavarri et Eguia a Meerm. allegatus *aere alieno de substantia* (vel *de summa* aut *de quantitate*) *eorum, quae dones, quartam* etc. sed perperam utrumque. 4) Verba *s. n. r.* expunxit Cui. 58., quam Ritt. Fabr. Sch. H. sequuntur.

IV. 1) Cf. L. 95. D. de acquir. vel omitt. hered. 2) S. *sed et alio quovis potest indicio voluntatis.* Cui. 66. 86. Genev. Au. *sed et* pro *sed etiam;* et Cui. 86. Au. *aliquovis* pro *alio quovis.* 3) S. *compelletur.*

---

iure debetur, etiamsi codicilli testamento non fuerint confirmati. §. 12. Si ita fideicommissum filio familias relinquatur, ut cum emancipatus a patre fuerit, vel cum sui iuris factus fuerit, fideicommissum relictum (*fortasse inserendum est* sit), quocumque modo patria potestate fuerit liberatus, id quod ei relictum est iure debetur. §. 13 Si aliquis ita hereditatem duobus reliquerit et eos rogaverit, ut unus (*Ritt. emendat* uno) ex his sine filiis mortuo ei, qui superfuerit, omnis hereditas acquiratur, uno ex ipsis sine filiis mortuo ad superstitem integra hereditas pertinebit. et si aliquid hi ipsi, dum vivunt, paciscī de ea hereditate voluerint, id quod depecti (*S.* depacti) fuerint non valebit. §. 14. Neque heres, antequam relictam sibi hereditatem adeat, neque legatarius, antequam legatum quod ei dimissum est accipiat, aliquid per fideicommissum de eo, quod eis relictum est, ad alias possunt transferre personas. §. 15. Si rem, quae fideicommisso alicui relicta est, cuicumque heres vendiderit, et eam sciens relictam alii aliquis comparaverit, fideicommissarius in possessionem sibi deputatam mitti iure deposcit. §. 16. Siquando libertis fideicommissum relictum fuerit, his debetur qui manumissi sunt, vel eis qui intra legitimum numerum libertatem fuerint consecuti. legitimus autem numerus est qui secundum legem Furiam Caniniam custoditur. §. 18. Quoties fideicommissum relinquitur, sicut peti potest, ita non potest vindicari.

III. §. 1. Inter heredem et eum, cui hereditatem per fideicommissum iussus est reformare, ita interposita stipulatione observandum est, ut heres pro quarta, quam sibi retinet, quartae partis excipiat actiones, et fideicommissarius pro tribus tantum partibus, quae ad eum ex hereditate perveniunt, oneretur. §. 2. Si is, qui totam hereditatem per fideicommissum alteri reddere iussus est, quartam sibi iure concessam noluerit retinere, necesse est ut fideicommissario integram hereditatem restituat. quo facto, sicut omnis hereditas, ita ad eum omnes hereditariae transeunt actiones. §. 3. Lex Falcidia similiter et Pegasianum senatus consultum facta bereditarii debiti ratione et separatis bis, quae in honorem Dei ecclesiis relinquuntur, quartam hereditatis ex omnibus ad scriptum heredem censuit pertinere. §. 4. Is qui integram hereditatem fideicommissario restituit, cum quartam sibi iure concessam retinere potuerit, postea eam repetere non potest; quia nec aliquid indebitum solvit, sed integram fidem defuncto exhibuisse videtur.

IV. §. 3. Si is, qui heres scriptus est et alteri heredi-

interponi decretum, et in possessionem mitti iure desiderat. §. 4. Suspectam hereditatem adire compulsus omnia ex Trebelliano restituit.

TIT. V. DE INOFFICIOSI QUERELA.

§. 1. Inofficiosum dicitur testamentum, quod frustra, liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum. §. 2. Post factum a matre testamentum filius procreatus, non mutata ab ea, cum posset, voluntate[1], ad exemplum praeteriti, inofficiosi querelam recte instituit[2]. §. 3. Testamentum, in quo imperator scriptus est heres, inofficiosum argui potest: eum enim, qui leges facit, pari maiestate legibus obtemperare convenit. §. 4. Qui[3] inofficiosum dicere[4] potest, hereditatem petere non prohibetur. §. 5. Filius[5] ex asse heres institutus inofficiosum dicere non potest: nec interest exhausta nec ne[6] sit hereditas; cum apud eum quarta aut legis Falcidiae aut senatus consulti Pegasiani beneficio sit remansura. §. 6. Quartae portionis portio[7] liberis, deducto aere alieno et funeris impensa, praestanda est, ut ab inofficiosi querela excludantur. Libertates quoque eam portionem minuere placet. §. 7. Filius in[8] iudicio patris si minus quarta portione consecutus sit, ut quarta sibi a coheredibus citra inofficiosi querelam impleatur[9], iure desiderat. §. 8. Pactio talis, ne de inofficioso testamento[10] dicatur, querelam super iudicio futuram non excludit: meritis enim liberos magis[11] quam pactionibus adstringi placuit. §. 9. Rogatus hereditatem restituere etsi inofficiosi querelam instituerit, fideicommisso non fit iniuria: quartam enim solummodo hereditatis amittit, quam beneficio senatus consulti habere potuisset. §. 10. Heres institutus habens substitutum si de inofficioso dixerit, nec obtinuerit, non id ad fiscum, sed ad substitutum pertinebit.

TIT. VI. DE VICESIMA.

§. 1. Tabulae testamenti aperiuntur hoc modo, ut testes vel maxima pars eorum adhibeatur[1], qui signaverint testamentum; ita ut[2] agnitis signis, rupto lino, aperiatur et recitetur, atque ita describendi exempli fiat potestas, ac deinde signo publico obsignatum in archium[3] redigatur, ut, siquando exemplum eius interciderit, sit unde peti possit. §. 2. Testamenta in municipiis, coloniis[4], oppidis, praefectura, vico, castello, conciliabulo[5] facta in foro vel basilica praesentibus testibus vel honestis viris inter[6] horam secundam et decimam diei recitari[7] debebunt[8], exemploque sublato ab iisdem rursus magistratibus obsignari[9], quorum praesentia[10] constat aperta[11]. §. 3. Testamentum lex statim post mortem testatoris aperiri voluit. et ideo, quamvis sit rescriptis variatum, tamen a praesentibus[12] intra triduum vel quinque dies aperiendae sunt tabulae; ab absentibus quoque intra eos dies, cum supervenerint: nec enim oportet testamentum[13] heredibus aut[14] legatariis aut libertatibus, quam necessario[15] vectigali moram[16] fieri.

TIT. VII. DE LEGE CORNELIA.

§. 1. Qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit, suppresserit, amoverit, resignaverit[1], deleverit, poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est in insulam deportatur. §. 2.[2] Non tantum is qui testamentum subiecit, suppressit, de-

---

V. 1) Bo. *si non m. ab eadem sit voluntas.* 2) S. *inofficiosi querela recte instituitur.* Ritt. om. *inofficiosi.* 3) Bo. inserit *quod.* 4) Codd Cui. Sav. Mon. edd. Bo. Cui. 86. Au. et i. m. S. Cui. 66. Genev. *non p.* 5) Bo om. *filius.* 6) S. *exhaustane.* 7) Cui. 58. Ritt. Fabr. *quarta portio.* Bo. om. *portio.* 8) Goth. Bo. Bi om. *in.* 9) Bo. *ut quartam . . . caetera inoff. querela consequatur.* 10) Bo *inofficiosum testamentum.* 11) Ita Mon. S.; alii om. *magis.*

VI. 1) Bo. *adhibeantur.* 2) Fabr. Ritt *ut ita.* 3) Bo. S. Cui. 86. Au. *archivum.* Goth *in arcivo.* 4) Goth. Bo. Cui. 86. Au. *colonia.* 5) Bo. om. *conciliabulo.* 6) Bo. *in.* S. i. m. *ante.* 7) Goth. Sav. Mon. Bo. Cui. 86. *diei recitarique.* sed Cui. 86. in fine corrigit *dici recitarique.* nihilominus Au. habet *diei recitarique.* Ritt. ad eam annotat „f. *aperiri recitarique*", quod et Sch. in annotatione sua proponit. 8) Cui. 58. Fabr. *debent.* 9) Bo. *obsignari congruit.* S. *obsignato.* 10) Ritt. ad marginem Au. scripsit „f. *in psentia*". 11) Goth. S. Cui. 86. 86. Genev. Au. *apertum.* 12) Bo. *quomodo iussit id rescriptis pater, praesentibus.* 13) Cui. coni *testamento.* Ritt. coni. *tam,* quod ad marginem Au. annotavit. Goth. om. *test.* 14) Goth. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *et.* 15) S. *ultra quam necessarium.* 16) Sav. Goth. *mora.*

VII. 1) Mon. Bo. om. *suppr. a. r.* Goth. habet *depresserit.* 2) §. 2. abest a Sav.; in cod. Argentoratensi apud S. allegato pro interpretatione posita erat.

---

tatem restituere iussus est, adire hereditatem dissimulet, potest fideicommissarius obtinere, ut is, qui heres in hoc ordine scriptus est, et hereditatem adire et restituere iubeatur. §. 4. Qui hereditatem, quam restituere iussus est, adire dubitabat, si eam fuerit compulsus suscipere, integram eam fideicommissario reformare compellitur.

V. §. 2. Si mulier post factum testamentum filium pepererit et testamentum nato filio non mutaverit, filius praeteritus de inofficioso matris testamento agere potest. §. 5. Si pater filium heredem ex asse instituat, et per fideicommissa aut legata ipsam hereditatem totam diversis distribuat, filius contra patris testamentum de inofficioso agere non potest, quia quartam sibi aut per legem Falcidiam aut per senatus consulti beneficium retinebit (aut vindicabit. *addit Genev.*). §. 6. Quoties filiis Falcidia computanda est, de asse hereditatis primo loco defuncti debita detrahuntur, et expensa quae in funere eius est praestita. sed et collatae libertates nihilominus debebuntur. Et sic liberis Falcidia, id est uniuscuiusque portionis quarta portio, debetur. §. 7. Filio herede scripto si ex ordinatione defuncti patris minus quam quarta portionis suae fuerit deputata, suppleri eam sibi a coheredibus fratribus iure desiderat; quia in tali casu inofficiosi actio removetur. §. 8. Si talis pactio vivo patre inter filios fiat, ut post obitum patris de inofficioso filii non querantur, talis pactio non valebit; sed cui competit, de inofficioso agere potest. §. 9. Si is qui a defuncto rogatus est, ut relictam hereditatem alteri restituat, de inofficiosi querela instituerit actionem, id quod fideicommissum est, ut redderet ei cui reddere iussus est, penitus non peribit; sed ille, qui inofficiosi querelam proposuit, quartam, quam ex fideicommisso senatus consulti beneficio erat habiturus, suo vitio perdit.

VII. §. 2. Siquis testamentum suppresserit, amove-

levit, poena legis Corneliae coercetur, sed et is qui sciens dolo malo id fieri iussit faciendumve[3] curavit. §. 3. Testamentum supprimit qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum vel[4] legatariorum, fideicommissariorum[5] aut libertatum non profert. §. 4. Supprimere tabulas videtur qui, cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat[6]. §. 5. Codicilli quoque, si lateant nec proferantur, supprimi videbuntur. §. 6. Edicto perpetuo cavetur, ut, si tabulae testamenti non appareant, de earum exhibitione interdicto reddito intra annum agi possit, quo ad[7] exhibendum compellitur qui supprimit. tabularum autem appellatione chartae quoque et membranae continentur.

TIT. VIII. DE INTESTATORUM SUCCESSIONE.

§. 1. [x] *Intestati dicuntur qui testamentum facere non possunt, vel ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt, vel hi, quorum hereditas repudiata est, cuiusve condicio defecerit.* §. 2. *Sane[1] iure praetorio factum testamentum obiecta doli exceptione[2] obtinebit. Ii[3], quorum testamenta rumpuntur aut irrita fiunt, ipso quidem[4] iure testati[5] decedunt, sed per consequentias sublato testamento intestati decedunt[6].* §. 3. *Intestatorum hereditas lege XII tabularum primum suis heredibus, deinde agnatis, et aliquando quoque gentibus[7] deferebatur. Sane consanguineos[8] lex non apprehenderat; [9] interpretatione prudentium primum inter agnatos locum acceperunt.* §. 4. *Sui heredes sunt hi: primo loco filius, filia, in potestatem[10] patris constituti; nec interest adoptivi sint an naturales et secundum legem Iuliam Papiamve quaesiti; modo maneant in potestate[11].* §. 5. *Qui sui heredes sunt, ipso iure heredes etiam ignorantes constituuntur, ut furiosi, aut infantes, et[12] peregrinantes; quibus bonorum possessio[13] propter praetoriam actionem non erat[14] necessaria[15].* §. 6. *In[16] suis heredibus adeo a morte[17] testatoris rerum hereditariarum dominium continuatur, ut nec tutoris auctoritas pupillis[18], nec furiosis curator sit necessarius, nisi forte solvenda sit hereditas[19]; quamvis etiam furiosus, si resipuerit, et pupillus, si adoleverit, abstinere possint[20].* §. 7. *Post mortem patris natus vel ab hostibus reversus aut ex primo secundove mancipio manumissus, cuiusve erroris causa probata, licet non fuerint[21] in potestate, sui tamen patri heredes efficiuntur.* §. 8. *Post filios filias ad intestatorum successionem inter suos veniunt[22] nepotes, neptes, pronepotes[23], proneptes, ac deinde masculino sexu[24] post[25] filium descendentes, si nullus[26] parentum impedimento[27] ipsis[28] in avi potestate[29] vel proavi familia remanserit: parentes enim liberis suis, cum quibus in potestate fuerunt[30] ipsi, ordine[31] successionis obsistunt[32].* §. 9. *Filius si[33] cum nepotibus ex alio filio susceptis in familia retinetur[34], ad intestati patris[35] successionem cum fratris filiis vocatur[36]. quibus in patris sui partem[37] venientibus hereditas in stirpes, non[38] in capita, dividitur, ita ut unus[39] fi-*

3) Goth. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *faciendumque.* 4) Cui. 58. Ritt. Fabrot. om. *vel.* 5) Goth. Cui. 86. Au. *fidei commissorum.* S. *fideive commissorum.* 6) S. *curavit.* 7) S. *ad quod*, sed i. m. *quo ad.*

VIII. [x] Sentt. 1 . . . 19. et 22. inveniuntur in Coll. XVI. 3., unde primum Genev. §§. 1. . . 13. 15. . . 17. et 19. in hunc locum accepit. reliquas etiam lex Rom. Visigotth. habet. 1) Omnes codd. *sine*, sed Scal. i. m. *sane.* 2) Ita coni. Pith.; codd. habent *abiecta d. exspectatione.* Vind. *exspectationem.* Sch. coni. *non obiecta d. exc.* Io. Cann. *abiecta doli obi. exc.* Bondam in Oelrichsii thes. nov. II. 2. p. 195. *abiecta doli exceptione non tenebit locum. Quorum etc.* At cf. Gai. II. §. 120. 3) Plerique secundum codd. *eorum.* 4) Vind. *quoque.* 5) Ita Blum. ex codd. Vind. et Verc.; Pith. ediderat *testamenti.* Scal. i. m. Genev. *intestati.* 6) Haec ita Blumius primum ex codd. Vind. et Verc. edidit. Cf. tamen l. 1. pr. D. de suis et legitimis. Ab aliis exemplis absunt *sed per consequ.* etc.; quare difficilem locum variis modis emendare docti homines conati sunt. Pith. proposuit *eorum, quorum . . . irrita fiunt, quamvis ipso quidem iure testati decedunt, hereditas ut intestatorum defertur.* Ritt. haec cum sequenti §pho coniungit ita: *hereditas ut intestatorum defertur lege XII.* etc. Au. habet *Eorum . . . fiunt, ipso q. i. t decedunt, hereditas vero ut int. def.*, et tum novam sententiam incipit *Intestatorum her.* etc. Io. Cann. coni. *Ii vero, quorum . . . iure intestati decedunt.* Plenius Pith. locum supplere ausus est *Eorum . . . fiunt, licet iure intestati decedant, secundum tabulas bonorum possessio datur, si septem testium signis signatae sunt*, et post eum Sch. *ii enim, quorum . . . fiunt, ipso q. i. int. decedunt, at secundum tabulas* etc. 7) Edd. complures ex Pith. coni. *gentilibus.* 8) Codd. *consanguineis.* 9) Nonnulli ex Pith. coni. inserunt *sed.* Cui. 86. i. m. *consanguineos l. n. adprehendit: at.* 10) Ita Blum.; alii ex Pith. *potestate.* 11) Vind. *potestatem.* 12) Heid. *aut.* 13) Scal. Vind. *possessiones.* Pith. *possessionis.* Pith. coni. *ius bon. poss.*, quod nonnulli receperunt. 14) Pith. coni. *erit* 15) Ita Blum.; alii ex Pith. *necessarium.* Scal. *necessariā.* 16) Scal. Vind. Verc. om. *in.* 17) Vulgo *ad mortem.* Vind. *a mortem.* 18) Vulgo *pupillo.* Vind. *pupillū.* 19) Pith. coni. *solvendo non s. h.* Cui. coni. *nec si f. solvendo non s. h.* propter l. 8. pr. D. de acquir. hereditate. 20) Verc. *possit.* 21) Vind. Verc. *fuerit.* 22) Vind. Verc. *veniant.* 23) Vind. om. *pronepotes.* 24) Verc. *masculinum sexum.* 25) Ritt. coni. *per.* 26) Vind. Verc. *nullo.* Scal. *nullum*, et corr. *nullo.* 27) Verc. *impedimentum.* 28) Scal. Vind. Verc. *ipsi.* 29) Blum. *potestatem.* 30) Verc. *fuerint.* Vind. *fuerit.* 31) Heid. *ipsis ordine.* 32) Verc. *successiones obstituunt.* Vind. *ordinem successionem constituunt.* 33) Vind. Verc. Scal. *filius*, omisso *si.* Vulgo *filii si.* 34) Plerique ut Pith. *retinentur.* Scal. sec. Sch. *retinentēs.* Scal. coni. *retentus.* 35) Ita Blum.; alii ex Pith. *ab intestato ad patris.* 36) Pith. et qui eum sequuntur *vocantur;* et tum Scal. *in quibus.* 37) Scal. *parentem.* Vind. Verc. *parentes.* 38) Verc. om. *in stirpes non.* 39) Blum.

rit, resignaverit, deleverit, aut consenserit aut fieri iusserit, ut falsarius in insulam deportetur. (*Genev.*)

lius et plures nepotes singulos semisses habeant. Idemque[40] *evenit, si avo*[41] *ex duobus filiis impari*[42] *numero nepotes successerint*[43]. §. 10. *Ex filia nepotes sui heredes non sunt: in avi enim materni potestate*[44] *alienam familiam sequentes ipsa ratione esse non possunt.* §. 11. *Eo tempore suus heres constituendus est, quo certum est aliquem intestatum decessisse; quod ex eventu deficientis condicionis et ortu nepotis, qui vivo avo post mortem patris natus est*[45], *iniri*[46] *potest.* §. 12. *Quem filius emancipatus suscepit vel adoptavit, sui heredis locum in avi successione*[47], *sicut ipse pater, obtinere non potest. Adoptivus tamen nec quasi*[48] *cognatus bonorum possessionem eius petere*[49] *potest.* §. 13. *Si sui heredes non sunt, ad agnatos*[50] *legitima hereditas pertinebit*[50*], *inter quos primum locum consanguinei obtinent. agnati autem sunt cognati virilis sexus per virilem*[51] *descendentes, sicut filius fratris, et patruus, et deinceps tota successio.*

§. 14. Inter agnatos et cognatos hoc interest, quod[52] in agnatis[53] etiam cognati continentur, inter cognatos vero agnati non comprehenduntur. et ideo patruus et[54] agnatus est et cognatus, avunculus autem cognatus tantummodo[55].

§. 15. *Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diversis matribus, qui in potestate fuerunt*[56] *mortis tempore; adoptivus quoque frater, si non sit emancipatus; et hi qui post mortem patris nati sunt vel causam probaverunt*[57]. §. 16. *Soror iure consanguinitatis tam ad fratris quam ad sororis hereditatem admittitur.* §. 17. *Consanguineis non exsistentibus, agnatis defertur hereditas, prout quis alterum gradu praecesserit; quodsi plures eodem gradu consistunt, simul admittuntur.*

§. 18. Si sint[58] fratres defuncti et[59] fratris filii vel nepotes[60], fratre non exsistente[61] filius fratris nepoti praefertur.

§. 19. *Sed si duorum fratrum sint liberi, non in stirpes, sed in capita hereditas distribuitur, scilicet ut pro numero singulorum viritim*[62] *distribuatur*[63] *hereditas.*

§. 20. [64] Filius fratris intestati filio sororis praefertur.

§. 21. Legitimi heredes iure civili intra centesimum diem nisi adierint hereditatem, ad proximos eadem successio transfertur[65]. §. 22. Feminae[66] ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones[67] non admittuntur: idque[68] iure civili Voconiana ratione[69] videtur effectum. Ceterum lex XII tabularum nulla discretione[70] sexus cognatos[71] admittit[72]. §. 23. In hereditate legitima successioni locus non est. et ideo fratre decedente, antequam adeat aut repudiet hereditatem, fratris filius admitti non potest; quia omnis[73] successio proximiori defertur. §. 24. Ab hostibus captus neque sui neque legitimi heredis ius amittit postliminio reversus. Quod et circa eos, qui in insulam

---

primum exhibuit v. *unus.* 40) Vind. Pith. *idque.* sed Pith. coni. *idemque.* 41) Pith. *ab eo.* Idem coni. *cum eo.* Ritt. *cum uno.* sed iam Cui. 86. i. m. *avo.* 42) Pith. *in patrum*, sed emend. *impari.* Genev. *in pari.* 43) Vind. *successerunt.* 44) Blum. *potestatem.* 45) Ex Scal. coni. inseruimus *est*, quod Pith. Vind. Verc. deest 46) Sch. coni. *definiri.* Verc. habet *finiri.* Vind. *siniri.* Io. Cann. coni. *inspici.* 47) Vind. *successionem.* 48) Pith. *ne quasi.* Verc. *neque si.* 49) Pith. *potiri.* Scal. *potire.* sed idem coni. *petere.* 50) Vind. *agnatum.* 50*) Verc. *pertineri.* eoque verbo is codex desinit. 51) Videtur deesse *sexum.* Mollerus coni. *per personam virilem;* v. Oelrichsii thes. nov. II. 2. p. 154. 52) S. *quia.* Coll. om. *quod.* 53) Bo. *quod agn. vocatione.* Ritt. ex Coll. inserit *enim.* 54) Coll. om. *et.* 55) Coll. Au. Fabr. addunt *est.* Scal. *tantummodo cogn. est.* 56) Vind. *fuerint.* 57) Vind. *causa probaverint.* 58) Au. Fabr. *sunt.* 59) S. i. m. *vel.* 60) Coll. *si sit frater d. et f. filius et nepos.* 61) Vind. *existentem.* Coll. sec. Pith. et Scal. *fratres et non existentes.* Scal. i. m. *ex fratre, sed non existente.* Cui. 86. ad Coll. i. m. *fratre herede non existente.* Ritt. ex Cui. coni. *si sint frater d. et fr. filius vel nepos, frater filio fratris, vel eo non existente nepoti praefertur.* Freher in parergis lib. I. cap. 9. (v. Ottonis thes. I. p. 873.) emendavit *si sit frater defunctus, et fratris filius, et nepos ex fratre nonexistente, filius fratris nepoti praefertur.* Cf. Sch. 62) Ita recte Pith. coniecit, cuius codex MS. habebat *virium.* Vind. *iure.* 63) Vind. *distribuitur.* Au. om. §. 19. 64) Sententiam 20., quamvis iam in epitome Aegidiana a. 1517. editam, Paulli exempla ante Genevense omnia non habent; neque eam Au. et Fabr. receperunt. 65) §. 21., quae invenitur in append. cod. Paris. 4403., Cui. 66. primum edidit. 66) Goth. Bo. *filii.* 67) Vind. *consanguineos s.* Complures v. *successiones* eiiciendam esse censuerunt, contra quos Sch. eam defendit. Cramer in *Ztschr. f. gesch. Rtsw.* I. p. 294. emendavit *legitima u. c. successione.* 68) Ritt. ex Coll. *id quod.* 69) Ita Sch. H. Bi. et eodd. Cui.; cf. Meerm. ad h. l.—Sav. Goth. Bo. Cui. 66. Genev. *Voconia narratione.* Mon. S. Cui. 58. Fabr. *vel Voc. narratione.* Cui. 58. coni. *Voconiana rogatione.* Cui 86. Ritt. Au. et in m. Genev. *Voconia rogatione.* Coll. sec. Pith. *Voconia rationem.* Vind. *coniurationem.* 70) Bo. *descriptione.* Coll *sine ulla discretione* vel *discrepatione.* 71) Melius *agnatos.* Cf. Sch. et Meerm. 72) In appendice cod. Paris. 4403. haec leguntur: *Feminae etsi ultra consanguineas hereditates ad successionem legitimam non admittuntur, proximitatis tamen ad successionem petere non prohibentur. Int. n. eg.* 73) Sav. Mon.

VIII. §. 14. Agnati sunt qui per virilem sexum descendunt, cognati autem qui per femineum; et ideo patrui vel patruorum filii et agnati et cognati sunt, avunculi vero et eorum filii cognati sunt, non agnati. §. 22. Feminae nisi fratribus consanguineis intestatis aliter cum agnatis succedere non possunt; quia nec cognati masculi ad successionem intestatorum vocantur, nisi quando agnatos deesse constiterit. Sane deficientibus agnatis cum cognati succedant, possunt feminae cum viris, quae aequalis gradus sunt, iure succedere. §. 23. Siquando quis intestatus moriatur qui fratrem et fratris filium derelinquat, ad fratrem, non ad fratris filium hereditas pertinebit. quodsi frater defuncti hereditatem repudiaverit vel adire noluerit, tunc fratris filius hereditatem patrui sibi poterit vindicare. §. 24. Postliminio ab hostibus reversus, ab insula vel a servitio reductus, hereditatem sibi

deportantur vel servi poenae[74] effecti sunt, placuit observari, si per omnia in integrum indulgentia principali restituantur. §. 25. Pro herede gerere est destinatione futuri dominii aliquid ex hereditariis rebus usurpare. et ideo pro herede gerere videtur qui fundorum hereditariorum culturas[75] rationesque disponit, et qui servis hereditariis, iumentis, rebusve aliis utitur. §. 26. Ex pluribus heredibus iisdemque legitimis siqui omiserint hereditatem vel in adeundo aliqua ratione fuerint impediti, his, qui adierunt, vel eorum heredibus omittentium portiones accrescunt. quod in herede instituto eum qui acceperat substitutum[76] evenire non poterit: diversa enim causa est scripti et legitimi.

TIT. IX. AD SENATUS CONSULTUM TERTULLIANUM[1]

§. 1. Matres tam ingenuae quam libertinae cives Romanae, ut ius liberorum consecutae videantur, ter et quater peperisse sufficiet, dummodo vivos et pleni temporis[2] pariant. §. 2. Quae[3] semel[4] uno partu tres[5] filios edidit ius liberorum non consequitur: non enim ter peperisse, sed semel partum fudisse videtur; nisi forte per intervalla pariat. §. 3.[6] Mulier si monstrosum[7] aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit: non sunt enim liberi qui contra formam humani generis converso more procreantur. §. 4. Partum, qui membrorum humanorum officia duplicavit[8], quia hac ratione[9] aliquatenus videtur effectus[10], matri prodesse placuit[11]. §. 5. Septimo mense natus matri prodest: ratio enim Pythagoraci numeri hoc videtur admittere, ut aut septimo pleno aut decimo mense[12] partus maturior[13] videatur. §. 6. Aborsus vel[14] abactus venter partum efficere non videtur. §. 7. Libertina ut ius liberorum consequi possit, quater eam peperisse[15] sufficit. §. 8. Latina ingenua ius Quiritium consecuta si ter peperit[16], ad legitimam filii hereditatem admittitur: non est enim manumissa[17]. §. 9. Ius liberorum mater habet quae tres filios aut habet, aut habuit, aut neque habet neque habuit. habet, cui supersunt; habuit quae amisit; neque habet neque habuit quae beneficio principis ius liberorum consecuta est.

§. 9a. [v] *Mater per fratrem excluditur, et in successionem frater cum sorore aequa sorte succedit. quodsi frater defuerit, mater et filiae, quantae fuerint, aequales accipiunt portiones.*

TIT. X. AD SENATUS CONSULTUM ORPHITIANUM[1].

§. 1. Filii vulgo quaesiti ad legitimam matris hereditatem aspirare non prohibentur; quia pari iure, ut ipsorum matribus, ita ipsis matrum hereditates deferri debuerunt. §. 2. Ad filiam ancillam vel libertam ex senatus consulto Claudiano effectam legitima matris intestatae hereditas pertinere non potest; quia neque servi neque liberti matrem civilem habere intelliguntur. §. 3. Ad legitimam intestatae matris hereditatem filii cives Romani, non etiam Latini, admittuntur. cives autem Romanos eo tempore esse oportet, quo ab iisdem legitima hereditas aditur[2]. §. 4. Filius maternam hereditatem eamdemque legitimam nisi adeundo quaerere non potest.

S. *omissa.* Goth. *amissa.* 74) B. S. Cui 66. Genev. *penc* 75) Bo. *cultores.* 76) Goth. *e. q. accederat substitutio* Bo. *cum videlicet qui a s.* Cui coni. *eoque coheredi substituto* et sic i. m. Cui 66. 86. Genev; Au. vero in textum quidem illam Cuiacii emendationem recipiens nihilominus et verba, quibus mendum inesse Cuiacius senserat, retinuit. *eum* plane delendum esse censet Faber apud Meerm.

IX. 1) Huic rubricae Cui. 58 hunc locum assignavit; alias legebatur post §. 7. huius tit. 2) Bo. *plenos temporis.* 3) Genev. Ritt. *Mulier quae* 4) Faber coni. *simul*, arg. l. 15. D de statu homin. 5) Sav. Goth. Mon. S. Cui. 66 86. Genev. Au. *tres vel duos.* Bo. *fratres vel duos.* Cui. 58, quam reliquae edd. sequuntur, non accepit *vel duos.* 6) Au. ad hanc sent. i. m. habet „ex l. 15. de statu hominum"; quod Fabr. recte omisit. nam vide annot. 11. 7) Genev. *monstruosum.* 8) Ita Sav. Goth. Mon. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au.; et sic interpretatio *duplicata membra.* cett. edd. ex emend. Cui. *ampliavit.* 9) Cui. 58. Fabr. om. *hac ratione.* Bo. Goth. *hoc r.* 10) Goth. Bo. S *effectum.* 11) L. 14. D de statu hominum inscripta *Paullus libro IV. sentent.* haec habet: *Non sunt liberi qui contra formam humani generis converso more procreantur; veluti si mulier monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliavit, aliquatenus videtur effectus, et ideo inter liberos connumerabitur.* 12) Noodtius in comm. ad tit. de stat. hom. emendavit *aut septimo aut pleno decimo mense.* 13) Goth. *maturius.* Bo. *maturus.* 14) Alii complures *et.* Goth. om. *vel.* 15) Sav. Mon. Bo. S. inser. *ut ingenuam.* Goth. *vel ing.*, quae Cui. 58. delevit. 16) Goth. Cui. 86. Au. *pepererit.* 17) Cui. 58. Ritt. Fabr. *manu emissa.* [v] Exstat haec sententia in L. R. BURGUND. TIT. 28. (apud Sch. tit. 11.), ubi allegatur Paull. lib. IV. ad senatus consultum Tertullianum.

X. 1) Hunc titulum cum ipsis sententiis primum restituit Cuiacius in ed. 58. Inveniuntur vero hae sentt. in appendice cod. Paris. 4403. sub rubrica *de intestatorum hereditate.* Ceterum Cui. 66. et Genev. scribunt *Orficianum.* Cui. 86 *Orfitianum.* 2) His in allegato cod Paris. haec adiecta sunt: *perinde autem matres certiores filii fiunt non nuncio accepto sed pro liquido contra quod intestate decesserint, int. n. cg.*

---

debitam capiat. (*Genev*). §. 26. Siquando multi heredes legitimi fuerint derelicti, et aliqui eorum hereditatem praetermiserint vel adire noluerint, portiones eorum, qui omiserint vel adire noluerint, his legitimis qui adierint acquiruntur. sed in herede instituto, cui alter substitutus est, alia condicio est; quia in heredibus scriptis testamenti ordo tenendus est, ut institutis vel substitutis de adeunda hereditate scripturae forma servetur.

IX. §. 4. Duplicata membra non impediunt. (*Genev.*) §. 8 Ius Quiritium, hoc est civitatem Romanam consecuta. (*Cui.* 86.) §. 9. Ius liberorum consequitur mulier etiam quae filios non habuit, si beneficio principis hoc potuerit obtinere. (*Genev.*).

TIT. XI. DE GRADIBUS. [1]

§. 1a. [z] *Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur, quarum altera superior, altera inferior; ex superiore autem et secundo gradu transversae lineae pendent: quas omnes latiore tractatu habito in librum singularem conteximus*[2].

§. 1. Primo gradu superiori linea continentur pater, mater; inferiori filius, filia: quibus nullae aliae personae iunguntur. §. 2. Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia; inferiori nepos, neptis; transversa frater, soror. quae personae duplicantur: avus enim et avia tam ex patre quam ex matre, nepos neptis tam ex filio quam ex filia, frater soror tam ex patre quam ex matre[3] accipiuntur. Quae personae sequentibus quibuscumque[4] gradibus similiter pro substantia[5] earum, quae in quoque[6] gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. §. 3. Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia: infra pronepos, proneptis: ex obliquo fratris sororisque filius, filia; patruus, amita, id est patris frater et soror; avunculus, matertera, id est[7] matris frater et soror. §. 4. Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex obliquo fratris et sororis[8] nepos, neptis; frater[9] patruelis, soror patruelis, id est patrui filius, filia; consobrinus, consobrina, id est avunculi et materterae[10] filius, filia; amitinus, amitina, id est amitae filius, filia; itemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni[11] frater et soror; avunculus magnus, matertera magna, id est aviae tam paternae quam maternae frater et soror. §. 5. Quinto gradu veniunt supra quidem atavus, atavia: infra adnepos, adneptis: ex obliquo fratris et sororis[12] pronepos, proneptis; fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae filius, filia; propius[13] sobrinus, sobrina, id est patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae[14] filius, filia. his[15] accrescunt propatruus, proamita, hi sunt proavi paterni frater et soror; proavunculus, promatertera, hi sunt proaviae paternae maternaeque frater et soror, proavique materni[16]. §. 6. Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex obliquo fratris et sororis abnepos, abneptis; fratris patruelis, sororis patruelis, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae nepos, neptis[17]; patrui magni, amitae magnae, avunculi magni, materterae magnae nepos, neptis, id est propioris sobrini[18] filius, filia, qui consobrini[19] appellantur. quibus a[20] latere accrescunt propatrui, proamitae, proavunculi, promaterterae filius, filia; abpatruus, abamita[21], hi sunt abavi paterni[22] frater et soror; abavunculus, abmatertera, hi sunt abaviae paternae maternaeque frater et soror, abavique materni. §. 7 Septimo[23] gradu qui sunt cognati recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur: sed ex transversa linea continentur fratris sororisve adnepos, adneptis[24]; consobrini[25] filii filiaeque. §. 8. Successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri, nec[26] vita succedentibus prorogari potest.

TIT. XII. DE MANUMISSIONIBUS.

§. 1. Servum communem unus ex dominis manumittendo Latinum facere non potest, nec magis quam civem Romanum; cuius portio eo casu, quo, si proprius esset, ad[1] civitatem Romanam perveniret[2], socio accrescit. §. 2. Mutus et surdus servum vin-

---

XI. 1) Sententiarum huius tituli maxima pars et in lege Visigotth. lib. IV. tit. 1., et in Gratiani Decreto c. 6. C. 35. qu. 5., ut in aliis antiquioribus iuris canonici collectionibus, inveniuntur. [z] L. 9. D. DE GRAD. ET AFFIN. Au. hanc sent. ad finem tituli reiecit. 2) Hal. *contexuimus.* 3) Mon. Bo. om *nepos .... matre* 4) Bo. et S. i. m., Gratian. et lex Visigotth. ll cc. *quoque.* 5) L. Visigotth. *per substantiam.* 6) S. *quae quocunque.* sed i. m, *quoquo.* Grat. *in quo.* Goth *in quocunque loco.* 7) Goth. om. *id est.* 8) Goth. S. *fratres et sorores.* 9) Goth. Bo. S. om. *frater.* 10) Cuiacius *et materterae* delenda esse censet; quia alioquin frustra adiecta essent illa quae mox sequuntur *itemque consobrini* etc. 11) Cui. putat deesse *avique materni*, arg. l. 1. §. 15 v. *patruus magnus* D. h. t. 12) Goth. S. *fratres et sorores.* Item paullo inferius S. *fratres patrueles, sorores patrueles.* 13) Goth. Sav. Mon. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *proprius* Bo. *proprius consobr.* Gratian. l. c. *propior consobr.* 14) Bo. om. *avunculi m. m. m.* 15) S. i. m. *hic.* 16) Cui. v. *proavique mat.* ad propatrui et proamitae definitionem referenda esse putat, eamdemque dicit esse in fine §. 6. verborum *abavique materni* praeposteram dispositionem. 17) Sav. Mon. Goth. Bo. S. om. *nep. neptis.* 18) Sch. emendat *propioris sobrino* vel *p. s., propioris sobrina.* Codd. Cui. habuerunt *propius consobrini, propius consobrinae.* Grat. *propioris consobr.* Goth. *proprioris s.* 19) Contius, lection. subsecivarum I. cap. 10., et hic et in l. 10. §. 15. D. de grad. emendavit *sobrini*, quod Sch. probat. Idem sentit Ant. Augustinus emendd. II. cap. 5. 20) Bo. Cui. 58. Ritt. Bi. *ex.* 21) S. *adpatruus adamita.* 22) Goth. *avi maternique.* Bo. *maternaeque.* S. *avi materni*, sed i. m. *abavi paterni.* 23) S. i. m. *ultimo.* 24) Goth. S. *fratres sororesque adnepotes adneptes.* S. i. m. *abnepotes.* 25) Hoc quoque loco Paullum scripsisse *sobrini* cum Contio existimat Sch., qui praeterea putat addendum esse *sobrinae.* In L. Visigotth. l. c. legitur *consobrini consobrinae.* 26) Goth. S. ins. *civiliter.*

XII. 1) S *quasi p. e. et ad.* 2) S. *pervenerit.*

XI. §. 2. Istae personae in secundo gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi sunt, paternus et maternus. item duo genera nepotum sunt, sive ex filio sive ex filia procreati. Frater et soror ex transverso veniunt, (id est aut frater patris aut frater matris, qui aut patruus aut avunculus nominatur: *S. Sch.*) qui et ipsi hoc ordine duplicantur. §. 4. Hanc plus exponi opus non est, quam lectio ipsa declarat. §. 5. Haec species nec aliis gradibus, quam scripta est. nec aliis vocabulis declarari potest. §. 7. Haec quoque explanari amplius non potest, quam ut auctor ipse disseruit. §. 8. In his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: ultra quos nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari. (*S. in textu* prorogari; *sed i. m.* propagari.)

XII. §. 1. Si aliquis servum communem manumiserit, eumdem manumittendo nec Latinum nec civem Ro-

dicta liberare non possunt. inter amicos tamen[3] et per epistolam manumittere non prohibentur. Ut autem ad iustam libertatem pervenire possit, condicione venditionis[4] excipi potest. §. 3. Tormentis apud praesidem subiectus[5] et de nulla culpa confessus ad iustam libertatem perduci potest. §. 4. Fideicommissa[6] libertas data facto heredis non mutatur, si servum, quem manumittere iussus est, vinxerit. §. 5. Communem servum unus ex sociis vinciendo[7] futurae libertati non nocebit: inter pares enim sententias clementior severiori[8] praefertur; et certe humanae rationis est favere miserioribus[9], et prope[10] innocentes dicere quos absolute nocentes pronuntiare non possumus[11]. §. 6. Debitor creditorve servum pignoris vinciendo dediticium facere non possunt: alter enim sine altero causam pignoris deteriorem facere non potest. §. 7. Servus furiosi domini vel pupilli iussu vinctus[12] dediticiorum numero non efficitur; quia neque furiosus neque pupillus exacti consilii capax est. §. 8. Non tantum si ipse dominus vinciat, nocet libertati, sed et si vinciri[13] iubeat, aut vincientis procuratoris actorisve factum comprobet. quodsi antequam sciret vinctum, solutionis eius causas approbaverit, libertati futurae vincula non nocebunt. §. 9. Caeco curator dari non potest, quia ipse sibi procuratorem instituere potest.

TIT. XIII. DE FIDEICOMMISSIS LIBERTATIBUS.

§. 1. Ea condicione heres institutus „si liberos suos emancipaverit", omnimodis[1] eos cogendus est emancipare[2]: pro condicione enim hoc loco emancipatio videtur adscripta. §. 2. Decedente eo, a quo[3] fideicommissa libertas relicta est, heredes eius eam praestare cogendi sunt. §. 3. Si decedens servis suis libertatem ita dederit „illum et illum liberos esse volo, eosque filiis meis tutores do", impeditur fideicommissa[4] libertas; quia pupilli sine tutoris auctoritate manumittere non possunt, et habentibus tutores tutor dari non potest. sed interim vice[5] absentium pupilli habebuntur, ut ex decreto amplissimi ordinis primum[6] libertas ac deinde tutela competere possit.

TIT. XIV. AD LEGEM FURIAM[1] CANINIAM.

§. 1. Nominatim servi testamento manumitti secundum legem Furiam possunt. Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo „Stichus liber esto"[2]. cum autem „opsonatorem", vel „qui ex ancilla illa[3] nascitur, liberum esse volo", ex Orphitiano senatus consulto perinde libertas competit, ac si nominatim data sit: officiorum enim et artium[4] appellatio nihil de significatione nominum mutat[5]; nisi forte plures sint, qui eo officio designentur: tunc enim nomen adiungendum est, ut eluceat de quo testator sensisse videatur. §. 2. Codicillis testamento confirmatis datae libertates cum his, quae tabulis testamenti datae sunt, concurrunt, et[6] sive antecedant sive sequantur testamentum, novissimo loco adhibentur; quia ex testamento utraeque confirmantur. §. 3. Quoties numerus servorum propter legem Furiam Caniniam ineundus est, fugitivi quoque, quorum semper possessio animo retinetur, computandi sunt. §. 4. Lege

---

3) S. i. m. *vero*. 4) Sav. *vindicationis*. 5) Goth. S. *subditus*; sed hic i. m. *subiectus*. 6) Bo Bi. *fideicommisso*. 7) Bo. *si debuerit vinciendum*. 8) Ritt. *saeviori*. 9) Bo. S. Ritt. *miseris*. Goth. *miseribus*, sed recentiore manu *miseris*. 10) Bo. *operibus probet*. et S. i. m. *probet*. Goth. S. om *et*. 11) Bo. S. Cui. 86. Au. *possunt*. 12) S. inserit *de*. 13) Cui. 66. 86. Genev. Au. *vincire*.

XIII. 1) Bo. *commode*. 2) Cui. 58. Fabr. *omnimodo eos emanc. cog. est*. 3) Bo. *cui*. 4) Bo. *fidei data*. 5) Bo. *iure*. 6) Bo. *patris*.

XIV. 1) Cett. edd. scribunt *Fusiam*, et sic quoque Goth. in rubrica. Idem in §§. 3. 4. huius tit. *Fuviam*. Sav. Mon. *Fufiam*. Cf. Gai. I. §§. 42. 46. Ulpian. I. §. 24. Inst. I. 7. 2) Bo. *Titius servus meus l. e.* 3) S. om. *illa*. 4) Goth. om. *et artium*. 5) Bo. *appellatione et significatione nominis declarat*. 6) P. Faber coni. *sed*.

---

manum facere potest. et ideo portio eius manumissori perit, et alteri domino ex integro, quasi eius tantum proprius fuisset, acquiritur. §. 4. Per fideicommissum data libertas ab herede per hoc revocari non potest, si servum, quem manumittere iussus est, crimine obiecto in vincula redegerit. §. 5. Si communem servum unus ex dominis in vincula redegerit, propter hoc libertati eius, si postea manumissus fuerit, non nocebit; quia in tali re indulgentioris domini sententia, qui nihil in eum fecit, melior indicatur. et ideo si ab utroque domino manumissus fuerit, civis Romanus effici potest. §. 8. Si servum non solum dominus, sed procurator eius vel actor in vincula redegerit, et dominus hoc iuste factum acquieverit, futurae impedit libertati. nam si eum ab actore ligatum dominus solvi praeceperit, futura libertas non poterit impediri.

XIII. §. 2. Si testator fideicommisso servum iusserit manumitti, et ita evenerit, ut antequam manumissio daretur, is, cui fideicommissa libertas est, moriatur, heres ad manumissionem praestandam, quam auctor suus daturus erat, iure compellitur. §. 3. Siquis moriens servis suis libertatem dandam filiorum fidei commiserit eosque filiis suis tutores esse praeceperit, hoc ordine fideicommissa libertas aliquatenus impeditur; quia nec pupilli sine tutoris auctoritate servos manumittere possunt, et qui tutores a patre nominatim relictos habent alios tutores habere non possunt. sed in tali casu ordinis consilio et ratione prospectum est, ut (*Genev. inserit* ordinatio patris fieri debeat, et pupilli, qui tutores a patre nominatim relictos habent, alios habere non possint. Itaque ut) pupilli velut absentium vice, dum libertas servis tribuitur, habeantur, ut data his a iudice secundum formam testamenti primitus libertate etiam tutores esse praevaleant.

XIV. §. 2. Quoties per testamentum et codicillos libertates dantur, qui in codicillo manumissi sunt, sive ante testamentum factus sit codicillus sive post, et testamento confirmatus sit, posteriori loco tamen habendi sunt qui per codicillos fuerint manumissi. et ideo computatis primum, qui testamento manumissi sunt, tum illis (*Sch.* illi) qui in codicillis manumissi numerantur, et si maior numerus per codicillum quam in lege Furia Caninia continetur, illi libertatem perdunt, qui in codicillo super legitimum numerum manumissi inveniuntur. §. 3. Qui vult testamento liberos stabiliter dimittere (*Sch. habet* t. st. d. libertos), propter legitimum numerum debet computare etiam fugitivos, quorum possessio, et corpore absente, animo semper retinetur. (*Genev.*)

Furia Caninia cavetur, ut certus servorum numerus testamento manumittatur. subductis igitur[7] duobus usque ad decem pars dimidia; a decem usque ad triginta pars tertia; a triginta[8] usque ad centum pars quarta; a centum usque ad quingentos pars quinta. plures autem quam centum ex maiori numero servorum manumitti non licet.

TIT. XIVA. DE NATALIBUS RESTITUENDIS.

[A] *Nec filio patroni invito libertus natalibus suis restitui potest. quid enim interest ipsi patrono an filiis[1] eius fiat iniuria?*

IULII PAULLI RECEPTARUM SENTENTIARUM LIBER QUINTUS.

TIT. I. DE LIBERALI CAUSA.

§. 1. Qui contemplatione extremae necessitatis aut alimentorum gratia filios suos vendiderint, statui ingenuitatis eorum non praeiudicant: homo enim liber nullo pretio[1] aestimatur. iidem[2] nec pignori ab his aut fiduciae dari possunt; ex quo facto sciens creditor deportatur[3]. operae tamen eorum locari possunt. §. 2. Veritati et origini ingenuitatis manumissio, quocumque modo facta fuerit, non praeiudicat. §. 3. Descriptio ingenuorum ex officio fisci inter fiscalem familiam facta ingenuitati non praeiudicat. §. 4. Qui metu et[4] impressione[5] alicuius terroris apud acta praesidis servum se esse mentitus est, postea statum suum defendenti[6] non praeiudicat. §. 5. Post susceptum liberale iudicium si assertor causam deseruerit, in alium assertorem omne iudicium transferri placuit; in priorem vero, quod prodendae libertatis gratia factum est, extra ordinem vindicatur: non enim oportet susceptam status causam nulla cogente necessitate destitui.

[A] §. 5a. *Cui necessitas probandi de ingenuitate sua non incumbit, ultro si ipse probare desideret, audiendus est.* §. 5b. *Qui de ingenuitate cognoscunt, de calumnia eius, qui temere controversiam movit, ad modum exsilii possunt ferre sententiam.* §. 5c. *Tutores vel curatores pupillorum, quorum tutelam[7] et res administraverunt, postea status quaestionem facere non possunt.* §. 5d. *Maritus uxori eidemque libertae status quaestionem inferre non prohibetur.*

TIT. IA. DE PUBLICANIS.

[B] *Locatio vectigalium, quae calor licitantis ultra modum solitae conductionis inflavit[1], ita demum admit-*

7) S. Sch. H. Bi. inserunt *a*. 8) Bo. S. Cui. 86 Au. om. *a trig.*
XIV.A. [A] L. 4. D. H. T. —. Hoc fragmentum Ritt. ad finem tit. 12., Au. et Sch. ad finem tit. 14. collocaverunt. 1) V. Hal. *filio.*
I. 1) Bo. *nullo dari pr.* Goth. *nullo dari nullo pr.* 2) Bo. S. *id est.* Goth. *idem.* 3) Cf. edict. Theoderici §§. 94. 95., ubi est *in exsilium dirigitur.* In l. 5. D. quae res pignori, ex Paulli lib. V. sentt. refertur: *Creditor, qui sciens filium familias a parente pignori accepit, relegatur.* 4) S. *aut.* 5) Bo. *metuens impressionem.* 6) Cf. Capitul. VII. cap. 342. ubi est *defendendi.* [A] §§. 5a. . . 5d. EX L. 39. PR. . . §. 3. D. DE LIBERALI CAUSA. - Au. has sentt. ante. §. 5. exhibet. 7) Hal. *tutelas.*
I.A. [B] Quae sequuntur sentt. ex LL. 9. ET 11. D. DE PUBLICANIS desumptae ab aliis editoribus infra titulo de iure fisci (V. 12) adiunctae sunt. Cum vero et Paullum, ut Digesta, separatum de publicanis titulum habuisse non dissimile veri sit, equidem hunc potius locum secundum ordinem Edicti eis assignandum esse arbitror. Cf. de Weyhe, libri tres Edicti p. 254. 1) Hal. *quae calore ... in-*

I. §. 2. Quicumque ingenuam personam fraudis studio manumittendam esse crediderit, (ut melius subdat eum, *addit Genev.*) praeiudicium ex hoc ingenuitas non incurrit. §. 4. Non praeiudicat ingenuitati, si pauper potenti coactus acquiescat dicere „Servus tuus sum". (*Genev.*)

tenda est, si fideiussores idoneos et cautionem[2] *is, qui licitatione vicerit*[3], *offerre paratus sit.* §. 1. *Ad conducendum vectigal invitus nemo compellitur; et ideo impleto tempore conductionis ea locanda*[4] *sunt.* §. 2. *Reliquatores*[5] *vectigalium ad iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt.* §. 3. *Debitores fisci, itemque rei publicae, vectigalia conducere prohibentur, ne ex alia causa eorum debita onerentur: nisi forte tales fideiussores obtulerint, qui debitis eorum satisfacere parati sint.* §. 4. *Socii vectigalium si separatim partes administrent, alter ab altero minus idoneo in se portionem transferri*[6] *iure desiderat.* §. 5. *Quod illicite publice privatimque exactum est cum altero tanto*[7] *passis iniuriam exsolvitur; per vim vero extortum cum poena tripli restituitur. amplius*[8] *extra ordinem plectuntur: alterum enim utilitas privatorum, alterum vigor publicae disciplinae postulat.* §. 6. *Earum rerum vectigal, quarum numquam praestitum est, praestari non potest. quodsi praestari consuetum indiligentia publicani omiserat*[9], *alius exercere non prohibetur.* §. 7. *Res exercitui paratas praestationi vectigalium subiici non placuit.* §. 8. *Fiscus ab omnium vectigalium praestationibus immunis est. mercatores autem, qui de fundis fiscalibus mercari consuerunt, nullam immunitatem solvendi publici vectigalis usurpare possunt.* [c] *Cotem ferro subigendo necessariam hostibus quoque venumdari, ut ferrum et frumentum et sales, non sine periculo capitis licet.* §. 1. *Agri publici, qui in perpetuum locantur, a curatore*[10] *sine auctoritate principali revocari non possunt.* §. 2. *Dominus navis si illicite aliquid in nave*[11] *vel ipse vel vectores*[12] *imposuerint, navis quoque fisco vindicatur. quodsi absente domino id a magistro vel gubernatore*[13] *aut proreta nautave aliquo*[14] *factum sit, ipsi quidem capite puniuntur, commissis mercibus; navis autem domino restituitur.* §. 3. *Illicitarum mercium persecutio heredem quoque affligit*[15]. §. 4. *Eam rem, quae commisso vindicata*[16] *est, dominus emere non prohibetur, vel per se*[17] *vel per alios, quibus hoc mandaverit.* §. 5. *Qui maximos fructus ex redemptione vectigalium consequuntur, si postea tanto*[18] *locari non possunt, ipsi ea prioribus pensionibus suscipere compelluntur.*

TIT. II. DE USUCAPIONE.

§. 1. Possessionem acquirimus et[1] animo et corpore; animo utique nostro, corpore vel nostro vel alieno. sed nudo animo adipisci quidem possessionem non possumus retinere tamen nudo animo possumus, sicut in saltibus hibernis aestivisque contingit. §. 2. Per liberas[2] personas, quae in potestate nostra non sunt, acquiri nobis nihil potest. sed per procuratorem acquiri nobis possessionem posse utilitatis causa receptum est. absente autem domino comparata non aliter ei, quam si rata sit, quaeritur. §. 3. Longi autem[3] temporis praescriptio inter praesentes continuo[4] decennii spatio, inter absentes vicennii[5] comprehenditur. §. 4. Viginti annorum praescriptio etiam adversus rem publicam prodest ei, qui iustum initium possessionis habuit, nec medio tempore interpellatus est. Actio tamen quanti eius interest adversus eos rei publicae datur, qui[6] ea negotia defendere neglexerunt. §. 5. Si post motam intra tempora[7] quaestionem res ad novum dominum emptione transierit, nec is per viginti annos fuerit inquietatus, avelli[8] ei possessionem non oportet[9].

TIT. III. DE HIS QUAE PER TURBAM FIUNT[1].

§. 1. In eos, qui per turbam seditionemve damnum alicui dederint, dandumve[2] curaverint, siquidem res pecuniaria est, aestimatione dupli sarcitur; quodsi ex hoc corpori[3] alicuius, vitae, membrisve noceatur, extra ordinem vindicatur. §. 2. Quicquid ex incendio, ruina, naufragio, navique expugnata raptum, susceptum suppressumve fuerit[4], eo anno[5] in quadruplum eius rei, quam quis suppresserit, celaverit, rapuerit, convenitur; postea vero[6] in simplum. §. 3[7].

flatur. Rehd. *que calore.* 2) V. *cautiones.* 3) Hal. *vicit.* 4) Fl. *elocanda.* Hal. *tempore conductionis licitatores alloquendi sunt.* Rehd. *tempore conductionis reliquatores conductionis alloquendi sunt.* 5) Hal. Rehd. *Licitatores.* 6) Fl. *transferre.* 7) Rehd. *tantum.* 8) Hal. inserit *etiam.* 9) Rehd. *indulgentia publicanus omiserit.* [c] L. 11. D. EODEM. 10) Hal. inserit *reipublicae.* 11) V. *navem.* 12) Rehd. inser. *vel conductores.* 13) Rehd. inser. *aut conductore.* 14) Fl. inser. *id.* 15) Hal. Rehd. et i. m. Taurell. *adficit.* 16) Hal. V. *vindicanda.* 17) Hal. inser. *vel per suos.* 18) Hal. *tanti.*

II. 1) Cui. 58. Fabr. om. *et.* 2) Mon. *libertas.* 3) Cui. 58. Fabr. om. *autem.* 4) Sav. Mon. Goth. Bo. *continui.* 5) Mon. Goth. *tricennii.* 6) H. ex Schultingii exemplo Lipsiensi accepit *quia*, sed cett. omnes quas inspexi edd. et Sch. quoque editio Lugd. Bat. habent *qui.* 7) S. *tempus.* 8) Goth. S. *evelli.* 9) Goth. *n. potest.*

III. 1) Bo. *qui turbam faciunt.* 2) S. habet *damnumve*, et i. m. annotat id abesse a codd. Morpacensi et Argentorat. 3) S. *corporis.* 4) Bo. *suppressum venerit*, Cui. 86. An. om. *fuerit.* Cui. 58. Fabr. Ritt. habent *erit.* 5) Bo. *animo.* 6) Cui. 58. Fabr. om. *vero.* 7) Cf. L. 11. pr. §. 1. D. ad leg.

II. §. 1. Aliqua sunt, quae animo et corpore possidemus; aliqua, quae tantum animo. animo et corpore ea possidemus, quae in praesenti tenere videmur vel utimur; animo vero ea possidemus, quae in longiuquo posita sunt et in nostro iure consistunt, et ea proprietati nostrae possumus vindicare. §. 2. Per liberas personas, quae nobis nulla condicione obligatae sunt, acquirere nihil possumus. sed per procuratores acquiri nobis possessionem certum est. nam si aliquid absente domino fuerit comparatum, non aliter ei acquiritur, nisi hanc ipsam venditionem sibi acceptam dominus esse consenserit. §§. 3. 4. Viginti annorum non requisitam possessionem (*ita Sch. sed S Ritt.* n. requisita possessio; *S. i. m.* *Cui.* 86. non repetita possessio; *Cui.* 66 *Genev.* non possessionem), si tamen iustum possidendi initium intercessisse probatur, possessori prodesse certum est. iustum autem initium est emptionis, hereditatis, donationis, legati, fideicommissi, et ceterarum rerum similium, quae per legitimas scripturas atque contractus ad uniuscuiusque dominum transire noscuntur. huius autem rei praescriptio inter praesentes decennii est, inter absentes vicennii computatur.

III. §. 1. Si aliquis collecta multitudine aut concitata seditione damnum cuicumque intulerit, si pecu-

Hi qui aedes alienas[8] villasve expilaverint[9], effregerint, expugnaverint, siquidem id turba cum telis coacta fecerint[10], capite puniuntur. telorum autem appellatione omnia, ex quibus saluti hominis noceri possit[11], accipiuntur. §. 4. Receptores aggressorum, itemque latronum, eadem poena afficiuntur, qua ipsi latrones: sublatis enim susceptoribus grassantium cupido conquiescit[12]. §. 5. Fures vel raptores[13] balnearum plerumque[14] in metallum aut in opus publicum damnantur. nonnumquam[15] pro frequentia[16] admissorum iudicantis sententia temperatur. §. 6. Incendiarii, qui consulto incendium inferunt, summo supplicio afficiuntur. quodsi incuria[17] eorum[18] ignis evaserit, dupli compendio damnum eiusmodi sarciri placuit[19].

TIT. IV. DE INIURIIS.

§. 1. Iniuriam patimur aut in corpus aut extra corpus: in corpus verberibus et illatione stupri; extra corpus conviciis et famosis libellis, quod ex affectu uniuscuiusque patientis et facientis aestimatur. §. 2. Furiosus, itemque infans affectu doli et captu contumeliae carent; idcirco iniuriarum agi cum his non potest. §. 3. Si liberis, qui in potestate sunt, aut uxori[1] fiat iniuria, nostra interest vindicare; ideoque per nos actio inferri potest, si modo is, qui fecit, in iniuriam nostram id fecisse doceatur. §. 4. Corpori iniuria infertur, cum quis pulsatur, cuique[2] stuprum infertur aut de stupro interpellatur. quae res extra ordinem vindicatur, ita ut pulsatio pudoris poena capitis vindicetur. §. 5[3]. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem[4] perniciosae libidinis extra ordinem puniuntur. §. 6. Iniuriarum actio aut lege aut more aut mixto iure introducta est. Lege duodecim tabularum de famosis carminibus[5], membris ruptis, et ossibus fractis. §. 7. Moribus, quoties factum pro qualitate[6] sui arbitrio iudicis aestimatum[7] congruentis poenae supplicio vindicatur. §. 8. Mixto iure iniuriarum actio ex lege Cornelia constituitur[8], quoties quis pulsatur, vel cuius domus introitur ab his, qui vulgo derectarii[9] appellantur. in quos extra ordinem animadvertitur, ita ut prius ingruentis consilium pro modo commentae fraudis poena vindicetur exsilii aut metalli aut operis publici[10]. §. 9. Iniuriarum civiliter damnatus eiusque aestimationem inferre[11] iussus famosus efficitur[12]. §. 10. Atrox iniuria aestimatur aut loco aut tempore aut persona: loco, quoties in publico irrogatur; tempore, quoties interdiu; persona, quoties senatori vel equiti Romano, decurioni, vel alias spectatae auctoritatis viro; et si[13] plebeius vel humili loco natus senatori vel equiti Romano, decurioni vel magistratui vel aedili vel iudici, quilibet horum, vel si his omnibus plebeius[14]. §. 11. Qui per calumniam iniuriae actionem instituit extra ordinem punitur: omnes enim calumniatores exsilii[15] vel insulae relegatione aut ordinis amissione[16] puniri placuit. §. 12. Iniuriarum[17] non nisi praesentes accusare possunt: crimen enim[18], quod vindictae aut[19] calumniae iudicium exspectat, per alios intendi non potest. §. 13.[20] Fit iniuria contra bonos mores veluti siquis fimo corrupto[21] aliquem perfuderit, coeno, luto obliniverit[22], aquas spurcaverit, fistulas[23], lacus quidve[24] aliud in iniuriam publicam[25] contaminaverit[26]; in quos graviter animadverti solet. §. 14.[27] Qui puero praetextato stuprum aliudve flagitium[28], abducto ab eo vel corrupto

---

Iul. de vi publ. et Capitul. VII. cap. 343. 8) Mon. S. *aliquas alienas.* Sav. Bo Cui. 86. Au. Capitul. *aliquas.* 9) Bo. *compilaverint.* Goth. *pilaverint fregerint.* S. Capitul. *expoliaverint.* 10) Dig. *si q. in t. c. t. fecerint.* 11) Dig. *singuli homines nocere possunt.* Cui. 58. Fabr. *sal. h. nocere possunt.* 12) Goth. *conquiescat.* S. Cui. 66. Genev. *conquiescet.* 13) Ritt. *ruptores* ed. Lugdun. a. 1559. *latrones.* 14) Bo. om. *plerumque.* 15) Goth. Bo. S. Ritt. *nam non nunquam.* 16) Van de Water, Obss. p. 76. coni. *infrequentia*, adversus quem vide Püttmanni Obss. II. cap. 15. 17) Cui. 58. Fabr. Ritt. *per incuriam.* 18) Sch. coni. *habitatorum.* Roever coni. *aliorum.* Oelrichsii thes. I. 1. p. 159. 19) Au. et Fabrot. hic iterum habent sent. 3. ex Dig. l. 11. §. 1. ad leg. Iul. de vi publ., et addunt eiusdem fragmenti §. 2. (cf. infra tit. 23. §. 7). Ritt. ad marginem Au. h. l. male adscripsit „Inepte iteratur sententia 3. huius tit. ex lib. lex Dei tit. 1." nam in Coll. haec sent. non exstat.

IV. 1) Cui. 86. vitiose *uxoris.* 2) Cui. 58. Ritt. Fabr. *cuive.* 3) Cf. l. 1. pr. D. de extraord. crimin. 4) Goth. *voluptatem.* 5) Bo. *criminibus.* 6) Bo. *levitate.* 7) Sav. Mon. Goth. Bo. S. Cui. 58. 66. Genev. Fabrot. *aestimatur.* 8) S. inserit *ut.* 9) Sav. Mon. Bo. *directarii.* 10) Au. sentt. 6...8. una serie coniungit, Fabrot. autem §§. 7 et 8. tamquam §§. 1. 2. §phi 6. exhibet. 11) Au. *ferre*, quod Ritt. i. m. correxit *inferre.* 12) Goth. manu recentiore *dicitur.* 13) Cum S. plerique edd. scribunt *etsi.* 14) Bo. *cuilibet h. vel si his omnibus plebeii inferunt.* Cui. 58., quam Fabrot. sequitur, *et si ... omnibus plebeius* ut superflua expunxit. 15) Ritt. coni. *exsilio.* 16) Cui. coni. *amotione.* 17) Capitul. VII. 246. inscr. *actiones.* 18) Sch. annotat in edd. cum interpp. Cui. esse *eius*; et sic Fabrot. quidem habet, sed Cui. 58. recte *enim.* 19) Bo. *vindicare per.* 20) Cf. l. 1. §. 1. D. de extraord. crimin. 21) Genev. inserit *aut qualibet sorde.* 22) Dig. *oblinuerit*, vel *oblinierit*; Cui. 58. Fabr. *oblinuerit*, Goth. Cui. 86. Au. *oblinierit.* 23) Bo. *fistulam.* Goth. *fistula.* 24) Fl. *quid vel.* 25) Cui. 58. Fabr. Ritt. *ad ini.* Bo. *iniuria publica.* Goth. quoque om. *in.* 26) Alii *contaminarit.* 27) Cf. l. 1. §. 2. D. l. c. 28) Dig.

---

niae damnum fiat, dupli redhibitione componitur. nam si corpus alicuius vel membra caede pulsata fuerint, huiusmodi admissum a iudice vindicatur. §. 6. Si aliquis malitiae studio incendium miserit, de hoc crimine convictus poenis gravissimis iubetur interfici. quodsi per negligentiam factum incendium comprobatur, damnum, quod cuicumque illatum fuerit, res, quae incendio perierint, dupli satisfactione sarcientur.

IV. §. 5. Sollicitatores alienarum nuptiarum, sponsarum, vel matrimoniorum interpellatores, non dicam, si eas corruperint, sed tantum si ipsas pulsaverint ut corrumpant, propter voluntatem perniciosam extra ordinem puniuntur. (*Genev.*) §. 9. Qui pro iniuria mediocri aestimatae iniuriae damna subire compellitur, civiliter quamvis videatur addictus, tamen infamis efficitur.

comite, persuaserit,[29] mulierem puellamve[30] interpellaverit, quidve corrumpendae pudicitiae[31] gratia fecerit, domum[32] praebuerit, pretiumve, quo id[33] persuadeat, dederit, perfecto flagitio capite punitur[34], imperfecto in insulam deportatur. corrupti comites summo supplicio afficiuntur. §. 15. Qui carmen famosum in iniuriam alicuius vel alia quaelibet cantica, quo agnosci possit, composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur: interest enim publicae disciplinae opinionem uniuscuiusque a[35] turpi carminis infamia vindicare. Carmen facit non tantum qui satyras et epigrammata, sed illegitimam insectandi alicuius causam quidve aliud alio genere componit. De ratione et de personarum dignitate nihil cavetur; quoniam omnimodo deformanda est eius persona, contra quem venimus. sed in hoc modus quidam[36] et ratio adhibenda est; aestimatio enim etiam hoc modo laeditur[37]. §. 16. Psalterium, quod vulgo dicitur canticum, in alterius infamiam compositum et publice cantatum, tam in eos qui hoc cantaverint, quam in eos qui composuerint, extra ordinem vindicatur: eo acrius, si personae dignitas ab hac iniuria defendenda sit. §. 17. In eos auctores, qui famosos libellos in contumeliam alterius proposuerint, extra ordinem usque ad relegationem insulae vindicatur[38]. §. 18.[39] Convicium iudici ab appellatoribus fieri non oportet; alioquin infamia notantur. §. 19.[40] Maledictum, itemque[41] convicium publice factum ad iniuriae vindictam revocatur. quo facto condemnatus infamis[42] efficitur. §. 20. Non tantum is, qui maledictum aut convicium ingesserit, iniuriarum convictus[43] famosus efficitur; sed et is, cuius ope consiliove factum esse dicitur. §. 21.[44] Convicium contra bonos mores fieri videtur si obscoeno nomine aut inferiore parte corporis nudatus aliquis insectatus sit. quod factum contemplatione morum et causa publicae honestatis vindictam extraordinariae ultionis exspectat. §. 22. Servus, qui iniuriam aut contumeliam fecerit, siquidem atrocem, in metallum damnatur; si vero levem, flagellis caesus sub poena vinculorum temporalium domino restituitur.

TIT. V.A. DE EFFECTU SENTENTIARUM ET FINIBUS LITIUM[1].

§. 1. Res iudicatae videntur[2] ab his, qui imperium potestatemque habent, vel qui ex auctoritate eorum inter partes dantur; itemque a magistratibus municipalibus[3] usque ad summam, qua[4] ius dicere possunt; itemque ab his, qui ab imperatore extra ordinem petuntur. Ex compromisso autem iudex sumptus rem iudicatam non facit; sed si poena inter eos promissa sit, poena rei in iudicium deductae[5] ex stipulatu[6] peti potest. §. 2. Confessi debitores pro iudicatis habentur[7]; ideoque ex die confessionis tempora solutionis praestituta[8] computantur. §. 3. Confiteri quis in iudicio non tantum sua voce, sed et litteris et quocumque modo potest. convinci autem[9] non nisi scriptura aut testibus potest. §. 4. Eorum, qui debita confessi sunt, pignora capi et distrahi possunt. §. 5. Confessionem suam reus in duplum[10] revocare non potest. §. 6 Ea, quae altera parte absente decernuntur[11], vim rerum iudicatarum non obtinent.

§. 6a. [D] *De unoquoque negotio praesentibus omnibus, quos causa contingit, iudicari oportet: aliter enim iudicatum tantum inter praesentes tenet.* §. 6b. *Qui apud fiscum causam defendere saepius conventi neglexerint, rebus iudicatis subiiciendi sunt: quod eo apparet, si saepe conventi praesentiam suam[12] facere noluerint.*

§. 7. Trinis litteris vel edictis, aut uno pro omnibus[13] dato, aut trina denuntiatione conventus nisi ad

---

om. *praetextato* et *aliudve flagitium.* 29) Dig. inser. *aut.* 30) Goth. *puellam vel.* 31) Idem cod. et Sav. Mon. Cui. 58. Fabr. Ritt. *pud. corr.* Dig. *impudicitiae gratia.* 32) Cod. Leidensis a Roevero inspectus et Dig. Fl. habent *donum.* Basilica δῶρα. 33) Dig. *is.* 34) Goth. *puniatur.* Dig. *punitur capite.* Cod. Fl. *puniuntur c.* Inde paullo inferius Taurell. et Gebauer *deportantur.* 35) Cui. 66 86. Genev. Au Fabr. om. *a.* 36) S. *modo quidem.* Cui. 66. 86. quoque et Genev. *quidem*; sed Ritt. emendavit *quidam.* 37) Sent. 15. abest a codd. Cui. Sav. Mon. Goth. edd. Bo. Cui. 58., ubi Cui. annotat eam, quia abesset a libris scriptis quam plurimis, tamquam spuriam a se reiectam esse. Quae inde a verbis *Carmen facit* sequuntur S. Cui. 66. Genev. i. m. spuria esse annotaverunt, Cui. 86. autem tamquam interpretationem exhibuit; quo factum est, ut Au. quoque et Fabrot. ea omitterent. V. *sed illegitimam* et sqq. Sch. emendavit: *sed et illegitimum.. causa quid aliud.. componit.* Köhler autem, interprett. et emendd. II. p. 124., *sed et qui librum* etc. 38) Ivo in Decret. XVI. 256. hanc sent. referens addit *ista temeritas.* 39) Cf. l. 42. D. de iniuriis, ubi legitur *Iud. ab app. convicium* etc. 40) §. 19. abest a. Bo. 41) Goth. *idemque.* 42) Cui. 58. Ritt. Fabr. *famosus.* 43) Cui. 58. Fabr. om. *ini. conv.* 44) Sent. 21. abest a Sav. Mon. Goth. Bo. et Cui. 58., quae eam adulterinam esse in comment. pronuntiat. Cui. 66. Genev. i. m. eam spuriam esse declarant. Cui. 86. tamquam interpretationem exhibet. Inde Au. et Fabr. quoque omiserunt.

V.A. 1) Bo. om. *e. f l.* Goth. vitiose *de affecto sententiarum et fini limitum.* S. Cui. 66. Genev. *fine l.* sed Genev. i. m. *finibus.* 2) S. *evidenter.* 3) Goth. *idemque a magistratus municipalis.* Bo. S. *itemque magistratus municipalis.* 4) Ritt. emend. *de qua.* 5) Sic Sav. Mon. edd. Bo. S. Cuii., sed codd. Cui. edd. Ritt. Sch. H. Bi. *deducta.* Malim *poena, re i. i. deducta, ex st.* 6) Goth. S. *stipulato.* 7) Goth. *confessio debitoris . . . habetur.* 8) Cui. 58. Fabr. Ritt. Sch. H. *solutioni p.* Bo. s. *praestita.* 9) Genev. i. m. *in iudicio nemo sine scriptura etc.* 10) Ita edd. pleraeque cum Cui. 66., quae primum hanc sent. ex fonte ignoto exhibuit. Au. et Fabrot. habent *dubium*, quod Sch. quoque et H. receperunt. sed cf. Bynkershoekii Obss. VI. 10. 11) S. i. m. *discernuntur.* [D] §§. 6a. et 6b. EX L. 47. PR. §. 1. D. DE RE IUDICATA; Au. post §. 11. habet. 12) V. Hal. *sui.* 13) Cui. 58. Fabr. *pro*

---

§. 15. Exsiliari iubet eos, qui libellos famosos excogitant et proponunt. Is qui in blasphemiam alterius canticum composuerit vel cantaverit, eo extra ordinem vindicatur. (*Genev.*) §. 18. Infamatur quicumque, dum appellat iudicem, (*Ritt.* iudici; Sch. in iudicem) convicium dixerit. (*Genev.*)

V.A. §. 6. Sententia absente parte altera a iudice data nullam obtinet firmitatem. (*Genev.*) §. 7. Quicum-

iudicem, ad quem[14] sibi denuntiatum est, aut cuius litteris vel edicto[15] conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta[16] sententia auctoritatem rerum iudicatarum obtinet: quinimmo nec appellari potest ab ea. [17] Ab ea sententia, quae in contumaces data est, neque appellari, neque in duplum[18] revocari potest. §. 8. Res olim iudicata post longum silentium in iudicium deduci non potest, nec eo nomine in duplum[19] revocari. Iongum autem tempus exemplo longae praescriptionis decennii inter praesentes, et inter absentes vicennii computatur[20]. §. 9. In causa capitali absens nemo damnatur; neque absens per alium[21] accusare aut accusari[22] potest. §. 10. Falsis instrumentis religione[23] iudicis circumducta, si iam dicta[24] sententia prius de crimine admisso constiterit, eius causae instauratio iure deposcitur. §. 11. Ratio calculi saepius se patitur supputari, atque ideo potest quocumque tempore retractari, si non longo tempore evanescat[25].

TIT. V.B. DE REBUS AUCTORITATE IUDICIS POSSIDENDIS[1].

§. 1. Pupillo[2], si non defendatur, in possessione bonorum[3] creditoribus constitutis,[4] ex his usque ad pubertatem alimenta praestanda sunt. §. 2. Eius, qui ab hostibus captus est, bona venire non possunt, quamdiu revertatur.

TIT. VI. DE INTERDICTIS[1].

§. 1a. [E] *Neque muri neque portae habitari sine permissu principis propter fortuita incendia possunt.* §. 1b. [F] *Concedi solet, ut imagines et statuae, quae ornamenta rei publicae sunt[2] futurae, in publicum[3] ponantur.*

§. 1. Retinendae possessionis gratia comparata sunt interdicta, per quae eam possessionem, quam iam habemus, retinere volumus; quale est Uti possidetis de rebus soli[4], et Utrubi[5] de re mobili. Et in priore quidem is potior[6] est, qui redditi[7] interdicti tempore nec vi nec clam nec precario ab adversario possidet[8]; in altero vero potior est qui maiore parte anni retrorsum numerati nec vi nec clam nec precario possedit[9]. §. 2. Ut interdictum, ita et actio proponitur, ne quis via publica aliquem prohibeat. cuius rei sollicitudo ad viarum curatores[10] pertinet, a quarum munitione nemo exceptus est. Siquis tamen in ea aliquid operis fecerit, quo commeantes impediantur, demolito opere condemnatur[11]. §. 3. Non tantum si ipse dominus possessione deiiciatur,[12] utile interdictum est, sed etiam[13] si familia eius. familiae autem nomine etiam duo servi continentur. §. 4. Vi deiicitur[14] non tantum qui oppressu multitudinis[15] aut fustium aut telorum aut armorum metu terretur, sed et is qui violentiae opinione comperta[16] possessione cessit, si tamen adversarius eam ingressus sit. §. 5. De navi vi deiectus hoc interdicto experiri non potest; sed utilis ei actio de rebus recuperandis, exemplo de vi bonorum raptorum, datur. idem-

---

tribus. Sav. *p. o. peremptorio.* 14) Sic Sav. Mon. Bo., S. i. m., Cui. 86 Au.; aliae edd. *a quo.* 15) Cui. 58. Fabr. Sch. H. *edictis.* 16) S. i. m. *data.* 17) Plerique sententiae sequenti praemittunt *Quoties in contumacem fuerit iudicatum*, quae, quia testibus codd. Sav. Mon Goth. ad praecedentem interpretationem pertinent, Bi. eiecit. Cui. 58. hanc sent., quam interpretationem esse indicavit, omisit, et Sch. eam tamquam secundam praecedentis sententiae interpretationem dedit. 18) Ed. Lugdun. a. 1559 i. m., Au. Fabr. Sch. H. *dubium.* cf. annot. 10. 19) Ed. Lugdun. i. m. et Au. *dubium.* sed Fabrot. hoc loco ex Cui. 58. *duplum.* Neque Sch. hoc quidem loco illud *dubium* in textum accepit, quamvis et hic accipiendum esse in annotatione contenderit. 20) Bo. S. om. *computatur.* 21) Bo. *capitali iniustus n. d. neque iniustus neque per alium.* 22) Bo. Cui. 58. Fabr. om. *aut accusari.* Capitul. VII. 202. *per al. accusatorem accusari;* sed VII. 354. *p. a. accusare aut accusari.* 23) Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *religio.* 24) Mon. Bo. *si indicta.* Goth. *sibi indicta.* 25) Sent. 11., quam Cui 66. primum edidit, exstat in appendice codicis Paris. 4403.

V.B. 1) Hunc titulum Genev. primum exhibuit ex fonte ignoto. ceterum cf. l. 39. D. de reb. auct. iud. poss. - Au. hanc sent. ex Dig. sumptam ad finem tituli praecedentis adiunxit. 2) Dig. *Pupillus.* 3) Dig. om. *bonorum.* 4) Dig. inser. *minoribus.*

VI 1) Genev. i. m. *interd. retinendae possessionis.* [E] L. 3. D. NE QUID IN LOCO SACRO FIAT. [F] L. 2. D. DE LOCO PUBL. FRUENDO. Au. §§. 1a. 1b. ante sent. 14 huius tituli, Ritt. ad finem tituli de iure fisci (V. 12.) habet. 2) Hal. V. *ornamento rei p. sint.* 3) Hal. *in publico.* 4) Bo. *immobilibus.* 5) Goth. *utrumvi.* Sav. *utruvi.* Mon. *utrii.* Cui. 66. 86 Genev. Au. *utrum vi.* S. *utrum videre.* S. i. m. *uti possidentes de rebus solidis: et utrum vi de re mobili.* 6) Edd. cum interpp. Cui. secundum Sch. *prior.* sed Cui. 58. et Fabr. *potior.* 7) Goth. *reddit.* S. *rem*, et i. m. *reddidit.* 8) Cui. 66. 86. Genev. Au. *possedit* Goth. S. *possidetur.* 9) Mon. Goth. Bo. S. Cui. 58. *possidet.* Cf. Gai. IV. 150. et Savinii *Recht des Besitzes* ed. quinta p. 452. 53. 10) Goth. Bo. S. *cultores*, sed S. i. m. *curatores.* 11) Goth. *condempnetur.* Sav. Mon. Goth. et S. h. l. habent rubricam *de interdicto utrum vi*, ad eamque Goth. i. m. adscriptum numerum VII. - Bo. habet rubr *d. i. unde vi.* Cui. 58. et sqq. pleraeque talem rubricam non admiserunt. sola Genev. rubricam *de interdictis utrum vi* interposuit, numerum autem non adiecit. 12) Cui. 58. et Fabr. inserunt *unde vi.* 13) Eaedem edd. *sed et.* 14) Bo. *territus dicitur.* 15) Bo *oppressione.* S. *oppressus multitudine.* 16) Cui. 58. 66. Genev. Fabr. *comparata*, sed Genev. i. m.

---

que tribus auctoritatibus iudicis conventus vel tribus edictis ad iudicium fuerit provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est quod causam exstinguit, fuerit evocatus, et praesentiam suam apud eum iudicem, a quo ei denuntiatum est, exhibere noluerit, adversus eum quasi in contumacem iudicari potest. quinimmo nec retractari per appellationem negotia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum. §. 8. Causa inter praesentes iudicata post decennium revolvi non potest, nec inter absentes post vicennium. (*Genev.*).

VI. §. 1. Interdicta dicuntur quasi non perpetua sententia, sed ad tempus interim dicta, hoc est a iudice momentum priori reddere (*Ritt. coni.* reddente) possessori: id est ut siquis possidens intra anni spatium, quod amisisse videtur, praesentibus litigatoribus, iudice ordinante recipiat, et postmodum si voluerit tam de vi quam de rei

que de eo dicendum est, qui [17] carruca aut equo deiicitur; quibus non abductis iniuriarum actio datur. §. 6. Vi deiectus videtur et qui in praedio vi retinetur et qui in via territus est, ne ad fundum suum accederet. §. 7. Qui vi aut clam aut precario possidet ab adversario impune deiicitur. §. 8. Ex rebus vi possessis si aliquae res [18] arserint, vel servi decesserint [19], licet id sine dolo eius, qui deiecit, factum sit, aestimatione tamen condemnandus est qui [20] ita voluit adipisci rem iuris alieni.

§. 8a. [G] *Cuiuscumque fundi usufructuarius prohibitus aut deiectus de restitutione omnium rerum simul occupatarum agit. sed et si medio tempore alio [21] casu interciderit ususfructus, aeque de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur.* §. 8b. *Si fundus, cuius ususfructus petitur, non a domino possideatur, actio redditur. et ideo, si de fundi proprietate inter duos quaestio sit, fructuarius nihilominus in possessione esse debet, satisque ei a possessore cavendum [22] est quod non sit prohibiturus frui eum, cui ususfructus relictus est, quamdiu de iure suo probet [23]. Sed si ipsi usufructuario quaestio moveatur, interim ususfructus eius offertur [24]; sed caveri debet [25] de restituendo eo, quod ex his fructibus percepturus est, vel si satis non detur, ipse frui permittitur.*

§. 8c. [H] *Si de via, itinere, actu, aquaeductu agatur, huiusmodi cautio praestanda est, quamdiu quis de iure suo doceat, non se impediturum agentem et aquam ducentem et iter facientem. quodsi neget ius esse adversario agendi, aquae ducendae [26], cavere sine praeiudicio amittendae servitutis debebit, donec quaestio finietur [27], non se usurum.* §. 8d. [I] *Fructuarius, licet suo nomine.* §. 8e. [K] *Sive ad fundum nostrum facit sive ex fundo.* §. 8f. [L] *Servitute usus non videtur nisi is qui suo iure uti se credidit. ideoque siquis pro via publica vel pro alterius servitute usus sit, nec interdictum nec actio utiliter [28] competit [29].*

§. 9. Si inter vicinos ex communi rivo aqua ducatur, interdici [30] prius debet ex his [31] vicibus, quibus a singulis duci consuevit; ducenti autem vis fieri prohibetur [32]. alienam autem aquam usurpanti nummaria poena irrogatur. Cuius rei cura ad sollicitudinem praesidis spectat [33]. §. 10. Redditur interdicti actio, quae proponitur ex eo, ut quis quod precario [34] habet restituat. nam et civilis actio huius rei, sicut commodati [35], competit: eo vel maxime, quod ex beneficio suo unusquisque iniuriam pati non debet. §. 11. Precario possidere videtur non tantum qui per epistolam vel quacumque [36] alia ratione hoc sibi concedi postulavit, sed et is qui nullo voluntatis indicio, patiente tamen domino, possidet [37]. §. 12. Heres eius, qui precariam [38] possessionem tenebat, si in ea manserit, magis dicendum est clam videri possidere [39]: nullae enim preces eius videntur adhibitae. et ideo persecutio eius rei semper manebit, nec interdicto locus

comperta. 17) S. Ritt. inser. *a.* 18) Bo. Cui. 58. Fabr. om. *res.* 19) Goth. *discesserint.* 20) Goth. et S. *quia.* sed hic quidem i. m. *qui.* [G] §. 8a. 8b. EX L. 60. PR. §. 1. D. DE USUFRUCTU ET QUEMADM.– Ritt. haec ante §. 13., Au. post §. 1. huius tituli habent. 21) V. *aliquo.* 22) H. a P. i. m. *dandum.* 23) Hal. V. *probetur.* 24) V. *differtur.* Hal. H. a P. *ei differtur.* Brencm. coni. *ei aufertur.* 25) Fl. om. *debet.* [H] L. 7. DE AQUA QUOTTIDIANA. In Au. haec sent. post §. 8., in Ritt. post §. 13. legitur. 26) V. Hal. *aquamve ducendi.* 27) Hal. V. *finiatur.* [I] L. 21. D. QUEMADM. SERVIT. AMITT., cui in Dig. haec praemittitur sententia ex Scaevolae lib. I. regularum sumpta: *Usu retinetur servitus cum ipse, cui debetur, utitur . . . vel colonus aut fructuarius.* [K] L. 23. D. EODEM. Cf. l. 22. ibid. *Denique quicumque quasi debita via usus fuerit.* [L] L. 25. D. EODEM. 28) Hal. V. *utilis.* 29) Ritt. ad finem huius tituli annotavit »Ex hoc titulo de interdictis puto sumpsisse Tribonianum eas sententias quas in l. 21. l. 23. et l. ult. D. quemadmod. servit. amitt. posuit. Sit igitur nobis sententia: *Usu retinetur servitus etiam cum fructuarius utitur, licet suo nomine; sive ad fundum nostrum facit vel ex fundo. Servitute usus* etc. Au. et Fabr. sub tit. de usucapione (V. 2.) post §. 5. habent: *Usu retinetur servitus cum fructuarius utitur, licet suo nomine, si vel* etc. Nos in collocandis his sententiis Schultingium secuti sumus. 30) Ita Cui. 66. 86. Genev. Au. Bi.; reliquae edd. ut codd. Mon. Goth. *induci.* Codd. Cui. Sav. *indici.* 31) Sav. Goth. Bo. Cui. 86. Au. et i. m. Cui. 66. Genev. *et hiis sive iis;* reliquae edd. et cod. Mon. *ex his* vel *iis.* 32) Cui. hunc locum ita emendavit: *interdici prius debet, et his vicibus, quibus a singulis duci consuevit, ducenti vis fieri prohibetur.* Sch. maluit *ducenti eam vis f p.* 33) Goth. S. Cui. 66. 86. Genev. *expectat.* 34) Goth. Bo. S. *precarium.* 35) S. i. m. *commendati.* 36) Goth. *qua.* 37) S. Cui. 58. Ritt. Fabr. *possedit.* 38) Goth. *precario.* 39) S. *clam id videri possedisse.*

proprietate confligat. nam si talis casus emerserit, ut adventiciam quolibet titulo rem novus possessor adeat, et eam maiore parte anni, id est plus quam sex mensibus, teneat, et ab alio haec res, quam tenuit, auferatur, et ille qui abstulit quattuor aut quinque mensibus teneat; si intra ipsum annum de momento fuerit actum, priori possessori, qui maiore parte anni possedit, res a iudice partibus praesentibus merito reformatur, ita ut de negotii qualitate partes sequenti actione confligant. sin vero qui abstulit maiore parte anni possedit ante iudicium, momenti beneficium reddere non compellitur.

§. 7. Vi possidet qui impetu efficaci depulso adversario possidet; clam possedisse videtur qui ignorante et inscio domino possessionem occupat; precario, qui per precem postulat, ut ei in possessione permissu domini vel creditoris fiduciam (*Sch. coni.* fiduciarii) commorari liceat. §. 8. Si ex rebus, quas violenter aliquis occupavit, quaelibet quacumque occasione perierint aut arserint, vel servi violenter occupati mortui fuerint, quamlibet fraude illius, qui occupavit id quod perit, factum non videatur, tamen ab ipso quaecumque perierint reddenda sunt, qui rem iuris alieni violenter visus est occupasse. §. 9. Ut communem rivum aequaliter ducere nemo vetet: alterius aquam nullus usurpare praesumat. (*Genev.*) §. 10. Siquando alicuius precibus exorati aliquid cuicumque possidendum ad tempus fuerit praestitum, et ad primam admonitionem hoc ipsum reddere noluerit, datur adversus eum interdictum et actio iusta proponitur. quae actio civilis est, velut si de commodato agatur, ut res ipsa praestita sine aliqua difficultate reddatur; quia pro beneficio pati quemcumque iniuriam non oportet. §. 12. Si heres eius in ea possessione, quam au-

est[40]. §. 13. Arbor, quae in alienas aedes vel[41] in vicini agrum imminet, nisi a domino sublucari non potest, isque conveniendus est ut eam sublucet. quodsi conventus dominus id facere noluerit, a vicino luxuries ramorum compescatur[42]; idque[43] qualiscumque dominus facere non prohibetur. §. 14 Adversus eum, qui hominem liberum[44] vinxerit, suppresserit, incluserit, operamve ut id fieret dederit, tam interdictum quam legis Fabiae super ea re actio redditur[45]; et interdicto quidem id agitur ut exhibeatur is qui detinetur, lege autem Fabia, ut etiam poena nummaria coerceatur[46]. §. 15. Bene concordans matrimonium separari a patre Divus Pius[47] prohibuit: itemque a patrono libertum, a parentibus filium filiamque; nisi forte quaeratur ubi utilius morari debeat. §. 16. Omnibus bonis, quae habet quaeque habiturus est, obligatis nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quottidiano habet[48], obligantur; ideoque de his nec interdictum redditur.

TIT. VII. DE OBLIGATIONIBUS.

§. 1. Obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, quae quadam verborum sollennitate concipiuntur, et appellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur: stipulum enim veteres[1] firmum appellaverunt. §. 2. Verborum obligatio inter praesentes, non etiam inter absentes[2] contrahitur. Quodsi scriptum fuerit instrumento promisisse aliquem, perinde habetur atque si interrogatione praecedente responsum sit.

§. 2a. [M] *Si sub una significatione diversis nominibus ea res, quae in stipulatum deducitur, appellatur, non infirmat obligationem, si alter altero verbo utatur.* §. 2b. *Siqui viam ad fundum suum dari stipulatus fuerit, postea fundum partemve eius ante constitutam servitutem alienaverit, evanescit stipulatio.*

§. 3. Fructuarius servus siquid ex re fructuarii aut ex operis suis acquirit[3], ad fructuarium pertinet. quicquid autem aliunde vel ex re proprietarii[4] acquirit, domino proprietatis acquirit. § 4. Cum facto promissoris res in stipulatum deducta intercidit[5], perinde agi ex stipulatu[6] potest ac si ea res exstaret. ideo promissor aestimatione eius[7] punitur, maxime si in dolum quoque eius concepta[8] fuerit stipulatio.

TIT. VIII. DE NOVATIONIBUS[1].

§. 1.[2] Non solum per uosmet ipsos novamus quod nobis debetur[3], sed per eos etiam, per quos stipulari[4] possumus, veluti per filium familias vel servum, iubendo vel ratum habendo. Procurator quoque noster ex iussu nostro receptum[5] est ut novare possit.

TIT. IX. DE STIPULATIONIBUS[1].

§. 1. Substitutus heres ab instituto, qui sub condicione scriptus est, utiliter sibi institutum hac stipula-

---

40) Bo. om. *nullae enim* etc. Cf. Savinii *Recht des Besitzes* edit. 5ta p. 508. 41) Cui. putavit delenda esse *in alienas aedes vel*, propter l. 1. pr. §. 7. D. de arbor. caedend. sed fortasse Anianus diversas Paulli sententias male confudit. 42) Goth. Cui. 86. Au. *compescitur.* 43) Sch. H. *id.* 44) Ritt. *lib hom.* 45) S. *reddetur.* 46) Ita Cui. emendavit quod in codd. et edd. Bo. S. est *aut . . coercetur.* S. i. m. *addicetur.* 47) Bo. *ius nostrum.* 48) Goth. *habent.*

VII. 1) Goth. om. *veteres.* 2) Bo. om. *n. e. i. a.* [M] §. 2a. et 2b. EX L. 136. PR. §. 1. D. DE VERB. OBL. 3) S. et hic et paullo inferius *acquiret.* 4) Goth. Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *proprietaria.* 5) Bo. *interierit.* 6) Ita Bo. Cui. 66. 86. Genev. Au. Fabr.; cett. edd. *stipulato.* Goth. *stipulatione.* 7) Bo. *promissoris aestimatione habita vis.* 8) Goth. Bo. *grata.*

VIII. 1) Bo. *de donationibus.* — Au. et Fabr praetermissa hac rubrica sententiam sequentem cum titulo superiore coniungunt. 2) Codd. Cui. praemittunt *novationes fiunt quoties cautio renovatur.* Sav. *n. sunt quoties causa revocatur.* 3) Bo. S. *detur.* 4) S. Cui. 66. Genev. *stipulare.* 5) Goth. Bo. S. Cui. 66. Genev. *praeceptum.*

IX. 1) Au. *de stipulationibus Praetoriis.* quare Fabrot. annotat »in aliis tit. est de stip. praetoriis."

---

ctor suus precario possederat, post mortem illius manserit, magis aestimandus est clam, id est occulte, manere. actio tamen proprietatis domino adversus eum, qui ita manserit, iure competit. §. 14. Si quicumque hominem liberum ligaverit, absconderit, incluserit, aut ut id fieret solatium praebuerit, adversus eum legis Fabiae actio datur; id est ut exhibeatur is qui in clusura aut in vinculis detinetur ab eo qui fecisse convincitur: aut secundum legem Fabiam puniendus est, aut secundum aestimationem iudicis poena nummaria feriendus est. §. 16. Siquis debitor creditori suo talem fecerit cautionem, ut omnia ei, quae in bonis suis habet vel habiturus est, oppignorasse videatur, in tali condicione nec concubina, nec filius naturalis, nec alumnus, nec ea, quae in usu quottidiano habet, obligata videri possunt. nec momentum si creditor petat, de his rebus, quas superius diximus, accipere potest.

VII. §. 2. Verborum obligatio ideo inter praesentes constare videtur, quia necesse est, ut is, qui aliquid redditurum se promittit, ad creditoris interrogata respondeat: ut si interrogatus fuerit „ istud dabis?", ille respondet »dabo"; si interrogatus fuerit » promittis?", ille respondet „promitto." Sed si scribat aliquis se quamcumque summam redditurum, ita habetur quasi ad interrogata responderit; ideo ad redhibitionem secundum scripturae ordinem retinetur. §. 4. Qui aliquid se cuicumque redditurum esse promiserit, si eius facto res promissa depereat, ita etiam is, cui promissa est, ab eo recipere potest, tamquam non perierit; ideoque promissor aestimatione habita pretium eius rei, quae perierit, reformare compellitur. quod in eo magis observandum est, si promissoris fraude fuerit factum.

VIII. §. 1. Novatio est quoties causa novatur. (Non tantum autem nosmet ipsi, sed et per hos, quos in potestate habemus, cautiones nostras novare possumus. *addit Genev.*)

IX. §. 1. Substitutus heres eum, qui sub condicione heres institutus est, adita hereditate compellere potest, ut sibi heres institutus caveat, id est cautione promittat, hanc ipsam hereditatem a se in nullo penitus minuendam. quo facto siquid de hereditate fuerit imminutum, duplos fructus eius rei a die cautionis heres in

tione cavere compellit[2], ne petita bonorum possessione res hereditarias deminuat[3]; hoc enim[4] casu ex die interpositae stipulationis duplos fructus praestare compellitur. Huius enim praeiudicium a superiore differt[5], quo quaeritur an ea res, de qua agitur, maior sit centum sestertiis; ideoque in longiorem diem concipitur[6]. §. 2. Ex die accepti iudicii dupli fructus computantur. et tam dantes quam accipientes, heredes quoque eorum, procuratores, cognitorumque personae, itemque sponsores eadem stipulatione comprehenduntur; eorum quoque, quorum nomine promittitur. §. 3. Quoties iudicatum solvi stipulatione satisdatur, omissa eius actio rei iudicatae persecutionem non excludit. §. 4. Emancipati liberi praeteriti si velint se miscere paternae hereditati, et cum his, qui in potestate remanserint, communis patris dividere hereditatem, antequam bonorum possessionem petant, de conferendo cavere cum satisdatione debebunt. quodsi satisdare non possunt, statim ex fide bonorum confusionem[7], excepto peculio castrensi, facere cogendi sunt.

TIT. X. DE CONTRAHENDA AUCTORITATE [1].

§. 1. Ob metum impendentis damni vicinus vicino satisdare debet, additis sponsoribus, super eo[2] quod damni acciderit. §. 2. De communi pariete[3] utilitatis causa hoc coepit observari, ut aedificet quidem cui aedificare interest, cogatur vero socius portionis suae impensas agnoscere.

TIT. XI. DE DONATIONIBUS.

§. 1. Species extra dotem a matre in honorem nuptiarum praesente filia genero traditae donationem perfecisse videntur [1]. §. 2. Probatio traditae vel non traditae possessionis non tam in iure quam in facto consistit; ideoque sufficit ad probationem si rem corporaliter teneant[2]. §. 3. Pater si filio familias[3] aliquid donaverit et in ea voluntate perseverans decesserit, morte patris donatio convalescit. §. 4. Cum unius rei in duos donatio confertur, potior est ille, cui res tradita est: nec interest posterior quis an prior acceperit, et exceptae necne personae sint [4]. §. 5. Invitus donator de evictione[5] rei donatae promittere non cogitur[6], nec eo nomine, si[7] promiserit, oneratur; quia lucrativae rei possessor ab evictionis actione ipsa iuris ratione depellitur.

§. 5a. [N] *Si pater emancipati filii nomine donationis animo pecuniam faeneravit*[8] *eamque filius stipulatus est*[9], *ipso iure*[10] *perfectam donationem ambigi non potest.*

§. 6. Ei, qui aliquem a latrunculis vel hostibus eripuit, in infinitum donare[11] non prohibemur[12]; si tamen donatio et[13] non merces eximii laboris appel-

---

Cf. Cui. ad h. l. 2) Goth. S. *compellitur.* 3) Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *diminuat.* 4) Cui. 86. Au. *autem.* Sch. coni. *etiam.* 5) Codd. Goth. Cui. *defert.* 6) Goth S. *concepit.* Bo. *concipit.* 7) Mon. Goth. *competitionem.*

X. 1) Codd. Cui. *hereditate.* Cuiacius ad h. l. annotat »Equidem malim aut eum titulum omnino circumscribere aut legere *de communi pariete.*" 2) Goth. *damni vicino s. d. et datis sp. super eum.* Bo. *damni vicino satisdari d., datis s. s. e. si quod* 3) S verba *de communi pariete* cum sententia praecedente coniungit.

XI. 1) Bo. *Si species . . . traditae fuerint, d. p. videtur.* Goth. *specie . . . videtur.* 2) Goth. *qui rem . . . retineat.* Bo. *teneat.* Ritt. coni. *teneam.* 3) S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *filio familiae.* 4) Bo. *neque ullae exceptae personae sunt.* S. *et acceptae necne p. s.* Goth. *ex acceptae nec pers s.* 5) Goth. S. *evectione* et inferius *evectionis.* 6) Iidem *cogetur.* 7) Ritt. coni. *nisi.* [N] L. 34. PR. D. DE DONATION. 8) Hal. *foeneraverit.* 9) Fl. *et.* 10) Rehd. inscrit *esse.* 11) Goth. S. *dare*, sed S. i. m. *donare.* 12) Goth. Bo. S. *prohibetur.* 13) Cui. 58. Fabr. om. *et.*

---

stitutus redhibere compellitur. §. 2. Ex ea die, qua de causa fuerit iudicatum, si in redhibitione mora facta fuerit, dupli fructus computantur. et tam hi qui addicti fuerint, quam etiam heredes eorum vel procuratores aut cognitores vel fideiussores eadem promissio comprehendit. Hic etiam tenendi sunt quorum nomine facta fuerit promissio. §. 3. Siquando causa per iudicium fuerit terminata, et indicati solutio fideiussione interposita fuerit repromissa, si is, cui fideiussio praebita est, huius rei actionem qualibet ratione tardaverit, a persecutione rei, quae addicta est, non excluditur. §. 4. Emancipati filii si patris testamento fuerint praetermissi et se paternae hereditati cum reliquis fratribus (qui in potestate manserunt *addit Genev*) miscere voluerint, de confundendis rebus, quas a patre emancipationis tempore perceperint, fideiussores dare compelluntur, qui eos omnia divisioni refusuros sua fideiussione promittant. quodsi huiusmodi fideiussores non dederint, statim fide media confusionem rerum omnium, quas acceperunt, facere compelluntur, exceptis tamen rebus quas de castrensi peculio habere probantur.

X. §§. 1. 2. Siquando aliquibus vicinus paries ruinae metum videatur ostendere, invicem sibi datis fideiussoribus promittere debent, ut si cui vicinus paries damnum fecerit, a socio sarciatur. sed si ab uno ex his communis paries propter metum ruinae fuerit reparatus, impensas fabricae socius illi pro portione sua praestare cogendus est.

XI. §. 2. Si inter aliquos de tradita aut non tradita re nascatur intentio, huius rei probatio non in iure aut in scriptura, sed in facto constat. ideo ad omnem probationem sufficit, si res ab eo, qui sibi traditam asserit, teneatur. §. 4. Si aliquis unam rem duobus per legitimas scripturas donaverit, uni prius et alteri postea, non quaerendum est in his donationibus qui prior, qui posterior sit; sed qui rem tradente donatore possederit, is eam, cui est tradita, possidebit. nec interest utrum in parentes an in extraneos talis sit facta donatio. §. 5. Si aliquis rem iuris sui scriptura interveniente donaverit, evictionis poenam sibi constituere invitus non compellitur. ad quam rem, etiamsi volens promiserit, non potest retineri; quia res, quae lucrum alteri facit, damnum pro munere suo donatori inferre non poterit. et si ad hanc rem is, cui donatum est, donatorem voluerit attinere, ab hac actione omnimodis removetur. (*Genev. addit* vel sic: qui rem suam donat, evictionis poenam scribere non debet. quodsi scripserit, ei non nocebit.) §. 6. Siquis aliquem de imminenti periculo, id est de latronum aut hostium perse-

landa est; quia contemplationem salutis certo modo aestimari non placuit[14].

TIT. XII. DE IURE FISCI ET POPULI.

§. 1a. [o] *In fraudem fisci non solum per donationem, sed quocumque modo res alienatae revocantur. idemque iuris est et si non quaeratur: aeque enim in omnibus fraus punitur.* §. 1b. *Bona eorum, qui in custodia vel in vinculis vel compedibus decesserunt, heredibus eorum non auferuntur, sive testato sive intestato decesserunt.* §. 1c. *Eius bona, qui sibi mortem conscivit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius constiterit cuius criminis gratia manus sibi intulerit.*

§. 1[1]. Eius bona, qui sibi ob aliquod admissum flagitium mortem conscivit[2], fisco vindicantur[3]. quodsi taedio[4] vitae aut pudore aeris alieni vel[5] valetudinis alicuius impatientia hoc admisit, non inquietabuntur, sed ordinariae successioni relinquentur[6].

§. 1d. [p] *A debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit. sane ipsum ita ab alio emere mancipium, ut manumittat, non est prohibitum*[7]*: ergo tunc et libertatem praestare poterit*[8].

§. 2. Ei etiam velut indigno aufertur hereditas, qui affinem vel[9] cognatum, cui ipse ab intestato successurus erat, testamentum facere prohibuit, aut ne iure subsisteret[10] operam dedit.

§. 2a. [q] *Portiones quoque*[11] *eorum fisco vindicantur, qui mortem libertorum suspecto decedentium non defenderunt: omnes enim heredes vel eos, qui loco heredis sunt, officiose agere circa defuncti vindictam convenit.*

§. 3. Si pater vel dominus id testamentum, quo filius eius vel servus heredes instituti sunt aut legatum acceperunt, falsum redarguant, nec obtineant, fisco locus est. §. 4. Aetati eius, qui accusat testamentum, si non obtineat, succurri solet in id quod ita amisit; maxime si tutoris aut curatoris consilio actio instituta sit.

§. 4a. [r] *Minor viginti quinque annis omissam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.*

§. 5[12]. In ea provincia, ex qua quis originem ducit, officium fiscale administrare prohibetur, ne aut gratiosus aut calumniosus apud suos esse videatur. §. 6. Quoties sine auctoritate iudicati officiales alicuius bona occupant vel describunt vel sub observatione esse faciunt, adito[13] procuratore iniuria submovetur, et[14] rei huius auctores ad praefectum praetorio puniendi mittuntur[15]. §. 7. Litem in perniciem privatorum fisco donari non oportet, nec ab eodem[16] donatam[17] suscipi. §. 8[18]. Imperatorem litis causa heredem institui invidiosum est: nec enim calumniandi[19] facultatem ex principali maiestate capi oportet. §. 9. Ex nuda pollicitatione nulla actio nascitur; ideoque[20] eius bona, qui se[21] heredem imperatorem facturum[22] esse iactaverat[23], a fisco occupari non possunt.

§. 9a. [s] *Ex imperfecto testamento legata vel fidei-*

---

14) Haec sententia in l. 34. §. 1. D. de donation. ita refertur: *Siquis aliquem* (V. hoc loco, Rehd. post vocem *hostibus* inser. *captum*) *a latrunculis vel hostibus eripuit, et aliquid pro eo ab ipso accipiat, haec donatio irrevocabilis est: non merces* (V. et i. m. Taurell. *nam m.* Hal. Rehd. *merces enim*) *eximii laboris appellanda est, quod contemplatione salutis certo modo aestimari non placuit.* — P. Faber apud Meerm. proponit post v. *tamen* inserendum esse *hoc*, et dein ex Dig. scribendum *quod comtemplatione.* et addit, „quid si legas *quem?* ut ad laborem referatur."

XII. [o] §. 1a. . . 1c. ex L. 45. PR. §. 1. 2. D. DE IURE FISCI. In collocandis his aliisque ex Digestis in hunc titulum assumptis sententiis Schultingium secuti sumus. alio ordine in edd. Ritt. et Au. leguntur. 1) Cf. l. 45. §. 2. D. l. c. — Au. nostram §. 1. in initio tituli posuit, postque eam totam l. 45. D. l. c. in §§. 2. . . 16. repraesentavit, ita quidem ut ea, quam in §. 1. ex Brev. dedit, sententia in §. 5. ex l. 45. §. 2. cit. iterum inveniretur. quod Ritt. ad marginem Au. recte notavit. sed Fabrotus nihil correxit. 2) Dig. addunt *et manus intulit.* 3) S. Cui. 66. 86. Genev. *fiscus vendicat.* Au. *f. vindicat.* 4) Ita edd. Cuiacianae, Genev. Au. Fabr. — Goth. Bo. S. *id odio.* sed S. i. m. annotat *taedio.* Reliquae edd. *id taedio.* sed aut *id*, aut quod paullo inferius legitur *hoc* superabundat; *hoc* autem omnes Paulli edd. agnoscunt. In Dig. est *id taedio*, et infra omittitur *hoc.* 5) Dig. *aut.* 6) Goth. *ordinaria eius successio relinquitur.* Ita S. quoque, omittens tamen *eius.* Cui. 86. Genev. Au. *ordinaria successione relinquentur*, itemque Cui. 66. nisi quod in fine habet *relinquuntur.* Dig. *suae successioni* (Hal. V. *suo successori*) *relinquuntur.* [p] L. 45. §. 3. D. H. T. 7) Hucusque haec sent. totidem fere verbis exstat in fragm. de iure fisci §. 19., quae tantum om. verba *ab alio* et *mancipium.* 8) Fl. *possit.* 9) Ritt. ex Cui. coni. om. *affinem vel.* Sch. coni. *agnatum vel.* At vide Bynkershoekii Obss. lib. V. cap. 6. et cf. Vat. fragm. §. 262. et §. 218., l. 38. §. 1 D. de usur. et Klenzius in *Ztschr. f. gesch. Rtsw.* VI. pagg. 111. 77. 10) Goth. *substiterit.* [q] L. 21. D. DE HIS QUAE UT INDIGN. 11) Fl. *Portionesque.* [r] L. 36. D. DE MINOR. 12) Sav. Mon. Goth. Bo. S. hic habent rubricam *de fisci advocato*, quam Cui. 58. et sqq. edd. omiserunt. 13) Bo. S. *addito*, sed S. i. m. *adito.* 14) Goth. S. *ut*, sed hic i. m. *et.* 15) Goth. S. Cui. 66. Genev. *mittantur.* 16) Cui. 58. Fabr. *eo.* 17) Ita Sch. coniecit, et Bi. ex cod. Sav. hanc scripturam accepit. Cui. 58. Ritt. Fabr. Sch. H. *donatum.* reliquae edd. ut Mon. Goth. *donata.* 18) Cf. l. 91. D. de hered. instit. — S. Cui. 66. 86. hanc sent. pro interpret. habent. 19) Fl. *nec calumnia.* V. *nec calumniae.* Hal. *nec enim calumniae.* 20) *Eius bona* etc. exstant in l. 31. D. qui test. facere poss. 21) Cui. 58. Ritt. Fabr. om. *se.* 22) Dig. *se imp. f. heredem.* 23) V. Hal. *iactaverit.* [s] L. 23. D. DE LEGAT. III.

---

cutione vel manu, eripuit, quicquid vel quantum aut si omnia ei is qui liberatus est pro salutis suae mercede donaverit, nec ab ipso donatore nec ab heredibus eius repeti potest; quia vitae praemium nulla potest aestimatione pretii pensari.

XII. §. 1. Siquis sibi pro aliquo admisso crimine mortem intulerit, facultates eius fiscus vindicat. nam si ingratitudine malae vitae aut propter verecundiam contracti enormis debiti vel impatientia valetudinis mortem sibi intulerit, bona eius suis aut legitimis heredibus nullatenus auferuntur. §. 5. Homo in qua natus est provincia officium fiscale, id est iudiciariae potestatis, agere prohibetur. (*Genev.*) §§. 7. 8. Res in lite posita fisco donari non potest, nec imperator de re litigiosa heres institui. (*Genev.*)

commissa imperatorem vindicare inverecundum[24] *est: decet enim tantae maiestati eas servare leges, quibus ipse solutus esse videtur.* §. 9b. [r] *Quodsi ea bona, ex quibus imperator heres institutus est, solvendo non sint, re perspecta consulitur imperator*[25]*: heredis enim instituti in adeundis vel repudiandis*[26] *huiusmodi hereditatibus voluntas exploranda est.*

§. 10. Privilegium fisci est inter omnes creditores primum locum tenere.[27] §. 11[28]. Quicumque a fisco convenitur, non ex indice[29] vel[30] exemplo alicuius scripturae, sed ex authentico conveniendus est, etsi[31] contractus fides possit ostendi. Ceterum calumniosam scripturam vim iustae petitionis[32] in iudicio obtinere non convenit. §. 12. Eius bona, qui falsam monetam percussisse dicitur, fisco vindicantur. quodsi servi ignorante domino id fecisse dicantur, ipsi quidem summo supplicio afficiuntur, domino tamen nihil aufertur; quia peiorem domini causam servi facere, nisi forte scierit, omnino non possunt.

§. 12a. [u] *Ex his bonis, quae ad fiscum delata sunt, instrumenta vel chirographa, acta etiam ad ius privatorum pertinentia restitui postulantibus convenit.* §. 12b. *Neque instrumenta neque acta a quoque adversus fiscum edi oportet.* §. 12c. *Ipse autem fiscus actorum suorum exempla hac condicione edit, ut ne*[32*] *is, cui describendi fit potestas, adversus se vel rem publicam his actis utatur: de quo cavere compellitur, ut, si usus is contra interdictum fuerit, causa cadat.* §. 12d. *Quotiens apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, ut merito his*[33] *uti liceat, eaque manu commentariensis annotanda sunt. quodsi ea aliter proferantur, is qui ita protulerit causa cadit*[34]. §. 12e. *Quotiens iterum apud fiscum eadem causa tractatur, priorum actorum, quorum usus non fuerat postulatus, ex officio recitatio iure poscetur.* §. 12f. *Qui pro alio a fisco conventus debitum exsolvit, non inique*[35] *postulat persecutionem bonorum eius, pro quo solvit*[36]*: in quo etiam adiuvari per officium*[37] *solet.* §. 12g. *Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. cuius rei aestimatio ita arbitrio iudicantis conceditur, ut in maioribus summis non plus quam tres menses, in minoribus vero non plus quam duo prorogentur; prolixioris autem temporis spatium ab imperatore postulandum est.* §. 12h. *Si principalis rei bona ad fiscum devoluta sint, fideiussores liberantur: nisi forte minus idonei sint, et in reliquum non exsolutae quantitatis accesserint.* §. 12i. *Si plus servatum est ex bonis debitoris a fisco distractis, iure ac merito restitui postulatur.* §. 12k. *Conductor ex fundo fiscali nihil transferre potest, nec cupressi materiam vendere vel olivae, non substitutis aliis, ceterasque arbores pomiferas caedere: et facta eius rei aestimatione in quadruplum convenitur.* §. 12l. *Minoribus viginti quinque annis neque fundus neque vectigalia locanda sunt, ne adversus ea beneficio aetatis utantur*[38]. §. 12m. [y] *Si quis aliquid ex metallo principis vel ex moneta sacra furatus sit, poena metalli vel*[39] *exsilii punitur.*

TIT. XIII. DE DELATORIBUS [1].

§. 1. Omnes omnino deferre alterum et causam pecuniariam fisco nuntiare prohibentur; nec refert mares istud an feminae faciant, servi an[2] ingenui an libertini, an suos an extraneos deferant: omni enim modo puniuntur. §. 2. Servi fiscales, qui causam domino prodere ac nuntiare contendunt, deferre non videntur. Subornati sane reum[3] prodere coguntur, nequi quod[4] per se non potest per alium deferat. perinde autem subornatores ac delatores puniuntur. §. 3. Damnati servi, sive post sententiam sive ante sententiam dominorum facinora confessi sint, nullo modo audiuntur, nisi forte reos deferant maiestatis.

TIT. XIV. DE QUAESTIONIBUS HABENDIS [1].

§. 1. In criminibus eruendis quaestio quidem adhibetur; sed non statim a tormentis incipiendum est. ideoque prius argumentis quaerendum est, et, si[2] suspicione aliqua reus urgueatur[3], adhibitis tormentis de sociis et[4] sceleribus suis confiteri compellitur. §. 2[5]. Unius facinoris plurimi rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum[6] incipiatur, qui timidior et tenerae aetatis esse videatur[7].

§. 2a. [x] *Reus evidentioribus argumentis oppressus repeti in quaestionem potest, maxime si in tormenta animum*[8] *corpusque duraverit*[9]. §. 2b. *In ea cau-*

---

24) V. *verecundum.* [r] L. 2. D. DE OFF. PROCURAT. CAES. 25) Hal. V. *Imperatori.* 26) Hal. om. *vel repud.* 27) Cui. 86. Au. *retinere.* 28) Cf. l. 2. D. de fide instrument. 29) Mon. Bo. *incerto.* 30) Dig. *et.* 31) Dig. *ita si.* Hal. *ut ita si* Bynkershoek. coni. *ita si sic.* Köhler interpretat. II. p. 74. secundum Basilica emendavit *ita si c. f. non p. o.* 32) Dig. om. *iustae petitionis.* [u] §. 12a. . . . 12l. ex L. 45. §. 4. . . . §. 14. D. DE IURE FISCI. 32*) Ita Hal.; V. Rehd. *ne.* Cod. Fl. *ut.* sed Taurell. *ut (ne).* 33) Fl. *Is.* 34) V. Rehd. *cadat.* 35) Hal. *nonnunquam.* 36) Hal. *solverit.* 37) Hal. Rehd. inserunt *iudicis.* 38) Quae alii ex LL. 9 et 11. D. de publican. hoc loco dederunt, vide supra tit. 1A. [y] L. 38. PR. D. DE POENIS. 39) Fl. *et.* Hal. *aut.*

XIII. 1) Au. et Fabr. hanc rubricam non acceperunt. Cf. Cui. ad tit. de incendiariis (V. 20). 2) Cui. 86 Au. *aut.* 3) Sch. H. ex interpretatione *eum.* 4) Ita Bi. ex. cod. Sav.: Goth. habet *nec quod* Mon. Bo. S. *ne quod.* sed S. i. m. *qui.* alii *qui quod.* omissa v. *ne.*

XIV. 1) In Coll. VIII. 2. et IX. 3. allegatur tit. *de testibus et quaestionibus.* 2) Goth. om. *et.* S. Cui. 66. 86. Genev. Au. *etsi.* 3) Goth. Bo. S. *arguatur.* 4) Iidem inser *de* 5) Cf. l. 18. pr. D. de quaestion. 6) Goth. *primo loco.* 7) Dig. *t. est vel t. aetatis videtur.* [x] §§. 2a. . . 2c. EX L. 18. §§. 1. 2. 3. D. DE QUAESTION. 8) V. *animus* 9) Hal. *obduruerit.*

XIII. §. 2. Si servi fiscales aliquid domino nuntiaverint atque prodiderint, delatores esse non videntur. Sane si aliquis eos ad hanc rem immiserit vel instigaverit, eum prodere compelluntur. qui cum proditus ab illis fuerit, ita puniri iubetur, quemadmodum delatores pro iuris ordine puniuntur.

XIV. § 1. Si reus in criminibus suis mentiri voluerit, adhibita tortura de sociis et admissis suis fateri cogitur. (*Genev.*)

sa, in qua nullis reus argumentis urguebatur, tormenta non facile adhibenda sunt: sed instandum accusatori, ut id, quod intendat[10], *comprobet atque convincat.* §. 2c. *Testes torquendi non sunt convincendi mendacii aut veritatis gratia, nisi cum facto intervenisse dicuntur.*

TIT. XV. DE TESTIBUS.

§. 1[1]. Suspectos gratiae testes[2], et eos[3] vel maxime, quos accusator de domo[4] produxerit[5], vel vitae humilitas[6] infamaverit, interrogari non placuit: in teste[7] enim et vitae qualitas spectari[8] debet et dignitas. §. 2. In adfinem vel cognatum inviti testes interrogari non possunt. §. 3. Adversus se invicem parentes et liberi, itemque liberti, nec volentes[9] ad testimonium admittendi sunt; quia rei verae[10] testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit[11]. §. 4. Testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturam interrogari non possunt[12]. §. 5[13]. Qui[14] falso vel varie[15] testimonia dixerunt[16] vel utrique[17] parti prodiderunt[18], aut in exsilium aguntur, aut in insulam relegantur, aut curia submoventur[19]. §. 6. In re pecuniaria tormenta, nisi cum de rebus hereditariis quaeritur, non adhibentur; alias[20] autem iureiurando aut testibus explicantur.

TIT. XVI. DE SERVORUM QUAESTIONIBUS.

§. 1. Servum de facto suo in se[1] interrogari posse ratio aequitatis ostendit: nec enim obesse ei debet, qui per servum aliquid[2] sine cautione commodat aut[3] deponit. §. 2.[4] Iudex tutelaris, itemque centumviri, si aliter de rebus hereditariis vel de fide generis instrui non possunt, poterunt[5] de servis hereditariis habere quaestionem. §. 3. Servi alieni in alterius caput non nisi singuli torqueri possunt. et hoc invito domino non est permittendum, nisi delator, cuius interest quod intendit probare, pretia eorum quanti[6] dominus taxaverit inferre sit paratus, vel certe deterioris facti servi subire taxationem[7]. §. 4[8]. Servo, qui ultro aliquid de domino confitetur, fides non accommodatur: nec enim oportet in rebus dubiis[9] salutem dominorum servorum arbitrio committi. §. 5. Servi in caput domini neque a praeside neque a procuratore, neque in pecuniariis neque[10] in capitalibus causis interrogari possunt. §. 6. Communis servus[11] in caput alterius ex dominis[12] torqueri non potest. §. 7. Qui servum[13] ideo comparavit[14], ne in se torqueretur, restituto pretio poterit interrogari[15]. §. 8[16]. Servus in caput eius domini[17], a quo distractus est, cuique[18] aliquando servivit, in memoriam prioris dominii interrogari non potest.

§. 8a. [Y] *Servus nec si a domino ad tormenta offeratur interrogandus est.* §. 8b. *Sane quotiens quaeritur an servi in caput domini interrogandi sint*[19], *prius de eorum dominio oportet inquiri.*

§. 9. Si servus ad hoc fuerit manumissus, ne torqueatur, quaestio de eo nihilo minus haberi potest[20]. §. 10. Quae-

---

10) Hal. V. *intendit.* Rehd. *intentat.*

XV. 1) §§. 1. 2. 3. etiam in Coll. IX. 3. inveniuntur, et §. 1. partim exstat in l. 24. D. de testibus. 2) Goth. S. *suspectus g. testis.* Coll. secundum Pith. *susceptos testes.* et sic Genev. i. m.; Vind. *suscoeptos t.* Verc. *susceptus t.* 3) Goth. S. *ex eis.* 4) Vind. Verc. om. *de domo.* 5) Coll. secundum Pith. *eduxit.* Blum. *deduxit.* 6) Goth. *vilitas.* S. *utilitas*, sed i. m. *humilitas.* 7) Coll. Sch. H. *in testibus.* 8) Bo. S. Cui. 66. 86. Genev. Au. et Vind. Scal. *exspectari.* Verc. *expectari.* 9) Goth. om. *nec volentes.* Mon. *nisi volentis.* 10) S. *veritatis.* Goth. *rei veritatis.* Vind. *iubere.* Verc. *iuvere.* Scal. *in vere.* idem coni. *in iure.* 11) Verc. *corrupit.* 12) Bo. *testes enim fidei tabularum nihil adhibiti iuvare dicuntur, et adversus s. hanc i. n. p.* 13) Cf. Coll. VIII. 3. et l. 16. D. de testibus. — Au. ad marg. scripsit »ex l. 16 D. de testib." 14) S. Sch. Bi. Coll. *hi qui.* Scal. *sic qui.* 15) Goth. Bo. S. Cui. 66. Genev. *false v. varie.* Cui. 86. Au. *falsa vel varia.* Coll. *falsum vel aliqua.* Bynkersh. Obss. III 20. coni. *falsum vel ob aliqua.* Pith. coni. *falsa vel obliqua.* 16) Vind. *dixerint.* Verc. *dixerit.* 17) Coll. secundum Pith. *utriusve.* 18) S. i. m. *providerint.* 19) Dig. pro *aut in exsilium* et sqq. habent *a iudicibus competenter puniuntur.* Cf. edict. Theoder. §. 42. *Qui varium aut falsum testimonium dixerint, aut utriusque parti prodiderint, in exsilium dirigantur.* 20) Cui. 58. Fabr. Sch. H. *aliae.*

XVI. 1) Goth. Bo. om. *suo.* S. om. *suo in se.* Goth. habet *de se.* 2) Goth. *s. alienum quid.* 3) S. *commodatum.* Goth. *commodata.* 4) Cf. l. 18. §. 4. D. de quaestion. 5) Dig. ita habent: *Iudex cum de fide generis instrui non potest, poterit.* 6) Goth. *quantum.* 7) Cf. edict. Theod. §. 100. *Servus alienus in alterius caput torqueri non potest, nisi delator aut accusator, cuius interest probare quod intendit, pretium eius quantum dominus taxaverit inferre paratus sit.* 8) Cf. l. 18. §. 5. D. l. c. 9) Dig. om. *i. r. d.* 10) Goth. Cui. 58. Fabr. *quam.* Cui. 86. Au. *tam in pec. quam i. c. i. non p.* In capitul. VII. cap. 363. legitur *neque tam in parvis quam in cap.* 11) Goth. inser. *nisi.* 12) S. i. m. *domini.* 13) Sch. coni. *Siquis servum*, aut *servus, quem quis ideo.* 14) Cui. 58. Fabr. et edict. Theod. §. 101. *comparaverit.* 15) Ed. Theod. l. c. *restituto pretio resoluta venditione adversus eum, qui fraudulenter emerat, debet subiici quaestioni.* Codd. Cui. om. §. 7. 16) Cf. l. 18. §. 6. D. l. c. 17) Hal. om. *eius.* V. om. *domini.* 18) Hal. *cui.* [Y] §§. 8a. et 8b. EX L. 18. §§. 7. 8. D. DE QUAEST. Au. omisit. 19) V. Hal. Rehd. *sunt.* 20) S. *h. non*

XV. §. 3. Adversus se invicem testimonium parentes et filii vel liberti dicere prohibentur; quia veritatis professionem propinquitatis affectio impedire cognoscitur. §. 5. Hi, qui false vel varie vel ab utraque parte testimonium dederint, in exsilium deputentur. (*Genev.*)

XVI. §. 1. Servum de facto suo in se interrogari posse praeceptum est, ut si aliquid dominus eius per eum cuicumque sine cautione transmiserit aut commodaverit, si ille, cui traditum est, negare voluerit, responsione servi, per quem res acta est, possit rei probatio non deesse. §. 2. Siquando rerum hereditariarum quantitas tutore agente requiritur, ut possit hereditatis quantitas inveniri, de servis hereditariis haberi quaestionem iure praeceptum est. et si fortasse de filiis aliqua dubitatio habeatur, ut veritas inveniri non possit, torqueri servi hereditarii iubentur. §. 10. Si latro quaestioni subditus

stioni eius[21] latronis, quem quis obtulit, cum de eo confiteretur, fidem accommodari non convenit: nisi id forte velandae conscientiae suae gratia, quam cum reo habuit, fecisse doceatur. §. 11. Neque accusator per alium accusare, neque reus per alium defendi potest; nisi ingratum libertum patronus accuset, aut rei absentia defendatur. §. 11a. [z] *Alii propter suspicionem calumniae* [22], *ut illi qui falsum testimonium subornati dixerunt.*

§. 12. Si pecunia data iudici[23] reus absolutus esse dicatur, idque in eum fuerit comprobatum, ea poena damnatur[24], qua reus damnari potuisset[25]. §. 13. In convictum reum, sive torqueri possit sive non possit, pro modo admissi sceleris statuendum est[26]. §. 14. Reis suis edere[27] crimina accusatores cogendi sunt: scire enim oportet quibus sint criminibus responsuri.

§. 14a. [A] *Cogniturum de criminibus praesidem oportet ante diem palam facere custodias se auditurum, ne hi, qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus opprimantur: quamvis*[28] *defensionem quocumque*[29] *tempore postulante reo negari non oportet, adeo ut propterea et differantur et proferantur custodiae.* §. 14b. *Custodiae non solum pro tribunali, sed et de plano audiri possunt atque damnari.* §. 14c. [B] *In pecuniariis causis omnis*[30] *dilatio singulis causis plus semel tribui non potest; in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duae dari possunt, sed utrumque*[31] *causa cognita.*

TIT. XVII. DE ABOLITIONIBUS[1].

§. 1[2]. Abolitio est deletio, oblivio, vel exstinctio accusationis. §. 2. Post abolitionem[3] publicam a delatore suo reus intra tricesimum diem repeti potest, postea non potest. §. 3. Summa supplicia sunt crux, crematio, decollatio; mediocrium[4] autem delictorum poenae sunt metallum, ludus, deportatio; minimae[5], relegatio, exsilium, opus publicum, vincula. Sane qui ad gladium dantur intra annum consumendi sunt.

TIT. XVIII. DE ABACTORIBUS[1].

§. 1[2]. Abactores sunt qui unum equum,[3] duas equas, totidemque boves, vel[4] capras decem, aut[5] porcos quinque abegerint. quicquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, poena[6] furti pro qualitate eius aut in duplum aut in triplum convenitur; vel[7] fustibus caesus in opus publicum unius anni datur, aut sub poena vinculorum domino restituitur[8].

§. 2. [C] *Atroces pecorum abactores plerumque ad gladium vel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. atroces autem sunt qui equos et greges ovium de stabulo vel de pascuis abigunt, vel si id saepius*[9] *aut si ferro conducta*[10] *manu faciunt.* §. 3[11]. Si ea pecora, de quibus quis litigat[12], abegerit, ad forum remittendus est[13], atque ita convictus in duplum vel in triplum furis more damnatur.

§. 4. [D] *Qui bovem vel equum errantem quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum*[14] *quam abactorem*[15] *constitui placuit.*

TIT. XIX. DE SACRILEGIS[1].

§. 1. Qui noctu[2] manu facta praedandi ac depopu-

---

potest. sed i. m. »alias, *haberi potest.*« Cf. edict. Theod. §. 102. 21) Goth. om. *eius.* [z] L. 9. D. DE ACCUSAT. Haec sent. ad titulum de accusationibus pertinere videtur, qualem in Paulli Sententiis olim exstitisse lubenter credideris. sed et praecedens sent. 11. ad titulum talem potius referenda foret, quem cum Gotthi omiserint, huic sent. illam ex Dig. assumptam adiungere, ut Ritt et Sch. fecerunt, consultius duximus. Au. eam post §. 14b. exhibet; non annotans unde sumpta sit. 22) Intellige *prohibentur accusare:* quod Ritt. h. l. inseruit. Au. et Fabr. in fine addunt *alii acc. prohibentur.* 23) Goth. Cui. 86. Au. *a iudice.* 24) Genev. Ritt. Sch. H. inserunt *iudex.* 25) Goth. *potest.* 26) Bo. ex interpretat. *iudex quod ei visum fuerit iudicabit.* 27) Genev. *cedere*, sed i. m. *edere.* Goth. *rei sui reddere.* [A] §§. 14a. et 14b. EX L. 18. §§. 9. 10. D. DE QUAESTION.: quas Ritt. ad finem tituli 14. habet. 28) Rehd. inserit *offerre.* 29) Idem om. *quocumque.* [B] L. 10. D. DE FERIIS., quam Au. non habet. 30) Hal. V. *omnibus.* 31) V. *ubique.*

XVII. 1) Goth. Bo. *absolutionibus.* Au. et Fabr. hanc rubricam omiserunt. 2) §. 1. quamvis iam in epitome Aegidiana a. 1517. edita esset, Paulli editionum ante Genevensem nulla exhibet, neque Au. et Fabr. receperunt. 3) Bo. *absolutionem.* Goth. *abolutionem.* 4) Ritt. ad marg. Au. adscripsit „Scipio Gentilis *mediocres.*" 5) Bo. om. *minimae.*

XVIII. 1) In Coll. XI. 2. allegatur tit. *de abigeatoribus.* Dig. habent tit. *de abigeis.* 2) Cf. Coll. XI. 3. 3) Coll. ins. *vel.* 4) Cui. 66. Genev. om. *vel.* 5) Goth. S. Coll. om. *aut.* 6) S. Cui. 86. Au. *in p.* Codd. Coll. *imponat.* Scal. coni. *in poena.* Cui. coni. *in poenam.* 7) Coll. *aut.* Genev. i. m. *conven. si servus fuerit, fustibus* etc. 8) Vind. Verc. Scal. *restituetur.* Cui. hanc sent. ita emendavit: *Abactores sunt qui unum equum, duas equas, vel capras decem, totidemque oves, aut porcos quinque abegerunt. Quicquid vero intra hunc numerum abstulerit, poena ... convenitur. Abactor autem fustibus caesus* etc. quam sent. Ritt. in textum accepit. [C] §. 2. EX COLL. XI. 2. Ritt. et Sch. h. l., Genev. et Au. ante §. 1 collocaverunt. 9) Iac. Gothofred., ad l. unic. Theod. Cod. quor. usus interd., coni. *si vel id saepius.* Voukius spec. crit. p. 42. coni. *saevius.* 10) Ita Blum.; sed codd. omnes *aut a f. c.* Pith. coni. *aut ferro conducta.* Faber secundum Pith. coni. *aut cum ferro aut cond.* Freher in parerg. I. 9. et Pith. in notis posterr. coni. *aut ferro coactave.* 11) Cf. Coll. XI. 4. 12) Coll. *litigaverat.* Verc. *litigaverit.* 13) Goth. Bo. S. *non mittendus e.* S. i. m. *renuntiandus est.* [D] §. 4. EX COLL. XI. 5. Genev. primum recepit. 14) Vind. *non furem eum esse.* 15) Vulgo ex Pith. *abigeatorem.*

XIX. 1) S. Cui. 65. 86. Genev. Au. *de sacrilegiis.* 2) Goth. Cui. 86. Au. inserunt *et.*

---

de eo, qui ipsum quaestioni obtulit (*Genev. addit* et ad tormenta posuit), confiteatur, credulitatem confessioni eius non convenit adhiberi; nisi forte ad protegendam conscientiam suam eum quaestioni obtulisse rebus evidentibus approbetur. §. 11. In criminalibus causis nec accusator nisi per se aliquem accusare potest, neque accusatus per procuratorem aut aliam personam se defensare permittitur, nisi forte ingratum libertum patronus accuset. §. 13. In eum reum, qui obiecti criminis veritate convincitur, sive torqueri possit sive non possit, iudex quod ei visum fuerit iudicabit.

XIX. §. 1. Ista, quae de templo dicta sunt, de ecclesia loqui intelligenda sunt; de reliquo interpretatione non eget.

landi gratia templum irrumpunt, bestiis obiiciuntur; si vero per diem leve aliquid de templo abstulerint, vel deportantur honestiores, vel humiliores in metallum damnantur.

TIT. XIX.A. DE SEPULCRO VIOLATO.

[E] *Rei sepulcrorum violatorum, si corpora ipsa extraxerint vel ossa eruerint, humiliores* [1] *quidem fortunae summo supplicio afficiuntur, honestiores in insulam deportantur; alias autem* [2] *relegantur aut in metallum damnantur.*

TIT. XX. DE INCENDIARIIS.

*§. 1.[1] Incendiarii, qui quid [2] in oppido praedandi *causa faciunt, [3] capite puniuntur. §. 2. Qui casam *aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humilio*res in metallum aut in opus publicum damnantur, ho*nestiores [4] in insulam relegantur. §. 3. Fortuita in*cendia, quae casu venti ferente [5] vel incuria [6] ignem *supponentis ad usque vicini agros evadunt, [7] si ex *eo [8] seges vel vinea vel olivae [9] vel fructiferae arbores *concrementur [10], datum damnum aestimatione sarcia*tur [11]. §. 4. Commissum vero servorum, si do*mino videatur, noxae deditione sarciatur [12]. §. 5. *Messium sane per dolum [13] incensores, vinearum, oli*varumve, aut [14] in metallum humiliores damnantur, aut *honestiores in insulam relegantur. §. 6. Qui noctu fructiferas arbores manu facta ceciderint, ad tempus plerumque in opus publicum damnantur, aut honestiores damnum sarcire [15] coguntur [16] vel curia submoventur vel relegantur [17].

TIT. XXI. DE VATICINATORIBUS [1] ET MATHEMATICIS.

§. 1. Vaticinatores, qui se deo plenos assimulant, idcirco [2] civitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. ideoque primo [3] fustibus caesi civitate pelluntur [4]; perseverantes autem in vincula publica coniiciuntur aut in insulam deportantur vel certe relegantur. §. 2. Qui novas et usu vel ratione incognitas religiones inducunt [5], ex quibus animi hominum moveantur [6], honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur. §. 3. Qui de salute principis vel de summa rei publicae mathematicos, ariolos, haruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit capite punitur [7]. §. 4. Non tantum divinatione quis, sed ipsa scientia eiusque libris melius fecerit abstinere. Quodsi servi de salute dominorum consuluerint, summo supplicio, id est cruce, afficiuntur; consulti autem si responsa dederint, aut in metallum damnantur aut in insulam deportantur [8].

TIT. XXII. DE SEDITIOSIS.

§. 1 [1]. Auctores [2] seditionis et tumultus vel concitatores populi [3] pro qualitate dignitatis aut in crucem [4] tolluntur aut bestiis obiiciuntur aut in insulam deportantur. §. 2 [5]. Qui terminos effodiunt vel exarant, arboresve terminales evertunt [6], siquidem id [7] servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur; humiliores in opus publicum, honestiores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur [8] aut exsulare

---

XIXA. [E] L. 11. D. DE SEPULCRO VIOLATO. Ritt. hanc sententiam sub tit. de sepulcris et lugendis (I. 21.), Au. sub tit. de poenis post §. 2. tituli nostri de seditiosis (V. 22), Sch. ad finem tit. de sacrilegis collocavit. 1) Hal. et Rehd. *humilioris.* 2) V. Hal. *aut.*

XX. 1) §§. 1. . . 5. ex cod. Ves. prolatae sunt a Cui. Obss. XXI. 21., sed inveniuntur quoque in Coll. XII. §§. 4. 2. 3. In Genev. §. 6. his sententiis praemissa est, et §. 1. post §. 3. legitur. 2) Genev ex Coll. *quicquid,* sed i. m. ex Pith. coniectura *qui quid.* H. Cann. p. 264. coni. *qui id.* Verc. om. *incendiarii.* 3) Genev. ex Coll. inserit *facile.* 4) Verc. ins. *vero.* 5) Ita cod. Ves. et in Coll. quoque Cui. 86. Alias Coll. sec. Pith. *venti fuerunt his.* Genev. ex Pith. coni. *venti furentis.* quod et Blum habet. Io. Cann. coni. *venti facta fuerunt, hominis scilicet incuria.* 6) Bi. in Coll. *iniuria.* 7) Coll. inserit *et.* 8) Blum. *cis.* 9) Coll. *oliva.* Verc. *olivas.* Blum. *oliveta.* 10) Ves. *concrement.* Vind. *concrementum.* Verc. *concremantur,* et corr. *concremaentur.* 11) Verc. *resarciatur.* Pith. coni. *dati damni aestimatione sarciantur.* 12) Coll. *sarcitur.* 13) Ita cod. Ves. et in Coll. quoque Cui. 86. Heid. et Blum. sed codd. Pith. Verc. *perdum.* Vind. *perdunt.* Genev. ex Pith. coni. *per odium.* Freher in parerg. I. 9. et Pith. in notis posterr. coni. *perditi.* I. Cann. *per dolum malum.* 14) Verc. om. *aut.* 15) S. i. m. *subire.* 16) Goth. S. *cogentur.* 17) Au. et Fabr. hic iterum habent sent. 1. ex Coll.

XXI. 1) S. addit *et vaticinationibus.* 2) Bo. S. Ritt. inser. *a.* 3) Goth. Cui. 86. Au. *primum.* 4) Goth. *expellantur.* 5) Goth. *inducant.* S. i. m. *indicant.* 6) Goth. *moventur.* 7) Goth. *puniatur.* Cui. 86. Au. *puniuntur.* 8) Bo. Cui. 86. Au. et i. m. S. Cui. 66. Genev. *relegantur.* Bo. addit *aut exulabunt.*

XXII. 1) Cf. l. 38. §. 2. D. de poenis. 2) Fl. *Actores.* 3) Cui. 38. et Fabr. ex Dig. *concitato populo.* 4) Dig. *in furcam.* 5) Sent. 2. etiam in fin. regund. corpore invenitur, inscripta quidem *Paulli sententiarum ex libro quinto,* quacum inscriptione nonnulli edd. coniungunt verba *de poenis,* quae S. et Turnebus ipsi sententiae attexuerunt, Goesius autem plane omisit. Inde Au. et Fabr. huic sententiae praemittunt rubricam *de poenis.* Et lubenter quidem concesserim perperam Visigotthos hanc sententiam sub tit. de seditiosis collocavisse, neque a genuino Paulli opusculo afuisse titulum *de poenis.* Quisnam vero locus tali rubricae tribuendus sit, postquam Visigotthi omnia turbaverunt, nemo facile dixerit. Cf. Sch. ad h. l. et ad tit. V. 16. 6) Goth. *avertunt.* Corp. fin. regund. *subvertunt.* Cui. 66. huic loco primum ex codice Pithoei inseruit *vel qui convellunt, bodones,* quae cum nec codd. Sav. Mon. Goth. habeant, nec Corp. fin. reg. agnoscat, Bi. non accepit, neque nos accipienda esse putavimus. 7) Corp. fin. reg. om. *id.* 8) Idem habet *faciunt . . . damnabuntur . . . relega-*

XXI. §. 1. Vaticinatores, qui se futura scire dicunt, caesi de civitate iactentur. (*Genev.*). §. 2. Qui sectam novam intromittere voluerint, ex quibus animi hominum turbentur, honestiores damnantur exsilio, humiliores capite puniuntur. (*Genev.*)

coguntur[9]. §. 3[10]. Cives Romani, qui se Iudaico ritu vel servos suos circumcidi patiuntur, bonis ademptis in insulam perpetuo relegantur; medici capite puniuntur. §. 4. Iudaei si alienae nationis comparatos servos circumciderint, aut deportantur aut capite puniuntur.

§. 4a. [F] *Qui nondum viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam relegantur aut in exsilium mittuntur.* §. 4b. *Qui se suis nummis redemptum non probaverit libertatem petere non potest: amplius eidem domino sub poena vinculorum redditur, vel, si ipse dominus malit, in metallum damnatur.*

TIT. XXIII. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS ET VENEFICIS.

§. 1[1]. Lex Cornelia poenam deportationis infligit eis[2], qui hominem occiderint, eiusque rei causa furtive faciendi cum telo fuerint, et qui venenum hominis necandi causa habuerint, vendiderint, paraverint[3], falsum[4] testimonium dixerint quo quis periret[5], mortisve[6] causam[7] praestiterint. Ob[8] quae omnia facinora in[9] honestiores poena capitis vindicari placuit[10]; humiliores vero aut in crucem tolluntur aut bestiis obiiciuntur[11].

§. 2. [G] *Homicida est qui aliquo genere teli hominem occidit, mortisve causam praestitit.*

§. 3[12]. Qui hominem occiderit[13] aliquando absolvitur, et qui non occidit ut homicida damnatur: consilium enim uniuscuiusque, non factum puniendum est. ideoque qui[14], cum vellet[15] occidere, id casu aliquo[16] perpetrare non potuerit[17], ut homicida punietur[18]; et is, qui[19] casu iactu[20] teli hominem imprudenter occiderit[21], absolvitur.

§. 4. [H] *Quodsi in rixa percussus homo fuerit, quoniam ictus quoque ipsos contra unumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut in metallum damnantur, honestiores dimidia parte bonorum multati relegantur.* §. 5. [I] *Causa mortis idonea non videtur, cum caesus[22] homo post aliquot dies officium diurnae[23] vitae retinens decessit, nisi forte fuerit ad necem caesus aut letaliter vulneratus.* §. 6. [K] *Servus si plagis defecerit, nisi id dolo fiat, dominus homicidii reus non potest postulari: modum enim[24] castigandi et in servorum coercitione placuit temperari.* §. 7. [L] *Qui telum tutandae salutis causa geret, non videatur[25] hominis occidendi causa portare. teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, sed omne quod nocendi causa portatum[26] est.* §. 8[27]. Qui latronem caedem sibi inferentem vel alium[28] quemlibet stuprum inferentem[29] occiderit, puniri non placuit: alius enim vitam, alius pudorem publico facinore[30] defendit.

§. 9. [M] *Siquis furem nocturnum vel diurnum, cum se telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur: sed melius fecerit, si[31] eum comprehensum transmittendum ad praesidem magistratibus obtulerit.* §. 10. Iudex, qui in caput fortunasque hominis pecuniam accepit[32], in insulam bonis ademptis deportetur[33]. §. 11. Mandatores caedis perinde ut homicidae puniuntur. §. 12. Si putator ex arbore cum ramum deiiceret[34] non proclamaverit ut vitaretur, atque ita praeteriens eiusdem[35] ictu homo[36] perierit,

---

buntur. 9) Goth. *exsulari cogentur.* Cui. 58. Fabr. ut et Corp. fin. reg. om. *exsul. cog.* S. annotat „hanc clausulam apparet irrepsisse in contextum, cum fuerit a diligenti aliquo margini adscripta." 10) Sentt. 3. 4., quas titulo *de seditiosis* perperam attribui facile quisque viderit, Genev. post §. 12. tituli sequentis collocavit. [F] §§. 4a. et 4b. ex L. 38. §. 3. 4. D. DE POENIS. Sch. huic loco assignavit. Ritt. §. 4a. in fine tit. de poenis militum (V. 31.) et §. 4b. in fine tit. ad legem Cornel. testament. (V. 25.) habet; Au. utramque praetermisit.

